



ARISTOTELIS

II

1579



Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

52076

ARISTOTELIS STAGIRITÆ.

PHYSICORVM

LIBRI VIII.

QVIBVS adiecimus omnia illius Opera, quæ ad Naturalem Philosophiam spectare videbantur. Quorum seriem versa pagella indicabit.

Tomus Secundus.

A 20416

Gall. San.
D.
Soc.

BIBL. BAO

LVGDVNI,
Apud Ioannam Iacobi Iuntæ F.

1 Ch 7 20

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAE HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Physicorum libri VIII.
De cœlo libri IIII.
De generatione & corruptione lib. II.
Meteorologicorum libri IIII.
De anima libri III.
De Sensu & Sensilibus.
De memoria & Reminiscentia.
De Somno & Vigilia.
De Insomniis.
De Diuinatione per Somnium.
De Longitudine & Breuitate vitæ.
De Iuuentute & Senectute, & Vita Morte, & Respiratione.

ARISTOTELIS STAGIRITÆ PERIPATETICORVM Principis, de Physico Audito,

LIBER PRIMVS.

SVMMAE LIBRI.

Summa Prima, ea continens quæ vt Libri exordium se habent.
Caput Primum, huius scientiæ propositum declarans.

QVoniam cognoscere, ac scire contingit circa omnes methodos, quarum sunt principia, aut causæ, aut elementa, ex horum cognitione: tunc enim putamus cognoscere vnumquodq; cum causas primas cognouerimus, & principia prima, & vsque ad elementa: manifestum est quòd & ea, quæ sunt circa principia scientiæ, quæ de natura est primum determinare tentandum. Text. 1.

Caput Secundum. De generibus demonstrationum, quæ in hac scientia fiunt.

IN natura autem est ex notioribus nobis via, & manifestioribus ad manifestiora naturæ, & notiora: non enim sunt eadem & nobis nota, & Text. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

simpliciter. Quapropter necesse est ad hunc modum procedere ex immanifestioribus quidem nobis natura, nobis autem manifestioribus ad manifestiora natura, & notiora. ¶ Sunt autem primum nobis dilucida, ad manifesta confusa magis: posterius autem ex his nota fiunt elementa, & principia iis, qui diuidunt hæc. Tex.1.

Caput Tertium de modo ordinis doctrinæ.

QVapropter ex vniuersalibus ad singularia procedere oportet. totum enim secundum sensum notius est: vniuersale autem totum quoddam est: multa enim comprehendit, vt partes, vniuersale. ¶ Patiuntur autem hoc idem quodammodo, & nomina ad rationem: totum enim quoddam, & indistincte significant, vt circulus: definitio autem ipsius diuidit in singula. Ac pueri primum quidem omnes viros patres appellant, & matres fœminas: posterius autem determinant horum vtrunque. Tex.4. *Vide ætra. 2. Vide opp. 3. paste. 21. vbi dicit quid à singularibus ad vniuersalia oporteat procedere.*

Tex.5. *Summa. Secunda antiquorum opiniones de principiis naturalibus examinans, eas esse destruent.*

Pars prima opiniones enumerant, ipsique, qui in scientia errorem non proprium cõmiserunt. extra dicit.

Caput primum opiniones de principijs, & earum theses complectens.

NEcesse est autem aut vnum esse principium, aut plura. Et, si vnum, aut immobile, vt dicunt Parmenides & Melissus: aut mobile, vt Physici quidem aërem asserentes esse, alii verò aquam primum principium. Si verò plura, Tex 6.

finita, aut infinita. Et, si finita plura autem vno, aut duo, aut tria, aut quatuor, aut secundum alium quempiam numerum. Et si infinita, aut sic vt Democritus, genere quidem vnum, figura verò, vel specie differentia, aut etiam contraria.

¶ Similiter autem quærunt & quærentes quot sunt ea, quæ sunt. ex quibus enim sunt ea, quæ sunt, quærunt primum vtrum hęc vnum, an multa sint. &, si multa, finita, an infinita. quare principium, ac elementum quærunt vtrum sit vnum, an multa. Tex.7.

Caput Secundum declarans quanam ex dictis opinionibus à Porfirio destrui, vel non destrui debeant.

ITaq; si vnum, atque immobile sit id, quod est, consyderare, non est de natura speculari. Vt enim & Geometræ nõ amplius est ratio ad eum, qui destruit principia, sed aut alterius est scientiæ, aut omnium communis, sic neque ei, qui de principijs. non enim amplius principium est, si vnum solum, & ita vnum est aut enim principiũ cuiusdam, aut aliquorum est. ¶ Simile itaq; est consyderare an sic vnum est, & ad aliam quamlibet positionem sermonis gratia dictam disputare, vt Heraclitean, aut si quis dicat hominem vnum, id, quòd est, esse. ¶ Aut soluere litigiosam rationem. quod vtræqi quidem habent rationes & Melissi, & Parmenidis: etenim falsa accipiunt, & non syllogizãtes sunt. magis autem Melissi oneroſa est, & non habens dubitationem. sed vno inconuenienti dato alia contingunt. hoc autem nihil difficile est. ¶ Nobis autem supponatur, ea, quæ sunt natura, aut omnia, aut quædam mouere. manifestum est autem ex inductione. Simul autem nequæ conuenit, omnia soluere, sed quæ- Tex.8. Tex.9. Tex.10. *Vna inconuenientia dantes, alia contingunt.* *Idem infra 1. com 22.* Tex.11.

cunque ex principijs aliquis demonstrans mentitur, quæcunqi verò non minimè. vt Tetragonismum, eum quidem, qui per sectiones Geometrici est dissoluere: illum autem, qui Antiphontis non Geometrici est.

Tex.12. ¶Sed, quoniam de natura quidem, non autem naturales dubitationes contingit dicere ipsos, forsitan quidem bene se habet aliquantulum discutere de ipsis. habet enim philosophiam hæc consyderatio.

Caput Tertium, opiniones non naturaliter loquentium deserunt.

Tex.13. PRincipium autem maximè omnium proprium, quoniam multipliciter dicitur id, quod est, quomodo dicunt dicentes vnum esse omnia? vtrùm substantiam omnia, an quanta, aut qualia? & iterum vtrum substantiam vnam omnia, vt hominem vnum, aut equum vnum, aut animam vnam? an quale, vnum autem hoc, vt album, aut calidum, aut aliquid talium? hæc enim omnia differunt multum, & sunt impossibilia dictu.

Tex.14. ¶ Si enim erunt & substantia, & quale, & quantum, & hæc siue separata adinuicem, siue non multa sunt quæ sunt. Si verò omnia quale, aut quantum, siue cum sit substantia, siue cum non sit, inconueniens est, si oportet inconueniens dicere quod impossibile. nullum enim aliorum separabile est præter substantiam: omnia nanqi de subiecto dicuntur, ipsa substantia.

Tex.15. ¶Melissus autem quod est infinitum esse dicit. quantum itaque aliquid est quod est. infinitum enim in quãto est. substantiam autem infinitam aut qualitatem, aut passionem esse non contin-

Euquæsma do infinitũ.

git, nisi secundum accidens, si simul & quanta aliqua sint. Infiniti enim ratio quãto vtitur, sed nõ substantia, neque quali. Si igitur & substantia est, & quantum, duo, & non vnum est quod est. si verò substantia solum sit, non infinitum est, neque magnitudinem habebit vllam. quantum enim quoddam erit.

¶ Amplius, quoniam & ipsum vnum multipliciter dicitur, quemadmodum & quod est, consyderãdum est quomodo dicunt vnum esse omne. dicitur enim Vnum, aut continuum, aut indiuisibile, aut quorum ratio eadem, & vna est ipsius quod quid erat esse: quemadmodum merum, & vinum. ¶ Si igitur continuum est, multa est id, quod est. infinitum enim diuisibile est cõtinuum. habet autem dubitationem de parte, & toto. fortasis autem nihil ad orationem, sed ipsam secundum seipsam, vtrum vnum, an plura sint pars, & totum. Et quomodo vnum, aut plura: Et si plura, quomodo plura. Et de partibus non continuis eadem est ratio. Et si toti vnum vtraque est, velut indiuisibile, quoniam & ipsæ sibiipsis.

Tex.16. *Vnum multipliciter dicitur.*

Tex.17.

¶ At verò, si velut indiuisibile, nullum erit quantum, neque quale. Neque itaque infinitum est id, quod est, sicut Melissus dicit, neque finitum sicut Parmenides, terminus enim indiuisibilis est, neque finitus est.

Tex.18.

¶ At verò, si omnia, quæ sunt, ratione vnum sunt, & indumentum, & tunica, Heraclíti orationem cõtingit ipsos dicere. idem enim erit & bonum, & malo, & non bono esse, & bono. quare idem erit bonum, & non bonum, & homo & equus. & non de eo, quòd vnum sunt, quæ sunt, ratio erit, sed de eo, quòd nihil sunt, & tale esse, & tanto idem.

Tex.19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tex. 20. ¶ * Conturbabantur autem & posteriores quemadmodum & Antiqui, ne forte accidat ipsis eadem simul vnum esse, & multa. Quapropter & alij quidem ipsum est auferebant, quemadmodū Lycophron: alij autem.* mutabant dictionem, quoniam homo, non albus est, sed albatur, neque ambulans est, sed ambulatine ipsum est aducientes, multa faciant esse vnum.

Conturbabantur. *Tumultuabant.* * μεταβάλλειν.

Tex. 21. ¶ Tanquàm singulariter dicto vno, aut ente. Sed multa sunt, quæ sustinent rationem, vt aliud est albo esse, & musico, eidem vero vtraque, multa itaque vnum sunt diuisione, quemadmodum totū & partes. Hic autem iam dubitabant, & confitebantur vnum multa esse, tanquàm non contingeret idem vnum, & multa esse, non autem oppositā. est enim vnum & potentia, & actu.

Tex. 22. ¶ Hoc igitur modo dicentibus impossibile videtur quæ sunt vnum esse. Et ex quibus ostenditur soluere non difficile est. vtriq; enim contentiosi syllogizant & Melissus, & Parmenides. nam & falsa accipiunt, & non syllogizantes sunt. Est autem Melissi magis onerosa ratio, & non habens dubitationem, sed vno inconuenienti dato, alia contingunt. hoc autem nihil difficile est.

Vno inconuenienti dato, alia contingunt. Idem supra tex. 10.

Caput Quartum, antedictorum opinionum syllogismos euertens.

Tex. 23. † a. Quòd igitur paralogizat Melissus, manifestum est opinatur enim accipere, si quod factum est, omne habet principium, quòd & id, quod non factum est, non habet. Postea & hoc inconueniens omnia† esse principium rei, & non temporis, & generationis non simplicis, sed & alterationis, tanquàm non momentanea facta mutationē.

† a. Inexistimare esse. Alias collisum.

Tex. 24. tione. ¶ Deinde & propter quid est immobile, si vnum est? sicut enim & pars vna cùm sit, hæc aqua mouetur in seipsa, quare non & totum? Postea alteratio propter quid non erit? At vero nec specie possibile est vnum esse, misi eo, ex quo. Sic autem & Physicorum quidam dicunt vnum, illo autem modo non, homo namque ab equo alterum est specie, & contraria inuicem.

Tex. 25. ¶ Et ad Parmenidem autem idem modus rationum est, & si aliqui alij sunt propr.j. Et solutio est, partim quidem, quia falsa est partim autem, quia non concludit. Falsa quidem, quia quod est accipit simpliciter dici; cùm multipliciter dicatur. Non concludit autem, quia, si sola alba capiantur, significāte vnum albo, nihilominus multa alba sunt & non vnum. non enim continuatio ne erit album vnum, neque ratione. aliud enim erit esse albo, & suscipienti. & non erit præter album nihil separabile. non enim quatenus separabile est, sed esse alterum est albo, & ei cui inest. Sed hoc Parmenides nondum videbat.

Tex. 26. ¶ Necesse est igitur accipere iis, qui dicunt qđ est vnum esse, non solum vnum significare quod est, de quo vtique prædicetur, sed & quod verè est, & quod verè vnum est. accidens enim de subiecto quodam dicitur. quare cùm accidit quod est, non erit: alterum enim est ab eo, quod est: erit itaque aliquid, quod non est. non itaque erit alij inexistens quod verè est. † non enim erit enti ipsi esse, nisi multa quod est significet, sic, vt sit aliquod vnum quodque, sed supponitur quod est significare vnum.

† a. Non itaque erit aliud existens, quàm quod vere est. Quod vere est nulli accidit. Idem infra tex. 32.

Si igitur quod verè est nulli, accidit, sed illi aliquid, magis quod verè est significat quod est, quam quod non est. Si enim erit quod verè Tex. 27.

est idem & album, albo autem esse non est, quod verè est: (neque enim accidere ipsi possibile est quòd est: nihil enim quod est, est quod nō verè sit:) non ergo quod est album est. non sic autem vt aliquid non sit, sed omino non sit, erit. quod verè itaq; est non est. verum enim est dicere quod verè est quod album, hoc autem non quod est significabat. quare, si & album significat quod verè est, multa ergo, significat quod est.

Tex. 28. ¶ Neque igitur magnitudinem habebit quod est, si quidem quod verè est, est, quod est. vtrique enim partium aliud est esse. Quòd autem dividitur quod verè est in quod verè est aliquid aliud etiam ratione manifestum est. vt homo, si est quod verè est aliquid, necesse est, & animal, quod verè aliquid est esse, & bipes. si enim non quod verè est, est, accidentia erunt. aut igitur hominis, aut alicui alij subiecto. sed impossibile est. accidens etenim dicitur hoc, aut quod contingit esse, & non esse, aut cuius est in ratione hoc, cui accidit. vt sedere quidem, velut separabile, insimo autem est ratio naris, cui dicimus accidere simum.

Accidens quid.

Tex. 29. ¶ Amplius quæcunque in definitiva ratione insunt, aut ex quibus sunt, in ratione horum non inest ratio totius. vt in bipede ratio hominis, aut in albo ratio albi hominis. Si igitur hæc hoc se habent modo, & homini accidit bipes, necesse est separabile esse ipsum. quare continget vtiq; non bipedem esse hominem, aut in ratione bipedis inerit hominis ratio. sed impossibile est, illud enim in illius ratione inest. Si autem alij accidunt bipes, & animal. & non est vtrunque quod vere est aliquid, & homo vtique erit accidentium alteri.

¶ Sed

¶ Sed quòd verè aliquid est sit accidens nulli, & de quo ambo, & vtrunque, & quod est ex his, dicatur, ex indivisibilibus itaque est omne. Quidam autem rationibus vtriſq; acquieuerunt. huic quidem, quòd omnia vnum sunt, si quod est vnū significat, quòd id est etiam quod non est, ei autem, quę ex dissectione, indiuiduas facientes magnitudines. Tex. 30. *Idem supra tex 27.* *Vniuersum ex indiuisibilibus.*

¶ Manifestum autem est & quòd non verum est quòd, si vnum significat quod est, & non possibile est simul contradictionem esse, nihil erit quod non est nihil enim prohibet nō simpliciter esse, sed non ens aliquid esse quod non est. Dicere quoq; nisi præter ipsum, quod est, aliquid erit aliud, vnum omnia fore, inconueniens est. quis enim addicit ipsum quod est, nisi quod vere est aliquid esse? si autem hoc, nihil sic prohibet multa quod est esse, sicut dictum est. Quòd igitur sic vnum esse quod est impossibile sit, manifestum est. Tex. 31.

Pars Secunda, in qua fit sermo cum illis, qui circa principia proprium commiserunt errorem.

Caput Primum, in quo Antiquorum de principio Materiali narrantur opiniones, earumque opinionis redditur causa.

VT autem Physici dicunt, duo modi sunt. Hi enim vnum facientes quod est corpus subiectum, aut trium aliquid. aut aliud, quod est igne quidē densius, aere verò subtilius, alia generant Tex. 32.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nerant densitate, & raritate, multa facientes: hæc autem sunt contraria. Vniuersaliter autem excessus, & defectus, sicut magnum dicit Plato, & paruum: nisi quòd hic quidem hæc facit materiam, vnum autem formam. Alij verò vnum quidem subiectum, materiam, contraria autem differentias, & formas. Quidam autem ex vno inexistentes contrarietates segregant, quemadmodum Anaximander dicit. Et quicunque etiam vnum, & multa dicunt esse, quæ sunt, sicut Empedocles, & Anaxagoras, ex commistione namque & hi segregant alia, differũt autem abinuicem, eo quòd ille circulationem facit horum, hic autem semel: & hic quidem infinita, & similes partes habentia: & contraria, ille verò vocata elementa solum.

Tex. 33. ¶ Videtur autem Anaxagoras sic infinita opinari, quoniam putabat communem opinionem Physicorum esse veram, quod nihil fit ex eo, quod non est, propter hoc enim sic dicunt, erant simul omnia, & fieri huiusmodi statuerunt alterari. Alij autem congregationem, & segregationem. ¶ Amplius autem ex eo quòd fiunt ex alterutris contraria, inerant ergo. Si enim omnes quod fit, necesse est fieri aut ex iis, quæ sunt, aut ex iis, quæ non sunt. horum autem id, quod est, ex iis, quæ non sunt, fieri impossibile est: (de hac enim conueniunt opinione omnes, qui de Natura) reliquum iam contingere ex necessitate putauerunt ex iis quidem, quæ sunt, & insunt, fieri, sed propter paruitatem magnitudinis ex insensibilibus nobis, vnde dicunt omne in omni misceri, propterea quòd omne ex omni videbant fieri: apparere autem differentia, & appellari altera abinuicem, ex eo quod maxime superabund. t propter multitudinem in mistura

Tex. 34. *Omnes qui de Natura locuti sunt, in hoc conueniunt, quòd ex nihilo nihil fit. Idem supra in 2. præcedenti. & 3. cæli. comm. 23.*

infinitorum, fyncere enim totum album, aut nigrum, aut dulce, aut carnem, aut os non esse. sed, cuius plurimum vnumquodque habet, hoc videri esse naturam rei.

Caput Secundum, in quo afferuntur rationes contra afferentes principia esse infinita.

Tex. 35. *Infinitum secundum quòd infinitum, est ignotum. 1da 2. metaph. tex. 11.*

Igitur infinitum, secundum quòd infinitum, ignotum est, secundum multitudinem quidem, aut magnitudinem infinitũ ignotum quantum quoddam est: secundum formam quoque infinitum ignotum quale quoddam est, principiis autem existentibus infinitis secundum multitudinem, & secundum speciem, impossibile est ea, quæ sunt ex his, cognoscere: sic enim cognoscere compositum arbitramur, cum cognoscimus ex quibus, & quot sit.

Tex. 36. ¶ Amplius autem si necesse est cuius partẽ contingit quantulamcunque esse secundum magnitudinem, & paruitatem, & ipsum contingere, (dico autem talium aliquam partium, in quam, cum finit, diuiditur totum,) si autem impossibile est animal, aut plantam quantamcunque esse secundum magnitudinem, & paruitatem manifestum est quòd neque partium quamlibet. erit enim & totum similiter, caro autem, & os, & huiusmodi partes sunt animalis, & fructus plantarum, manifestum est igitur quòd impossibile est carnem, aut os, aut aliquid aliud quantumcunque esse magnitudine, aut in maius, aut in minus.

Nota de maximo, et minimo.

Tex. 37. ¶ Amplius, si omnia insunt quæ huiusmodi in iunice, & non fiunt, sed segregantur cum insint, dicũtur autem à pluri: fit autem ex quolibet quodlibet, vt ex carne aqua, segregata, &

caro

caro ex aqua: omne autem corpus finitum consumitur à corpore finito. manifestum est quòd non contingit in vnoquoq; vnumquodque esse: remota enim ex aqua carne, & iterum alia facta ex reliqua, segregatione, quamuis semper minor erit segregata, attamen non excedit magnitudinem aliquam paruitate. Quare, si quidem stabit segregatio, non omne in omni inerit. in reliqua enim aqua non inerit caro. Si verò non stabit, sed habebit, semper remotionem, infinita magnitudine, æqualis finita inerunt, infinita secundum multitudinem. hoc autem impossibile est,

Tex. 38. ¶ Ad hæc autem, si omne quidem corpus, remoto quodam, minus necesse est fieri carnis autem determinata est quantitas & magnitudine, & paruitate: manifestum est quòd ex minima carne nullum segregabitur corpus. erit enim minor minima. Amplius autem in infinitis corporibus inesset vtique iam caro infinita, & sanguis, & cerebrum, separata tamen ab inuicem, nihil autem minus entia, & infinitum vnumquodque, hoc autem irrationabile est.

Tex. 39. ¶ Nonquam autem segregatum iri non scietur quidem dicitur, recte autem dicitur: passiones enim inseparabiles sunt. Si igitur missi sunt colores, & habitus, si segregentur: erit aliquid album, vel fusum, non alterum aliquid existente neque de subiecto. Quare inconueniens est, impossibilia quærens intellectus, si velit quidem segregare, hoc autem facere fit impossibile, & secundum quantum, & secundum quale: secundum quantum quidem, quia non est minima magnitudo: secundum quale autem, quia inseparabiles sunt passiones.

Tex. 40. ¶ Non recte autem neque generationem accipit

corum, quæ sunt similium partium. est enim, vt linum in lata diuiditur: est autem, vt non. & idem modus est, vt lateres ex domo, & domus ex lateribus, sic autem aqua, & aer ex alterutris & fiunt, & fiunt.

Summa Tertia, in qua declarat principia rerum naturalium, præcipuè verò principium materiale.

Caput Primum, in quo adducuntur rationes famosæ, principia contraria esse, atque plura quam vnum affirmantes.

MElius autem est pauciora, & finita recipere, quod quidem facit Empedocles. Omnes igitur contraria, principia faciant, & qui dicunt quòd sit vnus omne, & immobile (etenim Permanides calidum, & frigidum principia facit: hæc autem appellat ignem & terram) & qui rarum, & densum, & Democritus solidum, & inane. quorum aliud quidem, vt quod est, aliud autem, vt quod non est, esse dicit. Adhuc positione, figura, & ordine, hæc autem genera contrariorum sunt: positionis sursum & deorsum, ante & retro: figuræ angulare, inangulare, rectum. rotundum. ¶ Quòd igitur contraria quodammodo omnes faciunt principia, manifestum est. Et hoc rationabiliter. Oportet enim principia neque ex alterutris esse, neque ex aliis, & ex his omnia, contrariis autem primis insunt hæc, ob id quidem quòd prima sunt non fiunt ex aliis: ob id verò quòd sunt contraria, non sunt ex alterutris. ¶ Sed oportet hoc & in ratione consyderare qualiter contingat. Accipiendum

Tex. 41.

Tex. 42.

Tex. 43.

dum igitur est primum quòd omnis, quæ sunt, nihil neque facere natum est, neque pati contingens a contingenti, neque fit quodlibet ex quolibet, nisi quis accipiat secundum accidens. qualiter enim fiet album ex musico, nisi accidens sit albo, aut nigro musicum? sed album quidem fit ex non albo: & hoc non ex omni, sed ex nigro, aut mediis, & musicum ex non musico, sed non ex omni, sed ex immusico, aut si aliquid ipsis medium. ¶ Neque igitur corrumpitur in contingens primùm, vt album non in musicum, nisi forte secundum accidens, sed in non album, & in non album, non in contingens sed in nigrum, aut medium, similiter autem & musicum in non musicum: & hoc non in contingens, sed in immusicum, aut si ipsis aliquid medium est. ¶ Similiter autem his & in aliis quoniam & non simplicia eorum, quæ sunt, sed composita secundum eandem se habent rationem: sed, propterea quòd oppositæ dispositiones non denominatæ sunt, latet hoc contingens. necesse est enim omne consonans ex inconsonanti fieri, & inconsonans ex consonanti, & corrumpi consonans in consonantiam, & hanc non contingentem, sed in oppositam.

¶ Differt autem nihil in consonantia dicere aut ordine, aut compositione: manifestum enim est quòd eadem sit ratio. At verò & domus, & statua, & quodlibet aliud sit similiter. domus enim sit ex eo, quòd non composita, sed disiuncta sunt hæc sic: & statua, & figuratorum aliquid ex infigurato: & vnumquodque horum secundum alia quidem ordo, secundum alia verò compositio quædam est.

¶ Si ergo hoc verum est, omne vtique, quod

Non quodlibet ex quolibet.

Tex. 44. *Ex hoc elicitur generationē non esse in pure contradictoria, sed in primatiue oppositis.*

Tex. 45.

Tex. 46.

Tex. 47.

fit fiet, & corrumpetur quod corrumpitur aut ex contrariis, aut in contraria, & horum media: media autem ex contrariis sunt, vt colores ex albo, & nigro: quare omnia vtique erunt, quæ natura sunt, aut contraria, aut ex contrariis.

¶ Hucusque igitur ferè secuti sunt & aliorum plurimi, quemadmodum diximus prius. Omnes enim elementa, & ab ipsis vocata principia quam uis sine ratione ponentes, tamen contraria dicunt, tanquam ab ipsa veritate coacti, Differunt autem ab inuicem, ex eo quòd alij quidem priora, alij posteriora accipiunt: & quòd hi quidem notiora secundum rationem, illi autem secundum sensum. Hi enim Calidum, & Frigidum: illi autem Humidum, & Siccum, alij autem Impar, & Par, quidam autem Litem & Amicitiam causas ponunt generationis: hæc autem abinuicem differunt secundum dictum modum.

Tex. 48.

¶ Quare est eadem dicere quodammodo, & altera ab inuicem. altera quidem, quemadmodum & videtur plurimis, eadem autem secundum analogiam. accipiunt enim ex eadem coordinatione. hæc enim continent, alia autem continentur contrariorum. Sic igitur similiter dicunt, & aliter, & peius, & melius. Et hi quidem notiora secundum rationem, sicut dictum est prius, illi autem secundum sensum: vniuersale enim secundum rationem notum est, singulare autem secundum sensum: ratio enim vniuersalis est, sensus autem particularis, vt magnum, & paruum secundum rationem. rarum autem, & densum secundum sensum.

Tex. 49.

Vniuersale notū secundum rationem singulare secundū sensum.

Caput Secundum, non sufficere esse prima principia duo contraria probans, sed dari tertiam oportere naturam, neque oportere principia esse plura tribus.

Tex. 50. QVòd igitur contraria oportet esse principia, manifestum est. Consequens autem erit dicere vtrum duo, aut tria, aut plura sint. Vnum enim impossibile est, quoniam non vnius †contraria infinita autem non, quoniam neque scibile quod est erit. Et vna cõtrarietas in omni genere vno, substantia autem vnum quoddam genus est. Et, quia contingit ex finitis: melius autem ex finitis, quemadmodum. Empedocles quàm ex infinitis, omnia nanque assignat opinatur, quemadmodum Anaxagoras ex infinitis. Amplius sunt alia aliis priora contraria & fiunt altera ex aliis, vt dulce, & amarum, & album, & nigrum, principia autem semper oportet manere.

† *Vna contrarietas est in omni genere. Idē infra tex. 55.*

Tex. 51. ¶ Quòd igitur neque vnum, neque infinita sint, manifestum est ex his. Quoniam autem finita, non facere duo tantum habet quandam rationem. Dubitabit enim aliquis, qualiter densitas raritatem facere apta nata sit, aut hæc densitatem, similiter autem & alia quæcunque contrarietas, non enim amicitia litem congregat & facit aliquid ex ipsa, neque lis ex illa. Vtraque alterum quiddam tertium. Quidam autem & plura recipiunt, ex quibus conficiunt eorum, quæ sunt, naturam.

Tex. 52. ¶ Ad hæc autem adhuc & hoc aliquis dubitauerit, nisi quis aliam suppositerit contrariorum naturam. Nullius enim videmus eorum, quæ sunt substantiam, contraria, principium autem non de subiecto oportet dici aliquo: erit enim principium principij. Subiectum enim principium, & prius videtur esse prædicato. Amplius non esse dicimus substantiam contrariam substantiæ. Quomodo igitur ex non substantijs substantia vtique erit? aut quomodo prius non substantia quàm substantia erit?

Subiectum principiū est, et prius videtur esse prædicato.

Tex. 53. ¶ Quocirca, si quis & priorem veram putabit esse rationem, & hanc, necessarium est, si debet saluare vtrasque rationes, subijcere quoddam tertium, quemadmodum dicunt vnam quandam naturam dicentes esse vniuersum, vt aquam, aut ignem, aut medium horum.

Tex. 54. ¶ Videtur autem medium magis. Ignis enim & terra, & aer, & aqua, contrarietatibus complexa sunt. Idem non irrationabiliter faciunt, subiectum alterum ab his facientes, aliorum autem quidam aërem, aër enim minimè aliorum habet differentias sensibiles, consequens autem est aqua. ¶ Sed omnes vnum hoc contrarijs fingunt, vt densitate, & raritate, & eo, quod magis, & minus, hæc autem omnino sunt superabundantia, videlicet, & defectus, sicut dictum est prius. Et videtur antiqua esse etiam hæc opinio, quòd vnum, & Superabundantia, & defectus principia entium sint, verum non eodem modo, sed Antiqui duo quidem agere, vnum autem pati, posteriorum autem quidam è contrario, vnum quidem agere, duo autem pati dicunt magis.

Vide cõtra Zim.

Tex. 55.

Tex. 56. ¶ Tria igitur dicere elementa esse, & ex his, & ex huiusmodi alijs consyderantibus videbitur vtique habere quandam rationem, sicut prædiximus, plura autem tribus non amplius, ad patiendum enim sufficiens est vnum. Si au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem quatuor existentibus duæ erunt contrarietates, oportebit seorsum ab vtraque esse alteram quandam naturam mediam. Si autem ex simulcem possint generare, ociosa vtique altera contrarietatum erit, simul autem & impossibile est plures esse contrarietates primas. substantia enim vnum quoddam genus est entis, quare eò quod prius, & posterius differens solum ab inuicem principia, sed non genere. semper enim in vno genere contrarietas vna est, omnes autem contrarietates reduci videntur ad vnam.

Semper in vno genere ad vnam contrarietatem. Lege supra text. c. 50. et in Me. tex. c. 35.

Caput Tertium. In quo duo duntaxat esse principia probatur, Materiam scilicet, & Formam, Primationem autem principium esse per accidens.

Tex. 57. *Secundum naturā cōmunia primū postea propria cuiusque speculari. cōsimile 2. huius tex. 2.*

QVòd igitur neque vnum sit elementum neque plura duobus, vel tribus, manifestum est. Horum autem vtrum quemadmodum diximus dubitationem habet multam. Sic igitur non dicamus primùm de omni generatione aggredientes. est enim, secundum naturam communia primum dicentes, sic circa vnumquodque propria speculari.

Tex. 58. ¶ Dicimus enim fieri ex alio aliud, & ex altero alterum, aut simplicia dicentes, aut composita, dico autem hoc sic. est enim fieri hominem musicum, est autem & non musicum quippiam fieri musicum, aut non musicum hominem, hominem musicum. Simplex igitur id quod factum est, hominem, & non musicum. & quod fit simplex, musicum: compositum autem & quod fit, & quod factum est, cum mu-

sicum hominem dicimus fieri musicum hominem. Horum autem hoc quidem non solum dicitur hoc aliquid fieri, sed etiam ex hoc, vt ex non musico musicus, hoc autem non dicitur in omnibus. non enim ex homine factus est musicus, sed homo factus est musicus.

Tex. 59. ¶ Horum autem, quæ vt simplicia dicimus fieri, aliud quidem permanens fit, aliud vero non permanens. homo enim permanet factus musicus homo non musicum autem, & immusicum, neque simplex, neque compositum permanet.

Tex. 60. ¶ Determinatis autem his, ex omnibus, quæ fiunt, hoc est accipere, si aliquis inspexerit, sicut dicimus, quòd oportet semper aliquid subiici, quod fit, & hoc, etsi numero est vnum, at forma quidem non vnum. forma enim dico, & ratione idem. non enim idem est homini, & immusico esse: & illud quidem permanet, hoc vero non permanet, etenim non oppositum permanet. homo enim permanet, musicum autem, & immusicum non permanet: neque ex ambobus compositum, vt immusicus homo.

Tex. 61. ¶ Sed ex aliquo fieri aliquid, & hoc non fieri, magis quidem dicitur in non permanentibus, vt ex immusico musicum fieri, ex homine autem non. At verò & in permanentibus aliquando dicitur similiter. ex ære enim statuam dicimus, fieri, non ex statuam. Hoc tamen ex opposito, & non permanente vtroque modo dicitur, & ex hoc, hoc, & hoc, hoc. nanque ex immusico, & immusicus fit musicus, quocirca & incomposito similiter. etenim ex immusico homine, & immusicus homo fieri dicitur musicus.

Tex. 62. *Vtrobique. 2. huius.* ¶ Multipliciter autem cum dicatur fieri, & horum quidem non simpliciter fieri, sed hoc

aliquid fieri, simpliciter autem fieri substantiarum solum, manifestum est quòd secundum alia quidem necesse est subiici aliquid, quod fit. etenim quantum, & quale & ad alterum. & quando, & vbi fiunt subiecto aliquo, propterea quòd sola substantia de nullo alio dicitur subiecto, sed alia omnia de substantia. Quòd autem substantia, & quæcunque alia simpliciter entia existunt subiecto quodam fiant. consyderanti fiet vtique manifestum, semper enim est aliquid, quod subiicitur, ex quo fit quod fit, vt plantæ. & animalia ex semine. ¶ Fiunt autem quæ fiunt simpliciter, alia quidem transfiguratione, vt statua ex ære alia verò appositione, vt quæ augmentantur alia verò subtractione, vt ex lapide Mercurius cõpositione autem alia, vt domus: alia verò alteratione, vt quæ vertuntur secundum materiam. omnia autem, quæ sic fiunt, manifestũ est quòd ex subiectis fiunt. ¶ Quare manifestũ est ex subiectis quòd omne, quod fit, semper compositũ est, & est quidẽ aliquid, quod fit: est autem aliquid quod hoc fit & hoc duplex: aut enim subiectum aut oppositum. Dicitur autẽ opponi immusicum hominem autem subiici: & informationem quidem, & informitatem, vel inordinationem oppositum, æs autem, vel lapidem, vel aurum subiectum. ¶ Manifestum igitur quòd, si quædam sunt causæ, & principia eorum, quæ natura sunt ex quibus primis sunt, & facta sunt, non secundum accidens, sed vnumquodque, quod dicitur secundum subsantiam, quòd omne & ex subiecto, & forma sit. compositur enim musicus homo ex homine, & musico quodammodo. dicimus enim rationes in rationes eorum. ¶ Manifestum igitur est quòd quæ fiunt, fient ex hac autem

Dicit de subiecto, quod semper assumitur pro esse in subiecto.

Semper est aliquid, quod subiicitur, ex quo fit quod fit.

Tex. 63.

Tex. 64.

Tex. 65.

Ex hoc textu habetur quod omne compositũ resolvitur in sua componentia. 1de 3. Met. 15. & 1. ca. 41.

Tex. 64.

autem subiectum numero quidem vnum, forma verò duo: homo enim & aurum, & omnino materia numerabilis, nam hoc aliquid magis, & quod fit non secundum accidens ex ipso fit. priuatio autem, & contrarietas accidens, vnum autem forma, vt ordo, aut musica, aut aliorum aliquid sic prædicantium.

¶ Quocirca est quidem vt duo dicenda sint principia, est autem vt tria, & est quidem vt cõtraria, vt si aliquis dicat musicum & immusicum aut calidum & frigidum, aut congruens & incongruens, est autem vt non. à seinuicem enim contraria pati impossibile. Soluitur autem & hoc propterea quòd aliud est subiectum, hoc enim non est contrarium. Quare neque plura contrarii principia quodammodo, sed duo (vt sic dicam) numero. neque iterum penitus duo, propterea quòd alterum est esse ipsis, sed tria: alterum enim est homini, & non musico esse, & inaurato, & æri.

Tex. 67.

¶ Quot igitur principia sint rerum naturalium, quæ circa generationem, & quomodo tot, dictũ est. Et manifestum est quòd oportet subiici aliquid contrarius, & contraria duo esse, quodam autem modo alio non necessarium est, sufficiens enim erit alterum contrariorum absentia, & præsentia facere mutationem.

Tex. 68.

¶ Subiecta autem natura scibilis est secundum analogiam. vt enim ad statuam æs, aut ad lectum lignum, aut ad aliud aliquid habentium suamam materiam, & informe se habet, priusquam accipiat formam, sic hæc ad substantiam & hoc aliquid, & quod est se habet. Vnum igitur principium hæc, non sic vnum existens, neque sic ens, vt hoc aliquid: vnum autem Ratio:

Tex. 69.

Hoc à Pythagoreis sumpsit Arist. Vide citra. Tex.

amplius autem contrarium huic Priuatio.

Tex.70. ¶ Hæc autem quomodo duo, & quomodo plura dictum est in præcedentibus. Primùm igitur dictum est quòd contraria solum principia sunt, posterius autẽ quòd necesse est aliud quippiam subiici, & esse tria. Ex iis autem, quæ nunc manifestum est quæ sit differẽtia contrariorum & quomodo se habeat principia ad inuicem, & quid subiectum, vtrum autem subiãtia forma aut subiectum sit, nondum manifestum est: sed quòd principia tria sint, & quomodo tria, & quis modus eorum, manifestum est.

Caput Quartum in quo Antiquorum dubitationes solmuntur per ea, quæ de prima materia essentia probantur.

Tex.71. QVot igitur, & quæ sint principia, ex his consideretur. Quòd autem vnico modo [illegible] solutur & Antiquorum dubitatio, dicamus prius hæc. quærentes enim Philosophi primi veritatem, & naturam entium conuersi sunt veluti in viam quandam aliam, depulsi ob inexperientiam dicúntque neque fieri eorum, quæ sunt vllum neque corrumpi, propterea quòd necessarium est fieri quod fit, aut ex eo, quod est, aut ex eo quod non est: ex his autem vtrisque impossibile esse, neque enim quod est fieri, esse enim iam ex eo, quod non est, nihil vtique fieri, subiectum enim quippiam oportet.

Tex.72. ¶ Et sic itaque quod consequenter accidit dicentes, neque esse multa dicunt, sed tantũ ipsum quod est. Illi ergo talem acceperunt opinionem propter ea, quæ dicta sunt.

Tex.73. ¶ Nos autem dicimus quod ex eo, quod [illegible]

aut ex eo, quod non est, fieri aut quod non est, aut quod est, facere aliquid, aut pati, aut quodcunque hoc fieri, vno quidem modo nihil differt, aut Medicum facere aliquid, aut pati, aut ex medico esse, aut fieri.

Tex.74. ¶ Quare, cum hoc dupliciter dicatur, manifestum est quòd ex eo, quod est, & id quod est, aut facere aliquid, aut pati: ædificat igitur Medicus, non secundum quòd medicus, sed secundum quòd ædificator: & albus fit, non quatenus medicus, sed quatenus niger: medicatur autem, & non medicus fit, quatenus est medicus, cum autem maximè propriè dicamus medicum facere aliquid, aut pati, aut fieri ex medico, si secundum quod medicus hæc patiatur, aut faciat, manifestum quòd ex non ente fieri: & hoc significat, quatenus non est. quod illi quidem, non participates, aberrauerunt, & propter hanc ignorantiam tantum insaper ignorauerunt, quòd nihil aliorum opinati sunt fieri, aut esse, sed auferebant omnem generationem.

Medicus ædificat, nõ inquantum medicus, sed inquantum ædificator.

Tex.75. ¶ Nos autem & ipsi dicimus fieri quidem nihil simpliciter ex eo, quod non est, sed tamen fieri ex eo, quod non est vt secundum accidens. ex priuatione enim, quæ est per se non ens, non ex eo, quod inest, fit. Mirabile autem est hoc, & impossibile sic videtur fieri aliquid ex eo, quod non est.

Tex.76. ¶ Similiter autem neque ex eo quod est, neque id, quod est fieri, nisi secundum accidens. fic autem & hoc fieri eodem modo, vt si ex animali animal vtique fiat, & si ex quodam animali quoddam animal, vt si canis ex equo fiat. fiet enim non solum ex quodam animali canis, sed etiam ex animali, at non quatenus est animal, est enim iam hoc, si autem aliquid de-

bet fieri animal, non secundum accidens, non ex
Tex. 77. animali erit. ¶ Et si aliquid sit, non ex eo, quod
est, neque ex eo, quod non est. quod enim ex eo
quod non est, dictum est nobis quid significet
quod quatenus non est. Amplius autem & esse
omne, aut non esse non removemus
Tex. 78. ¶ Vnus igitur modus hic est. Alius autē quid
contingit eadem dicere secundum potentiam,
In 9. meta. & actum. hoc autem in aliis determinatum est
cum diligentia magis. Quare, quod quidem di-
cebamus, dubitationes solvuntur, propter quas
coacti removent dictorum quæda. propter hoc
enim tantum auersi sunt. Priores à via in gene-
rationem, & corruptionem, & omnino mutatio-
nem. hæc enim visa natura omnem solvit hanc
Tex. 79. ipsorum ignorantiam. ¶ Tangentes igitur à
alij quidam fuerunt ipsam, sed non sufficienter.
Primum enim conantur simpliciter fieri ali-
Vide cōtra. quid ex eo, quod non est, quòd Parmenidem re-
Zim. cè dicere. postea videtur ipsis, si quidem est nu-
mero una, & potentia tantum esse: hoc autem
differt plurimum. Nos enim materiam, & priva-
tionem alterum esse dicimus: & horum, materia
quidem non ens esse secundum accidens, priva-
tionem autem per se: & materiam quidem pro-
Tex. 80. pè, & quodammodo substantiam, privatio-
nem autem nequaquam. ¶ Quidam autē quod
non est magnum, & paruum similiter, aut simul
vtrumque, aut seorsum vtrumque, quare penitus
alter est modus hic trinitatis, & ille. huc vsque
enim processerunt, quòd oportet quandā suppo-
ni naturam: hanc tamen vnam faciunt. etenim
si aliquis dualitatem facit, dicens magnum, &
paruum ipsam, non minus idem facit. alteram
enim despexit. permanens enim cum forma

eandē

usia est eorum, quæ fiunt, sicut materia altera ve-
rò pars contrarietatis, sæpe per imaginationem
videbitur ad maleficium ipsius intendenti iuuel
lectum, neque esse penitus.

Tex. 81. ¶ Existente enim quodam diuino, & bono,
Vide cōtra. & appetibili, aliud quidem contrariunt ipsi di-
Zim. cimus esse, aliud autem quod natura aptum est
appetere & desyderare ipsum secundum suam
Materia appetit formam, sicut turpe vanis & fœmina marem. ipsius naturam. quibusdam autem accidit con-
trarium appetere suam ipsius corruptionem.
attamen neque ipsum suam ipsius possibile
est appetere formam, propterea quòd non est
indigens, neque contrarium, corruptiua enim
sunt sui inuicem contraria: sed hoc est materia,
sicut si fœmina masculum, & turpe pulchrum:
verum non per se turpe, sed secundum accidēs:
neque fœmina, sed secundum accidens.

Caput Quintum, Materiam ingenitam, incorruptibilemque esse ostendens.

Tex. 82. COrrumpitur autem, & fit, est quidem vt sic
Vide cōtra Zim. est autem, vt non. quatenus enim est, id in
quod secundum se corrumpitur. quod enim cor-
rumpitur, in hoc est priuatio: quatenus autem
secundum potentiam, non per se, sed incorru-
ptibilem, & ingenitam, necesse est ipsam esse. si
enim fiat, subesse aliquid oportet primū, ex quo
inexistente fiat. hoc autē est ipsius natura: qua-
re erit, ante quam fiat, dico enim Materiam, pri-
mum subiectum vnuscuiusque, ex quo fiat ali-
quid, cum insit, non secundum accidens: &, si
corrumpitur aliquid, in hoc abibit vltimum: qua
re corrupta erit, antequam corrumpatur.

Materia quid. Idem 2. Phy. tex. 4. 21. & 3. met. tex. 1.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tex. 85. ¶ De principio autem secundum Parmenidem vtrum vnum, an plura, & quot, aut quę sunt considerare diligentiam primæ Philosophiæ opus est determinare, quapropter in illud tempus reponatur. De Physicis autem, & corruptibilibus formis in posterius demonstrandis dicemus. Quòd igitur sint principia, & quæ, & quot numero, determinatum sic à nobis sit. Rursus autem, aliud principium capientes, dicamus.

***

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV LIBER SECVNDVS.

SVMMAE LIBRI.

In prima tractatur de ipsa natura, & de quibusque, quæ ad eam referuntur, & quot modis dicatur.
In secunda de contemplatione ipsius naturalis, & quo modo differat ab ea quæ est Mathematici.
In tertia de causis & earundem diuisione.
Summa Primæ Caput Primum, in quo habet quid sit natura.

Tex. 1. EOrum quæ sunt, alia quidem sunt natura, alia verò propter alias causas. Natura quidem sunt animalia, & partes ipsorum, & plantæ, & simplicia corpora, vt terra, & ignis, & aër, & aqua. hæc enim & huiusmodi natura esse dicimus. Omnia autem, quæ dicta sunt, videntur differentia ab iis, quæ non natura existunt. quæ enim natura sunt, omnia videntur habere in seipsis principium motus, & status, hæc quidem secundum locũ, alia vero secundum augmentum, & decrementum, quædã autem secundum alterationem. Tex. 2. ¶ Lectus autem, & indumentum, & si quid huiusmodi aliud genus est, secundũ quòd quidem sortitum est prædicationẽ vnamquamque, & quatenus est ab arte, ne vnũ quidem habet † impetum mutationis innatum, quatenus

Vide duas com. Zim.

† *al. principium.*

quatenus autem accidit ipsis lapidea, aut terrea esse, aut mista ex his eatenus habent.

Text.3. ¶ Tanquam Natura sit principium aliquod & causa mouendi, & quiescendi, in quo est primum per se, & non secundum accidens. Dico autē non secundum accidēs, quoniā fiet vtiq; sibi ipsi aliquis causa sanitatis, cū sit medicus. attamen nō quatenus sanatur, medicinam habet, sed accidit eundē medicum esse, & sanari. quapropter & separatur aliquando abinuicē. Similiter autem & aliorum, quæ fiunt, vnumquodque nullum enim ipsorum habet in seipso factionis principium sed alia quidē in aliis, & ab exteriori, vt domus & aliorum manufactorum vnumquodque: alia autem in seipsis quidem, sed nō secundū seipsa quæcunque secundum accidens causæ fieri possunt ipsis. est igitur Natura quod dictum est.

Caput Secundum, in quo declaratur quid sit id, quod habet Naturam.

Text.4. *Vide cōtra. Zim.* NAturam autem habet quæcunque huiusmodi habent principiū, & sunt hæc omnia substantia. Subiectum enim quoddā, & in subiecto est natura semper.

Caput Tertium, & Quartum, in quo determinatur quid sint res secundum Naturam, & quid Naturales.

Text.5. SEcundum autem Naturā sunt & hæc, & quæcunque his insunt secundū se, vt igni ferri sursum. hoc enim natura quidē non est, neq; habet naturam, sed à natura, & secundum naturam est.

Caput Quintum, declarans Naturam esse quid perse notum esse.

Text.6 VIdetur igitur est natura dictum est, & quod quòd à natura, & secundum naturam. Quod an ter

autem sit. Natura tentare demonstrare ridiculū est. manifestum enim est quòd huiusmodi entia sunt multa: demonstrare autem manifesta per immanifesta non potentis iudicare est quod per seipsum & non per seipsum notum est. Quòd autem contingat hoc pati, non immanifestum est. syllogizare enim quis posit de coloribus, cū à natiuitate sit cæcus: quare necesse est talibus de nominibus esse sermonē, nihil autē intelligere. *Confimile. 8. Phys. tex. 22. & 26. & 4. met. tex. 9.* *Vide cōtra Zim.*

Caput Sextum, & Septimum, in quo determinatur quot modis dicatur Natura, & quid natura nomine primum significatum sit, materiane, an forma.

Text.7. VIdetur autem nonnullis Natura, & substantia eorum, quæ natura sunt, esse quod primum inest vnicuique, nō formatum per seipsum. vt lecti natura lignum, statuæ autem æs. signum autem, dixit Antiphon quoniam, si aliquis defoderit lectum, & accipiat potentiam putredo vt fiat germen, non vtique fieri lectum, sed lignum. tanquam quod secundum accidens est, esse dispositionem secundum legem, & arrem. substantiam autem esse illam, quæ etiam permanet, hæc patiens continue. ¶ Si autem & horum vnumquodque ad aliud aliquid idem hoc passum est (vt æs quidem, & aurum ad aquam, ossa autem, & ligna ad terram, similiter autem & aliorum quodlibet) illa naturam esse, & substantiam ipsorum. ¶ Quocirca sanè hi quidem terram, alij vero ignem, alij aerem dicunt, quidam autem aquam, quidam vero quædam horum, quidam autem omnia hæc naturam esse eorum, quæ sunt. quod enim aliquis ipsorum existimauit huiusmodi, siue vnum, siue plura, hoc, & tot dicit esse omnem *Antiphon.* *Text.8.* *Text.9.*

substant

substantiam, alia autem omnia passiones ipsi-
Tex.10. rum, & habitus, & dispositiones. ¶ Et horum
quidem quodlibet esse perpetuū, non enim est
mutationem ipsis ex seipsis, alia autem fieri,
corrumpi infinities. Vno igitur modo natura
dicitur, prima vnicuique subiecta materia habe-
tium in seipsis motus principium, & mutatio-
Alio autem modo forma, & species, quæ secu-
dum rationem.

Tex.11. *Vide extra. Zim.* *Ex hoc textu sumitur quæ denominatio sit ab alia.*

¶ Vt enim ars dicitur quod secundum artem
& artificiale, & sic & natura quod secundum na-
turam dicitur, & quod naturale. Neque autem
illud adhuc dicimus habere secundū artem ali-
quid, si potentia tantū est lectus, nondum autem
habet formam lecti, neque esse secundum artem
neq; in iis, quæ natura subsistunt, potentia ens
caro, aut os, neque habet adhuc sui ipsius natu-
ram, priusquam accipiat formam, quæ secun-
Tex.12. rationem, quam definientes dicimus quid est
Vide extra Zim. aut os, neque natura est.

† *Forma est magis natura quam materia.* † *Vnumquodque dicitur, cum actu sit magis, quam cum potentia.*

¶ Quare alio modo natura vtique erit habe-
tium in seipsis motus principium, forma, & spe-
cies, † non separabilis existens, nisi secundū
tionem. Quod autē est ex his, natura quid est
est, sed à natura, vt homo. † & magis natura h
est, quàm materia. † vnumquodq; enim tunc
citur, cum actu sit magis, quàm cum potentia.

Tex.13. Tex.14. † *Generatio, via est ad naturā non enim vt medicatio*

¶ Amplius sit ex homine homo, sed non
ctus ex lecto. quapropter etiam dicunt figuras
non esse naturam, sed lignum, quoniam fieret
que si germinabit, non lectus, sed lignum. si ei
hoc est ars, & forma est natura. fit enim ex h
mine homo.

¶ Amplius autem natura, dicta vt † gene-
tio, via est ad naturā non enim vt medicatio

tio est via in naturam.

eitur non ad medicinam via, sed ad sanitatem
(necesse enim est, à medicina, non ad medici-
nā esse medicationē) * sic natura se habet ad na-
turā. sed quod nascitur ex quoddā in quiddā ve-
nit, quatenus nascitur, ad quod igitur nascitur?
non ad id ex quo, sed ad quod. ¶ Forma itaque Tex.15.
natura est. sed forma, & natura dupliciter di- *Privatio*
citur, etenim priuatio forma quodammodo est. *forma est*
si autem est priuatio, & contrarium aliquod cit- *quodammo*
ca simplicem generationem, aut non est, poste- *do.*
rius consyderandum.

*Summa Secunda, qualis sit huius scientiæ professe-
ru considerato declarans.*

Caput, Primum & Secundum de differentia inter Physicen & Mathematicen contemplationem de eadem re, & quòd magis peccant qui ponunt formam naturæ sic à materia expoliatam, quàm Mathematici, qui tantummodo intellectione separant.

Tex.16. Voniam autem determinatum est quot modis natura dicitur, post hoc speculandum est quo differt Mathematicus à Physico. etenim plana, & solida habēt physica corpora, & longitudines, & puncta, de quibus consyderat Mathematicus. ¶ Amplius autem, si Tex.17. Astrologia alia est, an pars Physicæ. si enim Physici est quid sit Sol, aut Lunæ scire, accidentium autem per se nullum, inconueniens est, & præsertim, cum videantur dicere quæ circa naturam versantur, & de figura Solis, & Lunæ: & vtrum sphærica sit terra, & mundus an non.

¶ De his igitur negociatur & Mathematicus, Text.18.
sed non quatenus physici corporis terminus

Abstrahit enim non ens mouendum. vide 2. de anima. text. 35.

est vnumquodque, neque accidentia speculatur, quatenus talibus existentibus accidunt, quæ propter & abstrahit. abstracta enim sunt immota à motu: & nihil refert: neque sit mendacium abstrahentium. ¶Latent autem qui hoc faciunt, & qui ideas dicunt. * physica enim abstrahunt, cùm minus sint abstracta mathematicis. Fiet autem hoc manifestum, si aliquorumque tentauerit dicere terminos, & ipsorum & accidentium. imprimis enim erit & curuum & curuum, adhuc autem & numerus, & linea, & figura sine motu. caro autem, & os, homo non amplius. sed hæc, sicut naris simum, sed non sicut curuum, dicuntur. ¶Demonstrant autem & quæ ex Mathematicis, magis Physica sunt, vt Perspectiua, & Harmonica, & Astrologia. è contrario enim quodammodo habent ad Geometriam. Geometria enim physica linea considerat, sed non quatenus physica. Perspectiua autem mathematicam quidem lineam, sed non quatenus mathematica, sed quatenus physica est.

Tex. 19. * *Vide com. Zim.*

Tex. 20.

Caput Tertium probans Naturalem non considerare formam sine materia.

Tex. 21. CVm autem natura duplex sit, & forma, & materia, vt si de similitate quid sit considerandum, sic contemplandum est. quare non quæ sine materia, neque secundum materiam quæ huiusmodi sunt. Etenim iam & de his dupliciter dubitabit quis, cum duæ naturæ sint, de vtra est Physici, an de eo, quod est ex vtraque. sed, si de eo, quod est ex vtrisq;, & de vtro

Tex. 22. que. ¶Vtrum igitur eiusdé, aut alterius vtro

que cognoscere? Ad Antiquos enim aspicienti videbitur vtique esse materiæ. ad exiguam enim partem quandam Empedocles, & Democritus formam, & quod quid erat esse, tetigerunt. si autem ars imitatur naturam: eiusdem autem est scientiæ cognoscere formam, & materiam vsque ad aliquid: vt Medici sanitatem, & cholcram, & phlegma, in quibus est sanitas: similiter autem & Ædificatoris formam domus, & materiam, lateres scilicet, & ligna: similiter & in aliis: & Physicæ vtique erit cognoscere vtrasque naturas. ¶Insuper eiusdem est id cuius gratia, & finem, & quæcunque sunt horum gratia. natura autem finis est, & id, cuius causa. quorum enim continuo motu existente, est aliquis finis ipsius motus, hic vltimus est, & id. cuius causa. quo circa & Poëta derisorie adductus est vt dicer: Habet finem, cuius quidem causa factus est: vult enim non omne vltimum esse finem, sed optimum. ¶Quoniam & faciunt artes materiam, aliæ quidem simpliciter, aliæ vero operi accommodam. & vtimur, tanquam propter nos, omnibus, quæ sunt. sumus enim quodammodo & nos finis. dupliciter enim est id, cuius causa. dictum est autem in iis, qui de Philosophia. ¶Duæ igitur * sunt artes, quæ dominantur ipsi materiæ. & quæ sunt cognoscentes, ea, quæ vtitur, & Factiua, quæ Architectonica est. quapropter & quæ vtitur, Architectonica quodammodo est. differt autem, quatenus hæc quidem, quæ formam cognoscit, Architectonica est, alia autem vt effectrix materiæ. gubernator enim qualis sit forma aliqua temonis cognoscit, & præcipit: alius autem ex

Tex. 23. *Diffinitio finis. vide 2. met. 1.*

Tex. 24. *Finis omnium.*

Tex. 25. *Duæ artes. vide com. Zim.*

quo ligno, & quibus ex motibus est. In iis igitur, quæ sunt secundum artem, nos faciunt materiam propter opus, sed in Physicis est.

Tex.26. *Materia eorũ est quæ ad aliquid.* ¶Amplius, eorum, quæ ad aliquid, materia est. ad aliam enim formam alia materia. Quousque ergo Physicum oportet cognoscere formam, & ipsum quid est? An quemadmodum Medicum nervum, aut fabrum æs, vsque ad aliquid? alicuius enim gratia vnumquodque & circa ea, quæ sunt, separabilia quidem formam in materia autem: * homo enim hominem generat, & Sol. quomodo autem se habeat hæc separabilis, & quid sit, Philosophiæ primæ est oficium determinare.

* *a. l. homo quidem. Sol, & homo generat hominem.*

Summa Tertia, in qua agitur de Causis, & earum in plura membra diuisione.

Caput Primum, in quo, quot, quæ ue sint causæ determinatur.

Tex.27. Determinatis autem his, considerandum est de causis, & quæ, & quot numero sunt. Cum enim sciendi gratia hoc negocium sit, scire autem non prius opinamur vnumquodque, quàm vtiq; cognoverimus propter quid circa vnumquodque, hoc autem est accipere primam causam: manifestum quòd & nobis hoc faciendum est & de generatione, & corruptione, & de omni physica mutatione: vt scientes ipsorum principia: reducere ad ipsa tentemus quæsitorum vnumquodque.

Tex.28. *Causarum genera.* ¶Vno igitur modo causa dicitur, ex quo fit aliquid cum insitivt æs statuæ, & argentum phialæ, & horum genera. Alio autẽ modo forma, & exemplum.

emplum. hæc autem est ratio ipsius quod quid erat esse, & huius genera. vt ipsius diapason duo ad vnum, & omnino numerus, & partes, quæ in ratione. ¶Amplius vnde principium mutationis primum, aut quietis: vt consultor causa, & pater filij, & omnino faciens facti, & mutans mutati. Præterea, vt finis. hic autem est id, cuius gratia, vt ambulandi sanitas. propter quid enim ambulat? dicimus, vt sanus sit? &, ita locuti, opinamur assignasse causam. & quæcunque, illis mouente alio, intermedia fiunt ipsius finis: vt sanitatis macies, aut purgatio, aut medicamenta, aut organa. omnia namque hæc finis gratia sunt: differunt tamen adinuicem, quia alia quidem sunt opera, alia vero organa. Tex.29.

¶Causæ igitur sese tot modis dicuntur. Accidit autem, cum multipliciter dicantur causæ, & multas eiusdem cuius esse, non secundum accidens: vt statuæ, & ars statuaria, & æs, non secundum alterum quid, sed quatenus est statua: sed non eodem modo: sed hoc quidem vt materia, illud autem vt vnde est motus. Sunt autem quædam & adinuicem causæ: vt laborare causa est bonæ habitudinis, & hæc laborandi: sed non eodem modo: sed hoc quidem vt finis, illud autem vt principium motus. Amplius autem eadem causa contrariorum est. quod enim præsens causa huius est, hoc & absens facimus aliquando causam cõtrarij vt absentiam gubernaculi nauis subuertionis, cuius erat præsentia causa salutis. ¶Omnes autem nunc dictæ causæ in quatuor cadunt modos manifestissimos. Elementa enim syllabarum, & materia factibilium, & ignis, & huiusmodi corporum, & partes totius, & suppositiones conclusionis, vt id, Tex.30. *Causæ sunt sibi inuicẽ causæ.* *Eadẽ eaum sæ cõtrariorum est.* Tex.31. *Causarum quatuor ge nera.*

ex quo, causæ sunt. Harum autem aliæ quidem sunt vt subiectum, vt partes: aliæ autem, vt quod quid erat esse, & totum, & compositio, & species. Semen autem, & medicus, & consultor, & omnino ipsum faciens omnia sunt vnde principium mutationis, aut status, aut motus. Aliæ autem vt finis, & bonum aliorum. id enim cuius gratia, optimum, & finis aliorum vult esse. differat autem nihil idem dicere bonum, vel apparens bonum. ¶ Causæ igitur tales, & tot sunt species. Modi autem causarum numero quidem sunt multi, in capita vero contracti & hi pauciores. dicuntur enim causæ multipliciter. & ipsarum, quæ similium specierum sunt, prior ac posterior alia, alia, vt sanitate medicus, & artifex, & ipso diapason duplum, & numerus, & semper quæ continent ad singulares. ¶ Amplius autem vt accidens, & horum genera: vt statuæ aliter Polycletus, & aliter statuarius: quoniam accidit statuario Polycletum esse. & continentes etiam accidens: vt si homo causa sit statuæ, aut omnino animal. sunt autem accidentium alia aliis remotius, & propinquius: vt si albus, & musicus causa dicantur statuæ.

¶ Præter omnes autem, & proprie dictas, & secundum accidens, aliæ quidem vt potentes dicuntur, aliæ vero vt operantes: veluti ædificandæ domus ædificator, aut ædificans ædificator. ¶ Perinde autem dicetur & in iis, quorum causæ sunt ipsæ causæ, atque in iis, quæ dicta sunt. vt huius statuæ, aut statuæ, aut etiam omnino imaginis, & æris huius, aut æris, aut omnino materiæ, & in accidentibus similiter. ¶ Amplius autem connexæ & hæ,

Vide contr. Zima.

Idē supra tex. 23. & 2. met. t. 8. & 3. met. tex. 3.

Tex. 32.

Causa prior posterior.

Tex. 33.

Causa per se, per accidens.

Vide contr. Zima.

Tex. 34.

Causa in potentia, in actu.

Tex. 35.

Tex. 36.

hæ & illæ dicentur: vt non Polycletus, neque statuarius, sed Polycletus statuarius. Attamen omnes hæ sunt multitudine quidem sex: dictæ autem dupliciter. aut enim vt singulare, aut vt genus, aut vt quod secundum accidens, aut vt accidentis genus, aut vt connexæ hæ, aut vt simpliciter dictæ: omnes autem, aut actu existentes, aut secundum potentiam. ¶ Differunt autem tantum, quòd actu quidem existentes, & singulares, & ea, quorum sunt causæ, simul sunt, & non sunt. vt hic medens cum hoc, qui sanatur: & hic ædificator cum hoc, quod ædificatur. quæ autem sunt secundum potentiam, non semper: corrumpitur enim, non simul domus, & ædificator. ¶ Oportet autem semper causam vniuscuiusque summam quærere, vt & in aliis. vt homo ædificat, quoniam ædificator est: ædificator autem est secundum ædificandi artem. hæc igitur prior causa est: & sic in omnibus. Amplius, aliæ quidem genera sunt generum, aliæ autem singularia singularium: vt statuarius quidem statuæ, hic autem huiusce. Et potentiæ quidem possibilium, actu autem existentes ad actu existentia.

Tex. 37.

Tex. 38.

Vniuersalium causa sunt vniuersales, & singulariū singulares.

Caput Secundum, in quo de casu, & Fortuna tractatur.

Tex. 39.

QVot igitur causæ, & quomodo causæ sunt, sint nobis determinata sufficienter. Dicitur autē & Fortuna, & Casus de numero causarum esse. & multa & esse, & fieri propter fortunam, & casum. Quo igitur modo in his causis est fortuna, & casus, & vtrum idem sint fortuna, & casus, aut diuersum, & omnino quid sit fortuna, & casus, considerandum est.

Tex.40. ¶Quidam enim & si sint, an non, dubitant: nihil enim fieri à fortuna dicunt, sed omnium esse aliquam causam determinatam, quæcunque dicimus à casu fieri, aut à fortuna, vt veniendi à fortuna in forum, & reperiendi quem volebat quidem, non autem putabat, causa est velle, cum venerit, emere. similiter autem & in aliis, quæ à fortuna dicuntur, semper aliquam esse accipere causam, sed non fortunam.

Tex.41. ¶Quoniã, si aliquid esset fortuna, inconueniens vtique perquam vere videbitur, & dubitabit vtique aliquis propter quid nullus Antiquorum sapientum causas de generatione, & corruptione dicens, de fortuna quicquam determinauit, sed (vt videtur) nihil opinabantur illi esse à fortuna.

Tex.42. ¶Sed & hoc mirabile: multa enim & fiunt, & sunt à fortuna, & casu, quæ non ignorantes quòd licet referre ad aliquam causam vnumquodque eorum, quæ fiunt, vt Antiquus sermo dixit, desituens fortunam, horũ tamen alia quidem esse dicunt omnes à fortuna, alia vero non à fortuna.

Tex.43. ¶Quocirca & quodammodo erat faciendus ipsis mentio. At vero neque illorum quidem aliquid opinabantur esse fortunam, vt amicitiam, aut litem, aut ignem, aut intellectum, nec aliquid aliud talium. Inconueniens est igitur, siue non putauerunt esse, siue putantes reliquerunt, præsertim aliquando venientes, vt Empedocles. Empedocles non semper aërem segregari superius dicit, sed vt accidit. dicit enim in mundi fabrica, Κουφοτερον ,, Sæpe alias aliter. sed tunc sic forte euenerit, & pauciora ,, tes animalium à fortuna fieri plurimas ait.

Tex.44. ¶Sunt autem quidam, qui & cœli huius, & mundanorum omnium causam esse putant Casum. à casu enim fieri dicunt reuolutionem

& motum, qui discreuit, & constituit in hunc ordinem vniuersum. ¶Et valde hoc ipsum ad- Tex.45.
miratione dignum est quòd dicant ipsa quidem *Cosmique pri*
animalia, ac plantas à fortuna nec esse, nec fie- *mo de par-*
ri, sed aut naturam, aut intellectum, aut quip- *tib. anima-*
piam tale aliud esse causam. non enim quodlibet *lium cap. 1.*
ex semine vnoquoque fit, sed ex tali quidem o- *Non quod-*
lea, ex tali autem homo: cœlum autem, & diui- *uis ex simi*
niora sensibilium à casu fieri: talem autem cau- *le vnoquo*
sam nullam esse, qualem animalium, & plan- *que fit simile t.*
tarum. ¶Atqui, si sic se habeat hoc ipsum, di- *Phy. 44.*
gnum est consyderatione, & bene esse habet di- *& 12. Met.*
ci aliquid de hoc ipso. Nam præterquam quòd *t. 11.*
& aliqui absurdum est quod dicitur, adhuc Tex.46.
absurdius est dicere hæc, cum videant in cœlo
nihil à casu factum, in ils autem, quæ non à fortuna, multa contingere à fortuna. attamen par
erat contrarium fieri. ¶Sunt autem quidam, Tex.47.
quibus Fortuna videtur quidem esse causa, immanifesta autem humano intellectui, tanquam
diuinum quiddam existens, & fœlicius. Quare
consyderandum est & quid sit vtrunque, & si
idem, an aliud & casus, & fortuna, & quomodo
in determinatas causas incidunt. ¶Primum Tex.48.
igitur, cum videamus alia quidem semper similiter fieri, alia autem frequenter, manifestum est quod neutri horum causa fortuna dicitur. id enim quod à fortuna, neque eius est, quod ex necessitate, & semper, neque eius, quod est frequenter. sed quoniam quædam fiunt & præter hæc, & omnes hæc dicunt esse à fortuna, manifestum quòd aliquid est Fortuna, & Casu. fortasse enim à fortuna, & quæ à fortuna talia esse dicimus. ¶Eorum autem, quæ fiunt, alia Tex.49.
quidem propter aliquid fiunt, alia vero non.

horum autem, alia quidem secundum electionem, alia vero non secundum electionem. Ambo autem sunt in iis, quæ propter aliquid. Quare manifestum est quod in iis, quæ sunt præter necessarium, & quod frequenter, sunt quædam circa quæ contingit esse id, quod est propter aliquid. Sunt autem propter aliquid, & quæcunque ab intellectu vtique aguntur, & quæcunque à natura. ¶Huiusmodi igitur, cum secundum accidens fiunt, à fortuna dicimus esse. vt enim & quod est, aliud quidem per se ipsum est, aliud autem secundum accidens, sic & causam contingit esse. vt ipsius domus per se quidem causa est ædificatiuum, secundum accidens autem album, aut musicum. itaque per se causa definita est: quæ vero secundum accidens, indefinita. infinita enim vni accident. sicut igitur dictum est, cum in iis, quæ propter aliquid sunt, hoc fiat, tunc dicitur à casu, & à fortuna. ¶Ipsa autem adinuicem horum differentia posterius determinanda est. nunc vero hoc sit manifestū, quòd vtraque sunt in iis, quæ propter aliquid sunt. vt causa recipiendi argentum veniisset, reportaturus pecuniam, si sciuisset: venit autem non huius gratia, sed accidit veniisse, & fecisse hoc reportandi gratia: hoc autem neque vt frequenter venientem ad locum, neque ex necessitate. Est autem finis reportationis non causarum, quæ in ipso, sed eligibilium, & ab intellectu, & dicitur tunc à fortuna quidem veniisse. si autem proponens, & huius gratia, aut semper veniens aut frequenter reportans, non à fortuna. ¶Manifestum itaque quòd fortuna causa est secundū accidens in iis, quæ secundum electionem eorum, quæ propter aliquid sunt.

Tex.50.

Causa per se sunt finita. sed causa per accidens sunt infinita.

Tex.51.

Tex.52.

Quid sit fortuna.

sunt. quapropter circa idem & intellectus, & fortuna est. electio enim non sine intellectu est.

Circa idē & intellectus, & fortuna versantur.

¶Indefinitas igitur causas necesse est esse, à quibus fiat quod est à fortuna: vnde videtur fortuna indefiniti esse, & immanifesta homini. Et est, vt nihil à fortuna videatur vtique fieri. omnia enim hæc recte dicuntur, quoniam rationabiliter. est enim vt fiat à fortuna, secundum accidens enim fit. ¶Et est causa, vt accidens, fortuna: vt autem simpliciter, nullius. vt domus ædificator quidem causa est, secundum accidens autem tibicen. & vt veniens referat argentum, non huius causa veniens, infinitæ sunt multitudine: etenim videre aliquem volens, & persequens, & visurus, & fugiens. ¶Et dicere esse aliquid præter rationem fortunam recte est. ratio enim est aut eorum, quæ semper sunt, aut eorum, quæ frequenter: fortuna autem est in iis, quæ fiunt præter hæc. quare, cum indefinitæ sint quæ sic sunt causæ, & fortuna indefinita est. Attamen etiam in quibusdam dubitabit vtique aliquis, nunquid quæuis sint fortunæ causæ, vt sanitatis, aut spiritus, aut æstus, sed non detonderi. sunt enim aliæ aliis proximiores earum, quæ secundum accidens, causarum. ¶Fortuna autem Bona quidem dicitur, cum bonum aliquid euenit: Mala autem, cum malum aliquid. Prosperitas vero fortunæ & Infortunium, cum magnitudinem habent hæc. Quocirca, & cum parum abest, vt quis malum, aut bonum capiat magnum, est vel infortunatum esse, vel bene fortunatum: quoniam, tanquam existeret, dicit intellectus. quod enim parum, tanquam nihil distare videtur. Amplius autem incerta est prospe

Tex.53.

Tex.54.

Tex.55.

Quod parū, tanquam nihil distare videtur.

Tex.56.

prospera fortuna rationabiliter. fortuna enim incerta est, neque enim semper, neque frequēter possibile est esse eorum, quæ sunt à fortuna quicquam. ¶Sunt igitur ambo causæ, quemadmodum dictum est, secundum accidens, & fortuna, & casus, in iis, quæ possunt fieri non simpliciter, neq; frequenter. & horum, quęcunq; vtique fient in iis, quæ propter aliquid. Differunt autem, quoniam casus in plus est. quod enim est à fortuna, est & à casu: hoc autem non omne à fortuna est. Fortuna enim, & quod à fortuna est, iis inest, quibus & fortunatos esse inerit, & omnino

Tex. 58. actio. ¶Quocirca & necesse est circa agenda esse fortunam. Signum autem est, quoniā videtur vel idem esse cū fœlicitate prospera fortuna aut prope. fœlicitas autē actio quædam est. est enim bona actio. Quare quibuscunque non contingit agere, iis neq; à fortuna aliquid facere cōtinget.

Tex. 59. ¶Ob idque, neque in anima tum quippiam, neque bestia, neque puerulus, quicquam facit à fortuna; quoniam non habent electionem: neque prospera fortuna, neque infortunium, horum non à fortuna, sed magis à casu factum esse dicimus. est autem & hoc alterum: huius enim extra est causa, illius vero intra.

¶Quid igitur sit casus, & quid fortuna, dictum est, & quā à seinuicem differant. At de modis causarum, in quibus est vnde principium motus, vtrunque ipsorum est. aut enim eorum, quæ sunt natura, aut ab intellectu, causa semper est. sed horum multijudo indeterminata est.

¶Quoniam autem casus, atque fortuna causæ sunt eorum, quorum aut intellectus causa sit, aut natura, eū secundum accidens causa aliqua sit horū ipsorum, nihil autē secundū accidens est prius iis, quæ per se sunt, manifestū est quòd neq; causa per accidens prior est ea, quæ est per se.

Fortuna nō est in rebus animatis, neq; in inanimatis, neque in brutis. Idem 1. Ethi. ca. 13. & 10. Eth. cap. 10.

Tex. 60. niam saluatus quidem est veniens, non saluatoris L. Alex. et autem gratia venit. & tripes casu cecidit: sed inanimatis. enim sedēdi causa, sed nō sedendi causa cecidit.

Tex. 61. ¶Quare manifestum est quòd in iis, quæ simpliciter propter aliquid fiunt, cum non eue-

quod euenit, gratia fiunt, cuius extra est causa, tunc à casu dicimus. à fortuna autem horum, quæcunque à casu fiunt, eligibilium, in habentibus electionem. ¶Signum autem est ipsum Tex. 62.
Frustra. quoniam dicitur, cum non fiat quod propter aliud est, illius gratia. vt ambulare, si purgationis gratia est. si vero non facta fuit ambulanti, frustra dicimus ambulasse, & quòd ambulatio, frustra fuit. tanquam hoc sit Frustra, quod natum est alterius gratia, cum non perficiat illud, cuius gratia erat, natūmque erat. quoniam, si aliquis se locum dicat frustra, quia non defecit Sol, ridiculus vtique erit: non enim erat hoc illius gratia. ¶Sic igitur casus juxta no- Tex. 63.
men est, cum ipsum frustra fit. decidit enim non percutiendi gratia lapis, à casu igitur decidit lapis, quoniam cecidisse potuit vtique à quodam, & percutiendi gratia. ¶Maximè autem est se- Tex. 64.
paratum quod à fortuna est in iis, quæ natura fiunt. nam, cum fit aliquid præter naturam, tum non à fortuna, sed magis à casu factum esse dicimus. est autem & hoc alterum: huius enim extra est causa, illius vero intra.

¶Quid igitur sit casus, & quid fortuna, dictum est, & quā à seinuicem differant. At de modis causarum, in quibus est vnde principium motus, vtrunque ipsorum est. aut enim eorum, quæ Tex. 66.
sunt natura, aut ab intellectu, causa semper est. sed horum multijudo indeterminata est.

¶Quoniam autem casus, atque fortuna causæ sunt eorum, quorum aut intellectus causa sit, aut natura, eū secundum accidens causa aliqua sit horū ipsorum, nihil autē secundū accidens est prius iis, quæ per se sunt, manifestū est quòd neq; causa per accidens prior est ea, quæ est per se.

Vbi contr. Zimar.

Quid sit frustra.

Nihil est cāp. du accidens est prius iis, quæ sunt p se 4. Phys. ca. 1. 2. 1. c. 12. & 4. Phys. ca. 1.

Postea

Tex.67. ¶Posterior itaque casus est, atque fortuna & intellectu, & natura. quare si quàm maxime casus causa est casus, necesse est prius intellectum & naturam esse & aliorum multorum, & huius

Tex.68. vniuersi causam. ¶Quòd autem sint causæ, & quòd tot numero, quot dicimus, manifestum est. tot enim numero ipsum propter quid comprehendit. Aut enim ad ipsum, quid est reducitur ipsum propter quid vltimum in immobilibus, vt in Mathematicis. ad definitionem enim recti, aut commensurabilis, aut alius cuiuspiam

Tex.69. reducitur vltimum. ¶Aut ad mouens primum, vt propter quid certauerunt? quoniam sunt. Aut cuius gratia? vt dominentur. Aut in iis, quæ fiunt, materia. Quòd igitur causæ hæ, & tot sint manifestum est. ¶Cum

Tex.70. rem causæ quatuor sint, de omnibus est physici cognoscere, & ad omnes, reducens ipsum propter quid, assignabit physice materiam

Tres causa plerunq; in vnũ veniũt. mam, ipsum mouens, & id, cuius gratia. Vtplurimum autem tres in vnam plerumque. ipsum enim quid est, & id cuius gratia, vna est.

Tex.71. ipsum vero vnde motus primum specie eadem est his: homo enim hominem generat.

** Physicus quatenus, non quæcunq; mota mouentq; considerat. quatenus, vero nõ, ad alias pertinet physicas sunt. vide p hoc cũ 11. primi libri.*

¶Atque omnino quæcunque mota mouentque quæcunque autem non, * non amplius Physici sunt: non enim in seipsis habentia motum, aut principium motus, mouent, sed immobilia sunt. Quamobrem tria sunt negocia, hoc quidem circa mobile, illud vero circa mobile quidem, sed incorruptibile, aliud autem circa corruptibile.

¶Quare ipsum propter quid, & ad materiam reducenti redditur, & ad ipsum quod quid est, & primum mouens. de generatione enim magis

Tex.72. xime hoc modo causas considerant, quid

post quid fiat, & quid primum fecit, aut quid passum est, & sic semper quod deinceps est.

¶Duplicia autem sunt principia mouentia Tex.73. Physice, quorum alterum non Physicum est: *Vide contr.* non enim habet motus principium in seipso. *Zimar.* tale autem est, si aliquid mouet, quod non mouetur, vt id quod penitus est immobile. & quod *Ex hoc loco patet Deũ* omnium primum est. ¶Et ipsum quid est. & *mouere vt* forma: finis enim est, & cuius gratia. Quare, *efficiens.* cum natura propter aliquid sit, & hanc cognoscere oportet, & penitus reddendum est ipsum Tex.74. propter quid. vt quòd ex hoc necesse est hoc fieri. hoc autem ex hoc, aut simpliciter, aut frequenter. & si debet hoc fieri, vt ex propositionibus conclusio. & quia hoc erat quod quid erat esse. & quia melius est sic, non simpliciter, sed ad vnius cuiusque substantiam.

Capit Tertium. in quo soluuntur dubia de Causa Finali.

Dicendum igitur primum quidem quòd natura eorum causarum est, quæ sunt propter Tex.75. aliquid, postea de necessario quomodo se habet in Physicis. ad hanc enim causam reducunt omnes, quia cum calidum tale natura sit, & frigidum, & vnum quodque taliumhæc autem ex necessitate sunt, & fiunt, & apta natura sunt. etenim etiam, si aliam causam dicant, solum tangentes valere sinunt, hic quidem litem, & amicitiam, ille vero intellectum. ¶Habet au- Tex.76. tem dubitationem, quid prohibeat naturam non propter aliquid facere, neque quòd melius est, sed sicut pluit Iupiter, non vt frumentum augeat, sed ex necessitate. quod enim surgum latum est frigefieri oportet: & quod frigefactum

factum est, aquam factum, deorsum venire? ag-
gete autem, cum hoc fiat, accidit frumentum
similiter autem &, si cupiam perit frumentum
in area, non huius gratia pluit, vt pereat, sed
hoc accidit. Quare quid prohibet sic & partes
se habere in natura, vt dentes ex necessitate or-
ti, anteriores, quidem acutos, aptos ad diuiden-
dum, maxillares autem latos, & vtiles ad tere-
dum cibum, cum non propter hoc facti sint, sed
acciderit, similiter autem est & de aliis par-
tibus, in quibus videtur inesse ipsum propter a-
liquid. Vbi igitur omnia acciderint, perinde a-
que si propter aliquid facta forent, ex quibus
seruata sunt, à casu consistentia apte, quæcun-
que vero non sic, perierit, peresúntque, quemad-
modum Empedocles dicit ea, quæ *Prima bo-*
minum referunt. & taurorum parte secunda.

*a. l. gemi-
ni.*

Tex. 77. ¶Ratio igitur, quam dubitauerit aliquis, ha-
est, & si quà talis alia est. Sed impossibile est il-
hoc se habere modo. Hæc enim & omnia, quæ
natura sunt, aut semper sic fiunt, aut frequen-
ter, sed eorum, quæ fiunt à fortuna, & casu, n
hil. neque enim à fortuna, neque à casu videtur
pluere sæpe hyeme, sed si sub cane: neque æs
mata sub cane, sed si hyeme. Si igitur aut à ca
su videtur, aut propter aliquid esse, si non po
sibile est esse hæc aut à fortuna, aut à casu, p
pter aliquid vtique erunt. at vero natura sunt
iusmodi omnia, quemadmodum & ipsi dixer
qui hæc dicunt. est itaque ipsum propter aliqu
in iis, quæ natura fiunt & sunt.

Tex. 78. ¶Amplius in quibuscunque finis aliquis e
huius gratia agitur quod prius, quodque co
quens est. ergo, vt agitur, sic aptum natura a
&, vt aptum natura est, sic agitur vnum quo

que, nisi quid impediat. agitur autem propter
aliquid, & aptum itaque natura est huius gra-
tia. vt, si domus eorum, quæ natura fiunt, esset,
sic vtique facta esset. vt nunc ab arte. si autem
quæ natura, non solum natura, sed & arte fie-
rent, similiter vtique fierent, vt apta natura
sunt. propter ergo alterum, alterum. ¶Et om- Tex 79.
nino ars alia quidem perficit, quæ natura non *Ars alia*
potest efficere: alia vero imitatur. si ergo quæ *perficit, quæ*
secundum artem sunt, propter aliquid fiant, *natura non*
manifestum quòd & quæ secundum naturam. *potest efficere*
similiter enim se habent inter se in iis, quæ se- *re. alia ve-*
cundum artem, atque in iis, quæ secundum na- *ro imita-*
turam, posteriora ad priora. ¶Maxime au- *tur.*
tem manifestum est in cæteris animalibus, quæ Tex. 80.
neque arte, neque inquirendo, neque delibe-
rando faciunt. Quapropter dubitant quidam,
vtrum intellectu, aut quodam alio operentur &
Aranei, & Formicæ, & huiusmodi. paulatim au-
tem sic procedenti, & in plantis apparent con-
ferentia quædam fieri ad finem, vt folia pro-
pter fructus cooperimentum. Quare, si & na-
tura, & propter aliquid Hirundo nidum facit,
& Araneus telam, & plantæ folia gratia fru-
ctuum, & radices non sursum, sed deorsum, gra-
tia nutrimenti, manifestum quòd est causa ta-
lis in iis, quæ natura fiunt, & sunt. ¶Et quo- Tex. 81.
niam natura duplex est, alia quidem vt mate-
ria, alia vero vt forma, finis autem est hæc, pro-
pter finem autem cætera, hæc vtique erit causa,
cuius gratia. ¶Peccatum autem fit & in iis, Tex. 82.
quæ fiunt secundum artem, scripsit enim non
recte Grammaticus, & propinauit non recte Me-
dicus medicamentum. quare manifestum est
quòd contingit & in iis, quæ secundum natu-

ram fiunt. Si igitur sunt quædã secundum artem, in quibus quod recte fit, propter aliquid fit, his autem, quæ peccãtur, alicuius quidem gratia aggreditur, sed frustratur: similiter vtique se habet & in Physicis, & monstra peccata sunt: illius quod propter aliquid agit. & in iis igitur, quæ a principio, vtique compositionibus bouigena, non ad quendã terminũ, ac finẽ poterant venire, corrupto vtique principio aliquo fiebant vt ma-

Tex.81. ¶ Amplius necesse est semen fieri prius, sed non statim animalia. & ipsa mas- quidẽ mollis prius semẽ erat. Amplius & in plantis inest ipsum propter aliquid, minus autem manifestũ est. Vtrum igitur & in plantis fiebãt bouigena, vitiprora, sic vitigena oleoprora? Non incõueniens enim, sed tamẽ oportebat, si quidẽ & in animalibus. ¶ Amplius oportebat & in

Tex.84. seminibus fieri, vt accidit. Omnino autẽ destitutis dicens, ea quæ natura sunt, & naturã. Natura enim sunt quæcunque ab aliquo in seipsis principio cõtinue mota perueniũt ad aliquẽ finem. Non vnoquoq; autẽ non idem quibuslibet, neq; quibuslibet semper tamen ad eundẽ, nisi aliquid impedierit.

Tex.85. ¶ Id autem cuius gratia, & quod huius gratia fient vtique à fortuna. sicuti diximus quòd à fortuna venit hospes, loculi; abiuit, cum tanquã gratia huius veniens egerit, nõ autẽ gratia huius venerit & hoc secũdũ accidẽs. sortuna enim est eorũ, quæ sunt secũdũ accidẽs causarũ, quẽadmodum & prius diximus. sed cũ hoc semper, aut frequenter fiat non secundũ accidens neq; à fortuna est in physicis autẽ semper sic nisi quid impedierit.

Tex.86. ¶ Incõueniens autẽ est nõ opinari propter aliquid fieri, nisi videant ipsum mouẽs deliberatiue. Attamẽ etiã ars nõ deliberat. nanq; si esset in

gno nauis faciendæ ars, haud secus, atq; natura, faceret. quare, si in arte inest ipsum propter aliquid, & in natura inest. maxime autem manifestum est, cũ quis medetur ipse sibi ipsi. huic enim similis est natura. Quòd igitur causa sit Natura, atque ita vt propter aliquid, manifestum est.

Caput quartum, ad quam causam necessitas in rebus naturalibus referatur determinat.

QVod autem ex necessitate est vtrum ex suppositione sit an & simpliciter. Nunc enim Tex.87. opinantur quòd ex necessitate est esse in generatione, quemadmodum, si aliquis mutum ex necessitate existimaret esse factum, quoniam grauia quidem deorsum ferri apta natura sunt, leuia autem superne, quapropter lapides quidem deorsum, ac fundamenta, terra autem sursum propter leuitatem, supra autem maxime ligna, leuissima enim sunt.

¶ Attamen non sine his quidem factus est, Tex.88. non tamen propter hæc, nisi vt propter materiam, sed causa abscondendi quædam, & saluandi. Similiter vero & in aliis omnibus, in quibuscunque ipsum propter aliquid est, non sunt quidem sine iis, quæ necessariam habent naturam, non tamen sunt propter hæc, nisi vt materia sint, sed propter aliquid. vt propter quid serra est talis? vt hoc, & huius gratia sit. hoc tamen cuius gratia, non potest fieri, si non ferrea sit. necesse est igitur ferream esse, si seruabit, & opus ipsius. ex suppositione igitur necessarium est, sed non vt finis. nam in materia necessarium est, ad autem, cuius gratia sit, in ratione. ¶ Est autem necessarium & in Disciplinis, & in iis, quæ secundum Naturam fiunt, quo-

Tex.89.

dammodo similiter. cum enim rectum hoc sit, necesse est triangulum duobus rectis æquales habere, sed non, si hoc est, illud est. sed si hoc non est, neque illud rectum est. in iis autem quæ propter aliquid fiunt, e contrario, si finis erit, aut est, & id quod est ante erit, aut est. si vero non, sicut ibi, si non sit conclusio, principium non erit, sic & hic finis, & id, gratia cuius: principium enim & hoc est, non actionis, sed cogitationis, ibi autem cogitationis, actiones enim non sunt. ¶ Quare, si erit domus, hæc necesse est fieri, aut existere, aut esse, aut omnino materiam, quæ propter aliquid est, vt lateres, & lapides, si domus. non tamen propter hæc est hæc, nisi vt materiam, neque esse propter hæc omnino tamen, si non sint, neque domus neque serra erit nisi quidem, si non sint lapides, &c. Vero, si ab sit ferrum. neque enim ibi principium si non triangulum duobus rectis. Manifestum est igitur quod necessarium est in Physicis, quæ vt materia dicitur, & motiones eius.

¶ Et vtrumque quidem Physico dicendæ causæ, magis autem ea, cuius gratia. causa enim hæc materiæ est, sed non hæc ipsius finis. finis is, cuius gratia, & qui principium est secundum rationem. quoniam, si domus est talis, oportet fieri, & esse ex necessitate. & quoniam hoc est, hæc oportet fieri ex necessitate esse. sic & si homo est hoc, hæc. si vero hæc, hoc determinanti enim opus secandi, quod huiusmodi est. hæc autem non erit, nisi habeant tales, hi vero nō, nisi ferrea sit. sunt enim & in ratione quædā partes, vt materia rationis

a.l. addit. (nō erit, aut non est.)

Tex.90.

Tex.91.

Tex.92.

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV LIBER TERTIVS.

SVMMÆ LIBRI.

In prima probatur ad professorem huius Scientiæ necessario attinere tractare de accidentibus communibus rerum naturalium.

In secunda notificatur quid sit motus.

In tertia inuestigatur de infinito, declaraturque quo pacto in entibus reperiatur.

QVoniam autē natura quidem est principiū motus, & mutationis: methodus autem nobis de natura est: non latere nos oportet quid sit motus. necessarium enim est, ignoraro ipso, ignoraci & naturam. Cum autem determinauerimus de motu, tentandum erit eodem aggredi modo de iis, quæ consequuntur eius. Videtur autem motus continuorum esse: infinitum autem apparet primum in continuo: quapropter & definientibus continuum accidit vti sæpenumero ratione infiniti: cum in infinitum diuisibile continuum sit.

¶ Absque autem sine loco, & vacuo, & tempore, impossibile est motum esse. Manifestum igitur est quod & propter hæc, & propterea quod eiusmodi sunt communia, & vniuersalia hæc omnibus, considerandum erit. cum proposuerimus

Tex.1.

Ignorato motu necesse est naturā ignorari. Vide dicta contr. Zen. Infinitū apparet primum in cōtinuo.

Tex.2.

Speculatio de vnoquoq; istorum. posterior enim est de propriis speculatio ea, quæ de communibus est.

Posterior est ea speculatio communib. Idē 1. Phy. tex. 17.

Summa Secunda, in qua notificatur quid sit Motus, & traditur eius definitio.

Caput Primum, de suppositis ante Motus definitionem præintelligendis.

Text. 1. *Vide contr. Zimā.*

PRimum autē, sicuti diximus, de Motu. Est igitur eorū, quæ sunt, aliud quidem actu solū, aliud vero potentia. Et eorum, quæ sunt actu, hoc quidē hoc aliquid, aliud vero tantum, aliud autē tale, & in aliis entis prædicamentis similiter. Eorum autem, quæ sunt ad aliquid, aliud quidem secundum superabūdantiam, & defectū dicitur, aliud autē secundum actiuum, & passiuum, atq; omnino motiuum, & mobile. motiuum enim mouet, mobilis est: & mobile à motiuo est mobile.

Tex. 4. *Motus in quot prædicamenta.*

¶Non est autem motus præter res. Mutatio enim semper id, quod mutatur, aut secundum subſtantiam, aut secundum quantum, aut secundum quale, aut secundum locum: commune verò in his nihil est accipere, sicuti diximus, quod neque hoc, neque quantum, neque quale, neque aliorum prædicamentorum vllum sit. quare neque motus, neque mutatio vllius erit præter ea quæ dicta sunt, cum nihil sit præter ea, quæ dicta

Tex. 5. sunt. ¶Vnumquodq; autē dupliciter inest omnibus. vt Hoc, aliud enim est forma ipsius, aliud vero priuatio: & secundum Quale, hoc enim est album, illud autem nigrum: & secundū Quantum aliud enim perfectū est, aliud vero imperfectum: similiter autem & secundū Lationem, hoc enim sursum,

sursum, illud vero deorsum, aut aliud quidem leue, aliud vero graue. quare motus, & mutationis species tot sunt, quot entis.

Caput Secundum, in quo traditur Motus definitio ex rebus propriis.

Diuiso autē secundū vnumquodq; genus, hoc quidem esse actu, aliud autem potētia, eius quod potentia existit actus, quatenus huiusmodi, Motus est. vt alterabilis quidem, quatenus alterabile Alteratio: augmentabilis autem, & oppositi decrescibilis (nullum enim est commune nomen in vtrisq; Augmentum, & Decrementum: generabilis autē, & corruptibilis Generatio, & Corruptio: eius vero, quod iuxta, Latio.

Tex. 6. *Motus definitio. vide infra tex. 8. & 10. 16. & 23.*

Caput Tertium, in quo traditur Motus definitio ex rebus communibus.

QVòd autē hoc sit motus, hinc manifestū. Cū enim ædificabile, quatenus tale ipsum dicimus esse, actu fuerit, ædificatur, & hoc est ædificatio: similiter autē & medicatio, & volutatio, & saltatio, & adolescentia, & senescētia.

Tex. 7.

Caput Quartum, in quo declaratur quo pacto vna, & eadem res dicatur esse in potentia, & in actu.

QVoniam autem quædam eadem & potentia, & actu sunt, at nō simul, aut non secūdum idē, sed vt calidū quidem potentia, frigidū autē actu, multa iam agent, & patientur à seinuicē. omne enim erit simul actiuū, & passiuū: quare & motus physice mobile est. omne enim huiusmodi mouet, cum & ipsum mouetur. Videtur igitur qui busdam omne, quod mouet, moueri, sed de his quidem ex aliis erit manifestum

Tex. 8. *Idem simul aut secūdū idem nō possunt esse patientia, & actiua.*

quomodo se habent. est enim quoddam mouens & immobile. ¶Eius autem quod potentia est sit actus, cum actu existens agit, aut idem, aut aliud, quatenus mobile, motus est. dico autē quatenus sic. est enim æs potentia statua attamē æris actus, quatenus, æs motus, non est. non enim idē est æri esse & potentia quadā mobili. quoniam si idem esset simpliciter, & secundum rationem esset vtique æris, quatenus æs, actus motus. Non est autem idem, quemadmodum dictum est. Tex.9.

¶Manifestum est autem & in contrariis. posse enim valere, ac posse ægrotare alterum est. nam que ægrotate quidem, & valete idem esset. subiectum autem, & id, quod valet, atque ægrotat, siue humiditas, siue sanguis, vnum, & idem est. quoniam autem non est idem, (quemadmodum neque color idem, & visibile,) possibile, quatenus possibile, actus, manifestum quòd motus est. Tex.10.

¶Quod igitur est hic, & quòd accidit tūc moueri, cum actus iste est, & neque prius, neque posterius, clarum est. cōtingit enim vnumquodque quandoque quidem operari: quandoque autem non. vt ædificabile, quatenus ædificabile, & ædificabilis actus, quatenus est ædificabile, ædificatio est. aut enim huius * ædificatio, aut domus actus est ædificabilis. sed, cum domus sit, non amplius ædificabile est. ædificatur autem ædificabile. necesse est ergo ædificationē actum esse ædificatio autem motus quidam est. * At vero eadem conueniet ratio & in aliis motibus. Tex.11.

a.l.hoc.

Secundum Alexandr. hæc verba in quibusdā exēplaribus nō reperiūtur.

Caput Quintum, in quo destruitur Antiquorum opinio de Motus definitione. & traditur eius definitionis difficultas.

QVod autem bene dictum, sit manifestum & ex iis, quæ alij de ipso dicunt, & ex eo

eo, quòd non facile est definire aliter ipsum. neque enim motum, atque mutationem ponere in alio genere poterit vtique aliquis, neque qui aliter dixerunt de ipso, recte faciunt. Manifestum autem est considerantibus quòd ponunt nonnulli ipsum alteritatem, inæqualitatemque, & quòd non est dicentes esse motum. quorum nullum necessarium est moueri, siue altera sint, siue inæqualia, siue non existentia. ¶Sed neque mutatio, aut ad hæc, aut ex his magis est, quàm ex oppositis. Causa autem, cur in his ponant illi, est quoniam indeterminatū quiddam videtur esse motus. alterius autem coordinationis principia, ex eo quia sunt priuatiua, indeterminata sunt. neque enim hoc, neque tale, vllum ipsorum est, quoniam neque aliorum quæquam prædicamentorum. ¶Cur autem videantur indeterminatus esse motus, causa est, quòd neque in potentiam eorum, quæ sunt, neque in actum, licet ponere ipsum simpliciter. neque enim id, quod potest esse quantum, mouetur ex necessitate, neque id, quod actu quantum est. Tex.12. Tex.13. Tex.14.

¶Et motus actus quidem aliquis esse videtur, imperfectus tamen. causa autem est, quoniam imperfectum est ipsum possibile, cuius est actus, motus. Et ob hoc rem difficile est accipere, quid ipsum sit. aut enim in priuationem necesse est ponere, aut in potentiam, aut in actum simplicem: horum autem nullum videtur esse posse. relinquitur igitur dictus modus, actum quidem quendam esse, talem autem actum, qualem diximus, difficilem quidem cognitu, sed qui esse possit. ¶Mouetur autem & mouens, sicut dictum est, omne, cum sit potentia mobile, & cuius immobilitas quies est. cui enim motus inest, Tex.15. Tex.16. *Vide contr. Zim.*

huius immobilitas quies est: nam ad hoc agere quatenus huiusmodi, idipsum mouere est: hoc autem facit tactu: quare simul & patitur. Ideo eo Motus est actus mobilis, quatenus mobile Tex.17. existit. ¶Accidit autem hoc tactu motiui. quare simul & patitur. Formam autem semper afferet aliquam id, quod mouet, aut hanc, aut talem, aut tantam, quæ principium, atque causa motus erit, cum moueatur. vt actu homo facit eo, quod potentia existit homo, hominem.

Caput Sextum, in quo sit magis ipse Motus, in mouente, an in mobili.

Tex.18. ET quod dubitatur, etiam manifestū est, quòd motus est in ipso mobili. actus enim est huius, & ab ipso motiuo, motiui autem actus non alius est. oportet enim esse actum vtriusque. Motiuum enim est eo, quòd potest, Mouens autem eo, quòd agit: sed est actiuum ipsius mobilis. quare similiter vnus est amborum actus. sicuti enim idem spatium est vnum ad duo, & duo ad vnum, & accliue, & decliue: hæc enim vnum quidem sunt, ratio tamen non vna est: similiter quoque Tex.19. & in mouente, & in moto. ¶Habet autem dubitationem rationalem. Necesse enim est sortasse esse quendam actum alium actiui, atque passiui. illud enim actio est, hoc vero passio. opus autem, & finis illius quidem factum, huius autem affectus. Cum igitur vtraque sint motus, *Idem 3. de anima tex. 19.* si diuersi quidem, in quo sunt? Aut enim vtraque, in patiente, ac moto sunt, aut actio quidem in agente, passio vero in patiente. si autem oportet & hanc actionem vocare, æquiuoca vtriusque erit. At vero, si hoc est, motus in mouente erit eadem enim est ratio in mouente, & in moto quare

quare aut omne mouens mouebit, aut habens motum non mouebitur. Si autem vtraque in moto sunt, & patiente, actio inquam, & passio, & doctio & disciplina, quæ duo sunt, in ipso fiunt discente. Primum quidem actus vniuscuiusque non in vnoquoque erit: Deinde inconueniens est duobus motibus simul moueri. quædam namque erunt alterationes duæ vnius, & ad vnam formam. At impossibile est. Sed vnus erit actus? At irrationabile est duorum specie diuersorum vnum, ac eundem esse actum. Atque erit, si quidem disciplina & doctio idem sunt, passióque & actio, & docere idem quod discere, & agere quod pati. quare omnem docentem discere necesse erit, & agentem pati.

¶An neque alterius actum in altero esse incō- Tex.10.
ueniēs est? est enim doctio actus docentis, in quodam tamē, & non decisus, sed huius in hoc. Neq; enim vnū duobus quicquā prohibet eūdem esse, non vt est idem, vt vestis & indumentum, sed vt est id, quod potentia est, ad id, quod est actu.

¶Neque necesse est docentem discere, neque, si Tex.11.
pati & agere idem est, non tamē vt ratio sit vna, quod quid erat esse dicens. sicut tunicæ, & indumento. sed vt via à Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad Thebas, quemadmodum dictum est & prius. non enim eadem omnia iis insunt quæ quolibet modo eadem sunt, sed solū quibus esse idem est. At vero neque, si doctio, & disciplina sint idem, & discere, & docere idem erunt. sicuti neque, si spatium vnum distantium sit, & distato hinc illuc, & illinc huc vnum, & idem est.

¶Omnino vero dicere est quòd neque doctio Tex.12.
cum disciplina neq; actio cū passione idem proprie est, sed cuj insunt hæc motus. nam huius

in hoc, & huius ab hoc actum esse ratione di-
Tex.13. uersum est. ¶Quid igitur Motus sit, & vniuer-
saliter, & secundum partē dictum est. non enim
immanifestum est quomodo definiendi sint spe-
cies vnaquæque ipsius: Alteratio enim alte-
rabilis, quatenus est alterabile, actus est. Ampli-
us autem motus est eius, quod potentia actiui, &
passiui, quatenus huiusmodi, & simpliciter, &
rursum secundum vnumquodque, vt ædificatio,
aut medicatio. eodem autem dicendi modo & de
aliorum motuum vnoquoque.

Summa Tertia tractatus de Infinito.

Caput Primum de Antiquorum opinionibus circa ipsum, Infinitum.

Tex.14. QVoniam autem de natura scientia est
circa magnitudines, & motum, &
tempus, quorum vnumquodque necesse est aut infinitum, aut finitum
esse. & si nō omne est aut infinitum
aut finitum, vt passio, aut punctus (talium enim
forsan nullum necesse est in alterutro horum esse)
conueniens vtique erit de natura pertractantem
speculari de infinito, si est, aut non: &, si est, quid
Tex.15. est. ¶Signum autem est, quòd huius scientiæ
propria sit consyderatio de ipso. nam omnes
qui videntur pro dignitate tetigisse scientiam
philosophiam, fecerunt sermonem de infini-
to, atque omnes tanquam principium, quod-
Veterū de Infinito opinio. dam ponunt eorum, quæ sunt. Alij quidem
quemadmodum Pythagorei, atque Plato, per
se, non secundū accidens alicui alteri, sed vt sub-
stantiam ipsum esse infinitum. verum Pythago-
rei quidem in sensibilibus: neque enim abstra-
&us-

ctum sæclum numerum: esseque quod extra cœ-
lum est infinitum. Plato autem extra quidem
nullum esse ait corpus; neque ideas eo, quòd nus-
quam sunt ipsæ; tamen infinitum, & in sensibi-
libus, & in illis esse. ¶Et hi quidem infinitum Tex.16.
esse par: hoc enim comprehensum, & ab impari
terminatum tribuit his, quæ sunt, infinitatem.
Signum autem huius id esse, quod contingit in
numeris. circumpositis enim gnomonibus cir-
ca vnum, & seorsum, aliquando quidem aliam
semper fieri speciem, aliquando autem vnam.

¶Plato autem duo infinita, magnum, & par- Tex.17.
uum. Qui autem de natura, omnes semper sub-
iiciunt alteram quandam naturam dictorum
elementorum infinito, vtaquum, aut aerem,
aut medium horum. Eorum vero, qui finita fa-
ciunt elementa, nullus infinita facit. Quicun-
que autem infinita faciunt elementa, quem-
admodum Anaxagoras, & Democritus, ille τῶν ὁμοιομερειῶν.
quidem ex iis, quæ sunt similium partium,
hic autem ex omniseminario figurarum tactu
continuum infinitum esse dicunt.

¶Atque ille quidem quamlibet partem esse Tex.18.
similiter mistellam toti ex eo, quia videt quod-
libet ex quolibet fieri: hinc enim dicere videtur
& simul aliquando omnes eos fuisse, vt hæc ca-
ro, & hoc os, & sic quodlibet. & omnia itaque,
& simul igitur principium quidem disgregationis
non solum in vnoquoque, sed & omnium est.
cum enim omne, quod fit, ex tali hæc corpore:
omnium autem sit generatio, verum non simul
etiam quoddam principium esse oportet gene-
rationis. hoc autem est vnum, quem ille vocat
intellectum. intellectus autē à principio quodā
operatur, cum intellexit. quare necesse est simul
omnia

omnia aliquando fuisse, & cœpisse aliquando
Tex.29. moueri. ¶Democritus autem nullum aliud
ex alio fieri primorum dicit, sed tamen ipsum
commune corpus omnium esse principium, ma-
gnitudine secundum partes, figuráque differens.
Tex.30. ¶Quod igitur conueniens, sit Physicis hac
speculatio, manifestum est ex his. Rationabi-
ter autem & principium, ipsum ponunt omnes.
Neque enim fruſtra possibile ipsum esse, neque
aliam ipsi inesse potentiam, nisi vt principium.
omnia enim aut principium sunt, aut ex prin-
Omnia erunt principium sint. aut ex principio. cipio. infiniti autem non est principium: esse
enim ipsius vtique finis. Amplius autem & in-
genitum, & incorruptibile, principium quod-
dam cum sit. quod enim fit, necesse est accipere
finem. & finis, omnis est corruptionis. Quare
sicuti dicimus, non huius principium, sed hoc
aliorum videtur esse, & continere omnia, &
omnia gubernare, vt affirmant quicunque non
faciunt præter infinitum alias causas, vt intel-
ligendum, aut amentiam, & hoc esse diuinissimum
tale enim est, perisséque non potest, vt affirmant
Anaximander, & plurimi Physiologorum.

Caput Secundum, de rationibus, quæ infinitum esse apparenter concludunt.

Tex.31. *Infinitũ, an in rerum natura sit.* Esse autem aliquid infinitum, fides ex quibus-
que maxime continget considerantibus. Ex
tempore. hoc enim infinitum. Et ex ea, quæ sunt
in magnitudinibus, diuisione. vtuntur enim
Mathematici infinito. Amplius ex eo, quia non
solum non deficit generatio, & corruptio, si in-
finitum sit vnde auferatur id, quod fit. Amplius
ex eo, quia finitum semper ad aliquid finitum.

quare

quare necesse est nullum esse terminum, si sem-
per terminati sit necesse alterum ad alterum.
¶Maxime autem, & proprijssimum, quod cõ- Tex.32.
munem facit dubitationẽ omnibus. obid enim
quod illud, quod in cogitatione est, non defi-
cit, & numerus videtur infinitus esse, & mathe-
maticæ magnitudines, & quod est extra cœlum,
Infinitum autem cum sit quod extra est, & cor-
pus infinitum esse videtur, & mundi. cur enim *a. l. quid enim.*
magis vacui hic, quam ibi (quare si vno in lo- *Posse ab ipso esse nihil differt in perpetuis.*
co, & vbique) necesse est esse molem. simul au-
tem, si & vacuum est, & locus infinitus, & cor-
pus infinitum necesse est esse. posse enim ab ipso
esse nihil differt in perpetuis. ¶Habet autem Tex.33.
dubitationem ipsa de infinito consyderatio.
Etenim non esse ponentibus multa impossibi-
lia accidunt, & esse. Amplius autem, vtro sit
modo, vtrum vt substantia, an vt accidens per
se alicui naturæ, an neutro modo, sed nihilo-
minus sit infinitum, aut infinita multitudine.

Caput Tertium, quot modis dicatur Infinitum.

Tex.34. *Quot modis dicitur infinitum.* MAxime autem Physici est consyderare si
est magnitudo sensibilis infinita. Primum
igitur determinandum est quot modis dicitur
Infinitum. Vno igitur modo, quod impossibile
est transire, ex eo, quia non est aptum natura
transiri, vt vox inuisibilis. Aliter autem, transi-
tum habens inconsumabilem. Aut quod vix.
Aut quod natura aptum est habere, non tamen
habet transitum, aut finem. Amplius, infinitum
omne aut est secundum appositionẽ, aut secun-
dum diuisionem, aut vtroque modo.

Cum

Caput Quartum, probans non dari Infinitum.

Pars Prima, in qua argumentatur contra ponentes Infinitum esse quid per se existens.

Tex.35. SEparabile igitur esse à sensibilibus infinitum ipsum quid existens infinitum, non est possibile. Si enim neque magnitudo est, neque multitudo, sed substantia ipsum est infinitum, & non accidens, indiuisibile erit. diuisibile enim aut magnitudo erit, aut multitudo. si autem indiuisibile, non infinitum, nisi sicut vox inuisibilis est. At neque sic dicunt esse affirmantes esse infinitum, neque nos quærimus, sed vt intransibile.

Tex.36. ¶Si vero secundum accidens est infinitum, non erit vtique elementum eorum, quæ sunt vt infinitum. sicut neque inuisibile locutionem, quamuis vox sit inuisibilis. Amplius, quomodo contingit aliquid esse ipsum infinitum, si non est & secundum numerum, & magnitudinem, quorum est per se passio quædam infinitas? adhuc enim minus esse necesse est, quàm numerum, aut magnitudinem. ¶Manifestum autem & quod non contingit esse infinitum, vt actu existens, & vt substantiam, ac principium, quia enim quicquid ipsius accipiatur, infinitum impartibile est. infinito enim esse, & infinitum idem est, si substantia infinitum sit, & non subiecto. quare aut indiuisibile est, aut in ipsa diuisibile. multa autem infinita esse, hoc impossibile est. At vero, vt actus actu pars est, & infinitum infiniti, si quidem substantia & principium. Impartibile, ergo, & indiuisibile est. At esse tale nequit quod actu est infinitum. quantum enim quid esse necesse est.

Sed

¶Secundum ergo accidens est infinitum. Sed si sic, dictum est quòd non cõtingit ipsum principium dicere, sed illud, cui accidit, vt aërem, aut par. Quare absurde enuntiant dicentes, sicuti Phythagorei dicunt: simul enim substãti infaciunt infinitum, & partiuntur. Tex.38.

¶Sed torasis hæc quidem est vniuersalis quæstio magis, si contingit infinitum & in Mathematicis esse, & in intelligibilibus, & in iis, quæ nullam habent magnitudinem. Nos autem cõsyderamus de sensibilibus, ac de iis, quorum facimus scientiam, vtrum in illis est, an non est corpus infinitum in augmentum. Tex.39.

Infinitum an in sensibilibus.

Pars Secunda, in qua probatur non dari Magnitudinem infinitã actu, rationibus cõmunibus, & propriis.

LOgice igitur speculantibus ex huiusmodi videbitur vtique non esse. Si enim est corporis ratio planitie terminatum, * non vtique erit corpus vllũ, aut intelligibile, aut sensibile infinitum. ¶At vero neque numerus sic, vt separatus, & infinitus: numerabile enim est numerus, aut habens numerum. si ergo numerabile potest numerari, & pertransire vtique possibile erit infinitum. ¶Physice autem magis speculantibus ex hisce manifestum erit. neque enim compositum potest esse, neque simplex. Compositum igitur non erit infinitum corpus, si finita multitudine elementa sint. necesse est enim plura esse, & æquari semper contraria, & non esse vnũ eorum infinitũ, & si enim quomodocunq; superatur, quæ in vno corpore, est potentia, ab altero (vt si ignis finitus sit, aër autem infinitus, sit autẽ æqualis ignis ad aërem æqua-

Tex.40.

* Nõ est corpꝰ, aut intelligibile, aut sensibile infinitũ. 1dẽ. 1. cæli 44.

Tex.41.

Quod numerus non sit infinitus actu.

Tex.42.

lem, potentia quantum libet multiplicatus, ...lum autem numerum aliquem habens) ratione manifestum est quòd infinitum excedet, & con-
Tex.43. rumpet finitum. ¶ Vnumquodque autem ... finitum esse est impossibile. Corpus enim ... quod omniquaque dimensionem habet. ... nitum autem, quod infinite extensum est. Quare infinitum corpus vndequaq; extensum ...
Tex.44. in infinitum. ¶ At vero neque vnum, ac ... plex esse contingit infinitum corpus, neque ... sicut dicunt quidam, id, quod præter elementa ... est, ex quo hæc generant, neque simpliciter ... enim quidam, qui hoc ficiunt infinitum, ... non aërem, aut aquam, ne cætera corrumpa-... tur ab infinito. habent enim ad seinuicem contrarietatem, vt aër quidem frigidus est, aqua vero humida, ignis autem calidus, quorum ... vnũ esset infinitum, corrupta iam fuissent alia ... nunc autẽ dicunt aliud esse id, ex quo hæc sunt.
Tex.45. ¶ Impossibile autem est esse tale, non quia ... finitum, de hoc enim commune aliquid dicendum est, de omni similiter & aëre, & aqua, quolibet sed quia non est tale sensibile corpus
Omne resolutibile in id ex quo est. præter vocata elementa, omne namque, ex ... est, etiam resoluitur in hoc. quare esset vti... hic præter aërem, & ignem, & terram, & aquam ... aliud quippiam. videtur autem nullum.
Tex.46. ¶ Neque igitur ignis, neque aliud elementum quidquam infinitũ quid esse potest. Omno enim & præter id, quod infinitum sit alterum ipsorum, impossibile est ipsum vniuersum, ... finitum sit, aut esse, aut fieri vnum quid ipsorum, sicuti Heraclitus dicit, omnia fieri aliquando
Tex.47. ignem. ¶ Eadem autem est ratio & in ipso vno quod faciunt, præter elementa, Physici, om...

nanque mutantur ex contrario in contrarium, vt ex calido in frigidũ. oportet autem de omni, & ex hisce considerare, si potest, aut non potest esse corpus infinitum sensibile. ¶ Quòd autem
Tex.48. omnino impossibile sit esse corpus infinitum sensibile, ex hisce manifestum est. Aptum est enim natura omne sensibile alicubi esse, atque locus est aliquis vniuscuiusque, & idem est partis, & totius, vt totius terræ, & vnius glebæ, & ignis, atque scintillæ. Quare, si sit eiusdem speciei, aut immobile erit, aut semper mouebitur. Aliqui impossibile est. cur enim magis deorsum quàm sursum, aut quouis dico autem, vt si gleba sit, quoniam hæc mouebitur, aut vbi manebit? locus enim infinitus erit congenei ipsi corporis. Verum igitur occupabit *totum locum? & quomodo? Quæ igitur, & vbi quies, & motus ipsius? an vbique manebit? non ergo mouebitur. an vbique mouebitur? non ergo stabit.

Idem est iacuit & partis. *Id infrà. 1. comen. 32.* *a.l.tertius.*

¶ Si vero dissimile sit ipsum totum, dissimilia
Tex.49. & loca erunt. & primum quidem non vnum corpus vniuersi est, nisi tangendo. deinde, aut finita hæc erunt, aut infinita specie. Atque finita quidem non esse possunt. erunt enim alia quidem finita, alia vero non, si totum infinitum est, vt ignis aut aqua. corruptio autem, tale contrariis esset, sicut dictum est prius. Et propter hoc nulli eorum, qui de natura dixerunt, vnum, & infinitum ignem fecit, aut terrã, sed aut aquam, aut aërem, aër eorum medium, quoniam locus virtusque manifestus erat, determinatúsque. hæc autem vtroque participant, eo, qui sursum & eo, qui deorsum. Si autem infinita, & simpli... cia sunt, & loca infinita, & infinita elementa erunt. Si vero hoc impossibile, & loca finita

sunt, & totum finitum esse necesse est. impossibile enim est non æquari locum, & corpus. neque enim locus omnis maior est, quàm quatenus contingit corpus simul esse. simul autem neque infinitum erit corpus, neque corpus maius quàm locus: aut enim vacuum erit aliquid aut corpus, quod nusquam aptum natura est esse.

Eorum est manere loca, neque corpora infra.

Tex.50. ¶Anaxagoras autem inconuenienter dicit infiniti mansione. firmare enim ipsum seipsum dicit infinitum. hoc autem, quia in seipso (aliud enim nihil continet) tanquam vbi vtique aliquid sit, ibi aptum natura sit esse. Hoc autem non verum. erit enim vtique quicquam alicubi vi, & non vbi aptum natura est esse.

Tex.51. ¶Si igitur quàm maxime non mouetur totum (quod enim in seipso firmatur, & in seipso est, immobile esse necesse est) cur tamen non aptum natum sit moueri dicendum erat. non enim satis est dicentem euadere. erit enim vtique & quod habet aliud non motum. sed aptum natura esse nihil prohibet. quoniam & terra non fertur, neque

** a.l. sed quia.*

si infinita esset, coercita tamen à medio. * non quia non est aliud, quò feratur, manebit medio, sed quia non est apta natura sic. sed tamen licebit vtiq; dicetur quòd firmat seipsum. igitur neque in terra hæc causa est, existente infinita, sed quia grauitatem habent (graue autem

** a.Inò habent f terra antè in medio est.)*

manet in medio, * terra autem in medio similiter & infinitum manet vtique in seipso propter aliam quandam causam. ¶Et non, si infinitum est, & firmat ipsum seipsum. simul

Tex.52. autem manifestum est quòd & quamlibet oportebit partem manere. vt enim infinitum in ipso manet se firmans, sic & quæcunque accipitur pars in seipsa manebit. totius enim, &

Totum, &

eiusdem

eiusdem sunt speciei loca. vt totius terræ, & gleb*æ* deorsum, & totius ignis. & scintillæ sursum.

partis eiusdem sunt loca.

quare, si infiniti locus in seipso est, & partis idē erit, manebit igitur in seipsa. ¶Omnino autem manifestum est quòd impossibile est simul infinitum dicere corpus, & locum quēdam corporibus esse, si omne corpus sensibile, aut grauitatem habet, aut leuitatem. &, si graue quidem est, ad medium habet lationem natura: si vero leue, sursum. necesse est enim & infinitum corpus. impossibile autem est, aut totum vtrūlibet, aut dimidiatum, vtrumque pati. quomodo enim diuidet, aut quomodo infiniti erit, hoc quidem sursum, illud vero deorsum, aut vltimum * aut medium? ¶Amplius, omne corpus sensibile alicubi in loco est. loci vero species, & differentiæ sunt sursum & deorsum, ante & retro, dextrum & sinistrum. atque hæc non solum ad nos, & positione, sed & in ipso toto determinata sunt. impossibile autem est in infinito hæc esse.

Idē supra tex.c.42.

Tex.53.

** a.l. & mo.*

Tex.54.

Loci species, & differentiæ.

¶Simpliciter autem, si impossibile est locum esse infinitum, in loco autem est omne corpus, impossibile est infinitum esse corpus aliquod. at vero quod alicubi est, in loco est: & quod in loco, alicubi. Si igitur neque quantum possibile est ipsum infinitum esse (quantum enim aliquod erit, vt hicubitum, aut tricubitum: hæc enim significat ipsum quantum) sic & in loco, quod alicubi. hoc autem est aut sursum, aut deorsum, aut alia aliqua distantia earum, quæ sex sunt. horum autem vnumquodque terminus aliquis est.

Tex.55.

Caput Quintum, in quo probatur dari Infinitum in potentia.

Quòd igitur actu non sit corpus infinitum, manifestum est ex his. Quod vero, &

Tex.56.

non sit infinitum simpliciter, multa impossibilia accidunt manifestum est. Temporis enim erit quoddam principium, atque finis, & magnitudines non erunt diuisibiles in magnitudines, & Numerus non erit infinitus. cum autem determinatis sic neutra ex parte videantur fieri posse, arbitrario iudice est opus. Atque manifestum est, quòd quodammodo quidem est, quodammodo vero non est. Dicitur autem ipsum esse aliud quidem potentia, aliud vero actu. Et infinitum est quidem appositione, est etiam & ablatione. magnitudo autem quod secundum actum quidem non sit infinita dictum est, diuisione autem est: non enim difficile est tollere

Tex.57. induiduas lineas. ¶ Relinquitur igitur potentia esse ipsum Infinitum. Non oportet autem quod potentia est accipere, quemadmodum, potest hoc statua esse, quod & erit hoc statua, & infinitum aliquod, quod erit actu. sed quoniam multipliciter dicitur esse, quemadmodum dies est, & certamen ex eo, quia semper alius & aliud fit, sic & infinitum. etenim in hoc est & potentia, & actu esse. Olympia enim sunt ex eo, quia potest certamen fieri, & ex eo, quia fit. Aliter autem & in tempore manifestum est ipsum infinitum, & in hominibus, & in diuisione magnitudinum. omnino enim sic est infinitum, vt semper aliud, atque aliud accipiatur, &

Tex.58. acceptum quidem semper finitum sit, sed semper alterum, atque alterum. ¶ Amplius ipsum esse multipliciter dicitur. Quare infinitum non oportet accipere sicuti hoc aliquid, vt hominem, aut domum, sed vt dies dicitur, & certamen, quibus esse, non vt substantia quædam factum est, sed in generatione semper, aut corruptione

* a.l. & in numeris.

* a.l. nõ habent, Amplius ipsum esse multipliciter dicitur. Pstnr.

ruptione finitum, sed semper alterum, atque alterum. at in magnitudinibus quidem, permanente accepto, hoc accidit: in hominibus autem, & tempore, corruptis sic, vt non deficiant.

¶ Quod autem est secundum appositionem Tex.59. idem quodammodo est & quod est secundum diuisionem. nam in eo, quod finitum est, secundum appositionem sit e diuerso. quatenus enim diuisam viderunt in infinitum, eatenus appositio videbitur ad determinatum. in magnitudine enim finita, si, accipiens quis determinatam assumat eandem ratione, non eandem aliquam totius magnitudinem * ratione accipiens, non * a.l. nõ habet rationa pertransibit finitum. sin vero sic augeat ratio- nem, vt semper aliquam eandem accipiat magnitudinem, pertransibit, propterea quod omne finitum absumitur quouis finito. Aliter igitur non est, sed sic est infinitum. potentia enim, & in diuisione. Et actu etiam est, sicuti diem esse dicimus, & certamen. Et potentia sic est, vt materia, & non per se, sicut finitum. ¶ Et se- Tex.60. cundum appositionem igitur sic infinitum potentia est, quod idem dicimus quodammodo esse, cum eo, quod est secundum diuisionem. semper enim aliquid ipsius extra est accipere, etsi tamen excedit omnem determinatam magnitudinem: vt in diuisione excedit omnem determinatam, & exiguos. Vt autem omnem excedat secundum appositionem, neque potentia possibile est esse, siquidem non sit secundum accidens actu infinitum, vt dicunt qui de natura differunt id corpus, quod extra mundum est, cuius substantia aer est, aut aliud quid tale, infinitum. Sed, si non possibile est esse infinitum actu corpus sensibile sic, manifestum est quòd

nec potentia vtique erit secundum appositionem nisi (vt dictum est) contrario diuisionis modo.

Tex.61. *Plato facit numeros ire que ad decem.*

¶Quoniam & Plato ob hoc duo infinita fecit, quòd & in auctione videtur excedere, neque in infinitum abire etiam in diuisione. cum tamen fecerit duo, non vtitur. neque enim in numeris secundum diuisionē infinitū existit (vnitas enim minimum est) neque in auctione. vsque enim ad denarium, facit numerum.

Tex.62. ¶Accidit autem contra esse infinitum, quales vt dicunt. Non enim cuius est nihil extra, sed cuius semper aliquid extra est, hoc infinitum est. Signum autem est. nam annulos infinitos dicunt, non habentes palam, quoniam semper aliquid extra est accipere, secundum similitudinem quidem quādam dicentes, non tamen proprie. oportet enim, & hoc esse, & nūquam idem accipi. in circulo autem non fit sic, sed semper quod est consequenter solum alterum.

Caput Sextum, vbi datur definitio Infiniti, & refelluntur ea, quæ Antiquorum.

Tex.63. *Infinitum quid.*

INfinitum igitur id est, cuius, secundum quantitatem accipientibus, semper aliquid accipere extra est. Cuius autem nihil est extra, id est

Totū quid. perfectum, & totum. sic enim definimus Totum, cuius nihil abest: vt hominem totum, aut arcam. vt autem definimus singulare, sic & quod proprie est, vt totum, cuius nihil est extra. Cui autem absentia est extra, non omne est, sed

Tex.64. quid abest. ¶Totum autem, & perfectum, aut

Vide p hoc 2. cæ. tex. 3. & tex. 12. idem penitus, aut proxima natura sunt. Perfectum autem nihil, nō habens finem. finis autem est terminus. Quapropter melius existimandum

est Parmenidem Melisso dixisse. hic enim infinitum totum dicit, ille autem totum terminatum esse, ex æquo à medio distans. nō enim vt linum est continuare vniuersō, ac toti infinitum.

¶Quoniam hinc quidem hanc de infinito dig- Tex.65.
nitatem accipiunt, omnia, scilicet continere, & totū ipsum in seipso habere, propterea quòd habet quandam similitudinē cum toto. est enim Infinitum perfectionis magnitudinis materia, & potentia totum. actu vero non. Diuisibile autem est, & ad diuisionem, & ad oppositam appositionem. Totum autem, & finitum, non secundum se, sed secundum aliud: & non cōtinet, sed continetur, quatenus infinitum est. quocirca & ignotum est, quatenus est infinitum. formam enim non habet materia. ¶Quare manifestum est quòd magis in partis ratione infinitum sit, quàm in totius. pars enim materia totius est, sicut æs æneæ statuæ. quoniam, si continet in sensibilibus, & in intelligibilibus ipsum magnum, & paruū, oportebat cōtinere intelligibilia. inconueniens autē, & impossibile est ignotum, & indeterminatū cōtinere, & determinare.

Infinitū, secundū quod ignotum, ignotum est.

Tex.66.

Caput Septimum, in quo redditur causa, propter quam non potest reperiri Infinitum in actu, sed in potentia.

SEcundum rationem autem accidit, vt & quod Tex.67.
est secundum appositionem, non esse videatur infinitum sic, vt omnem excedat magnitudinem an diuisione autem, esse. continetur enim

Forma est continere. sicut materia intus, & infinitum, continet autem forma. ¶Rationabiliter autem & hoc in Tex.68.
Numerus est ungibo- Nū meto quidem esse versus minimum, terminum, versus autem pluta semper omnem exce-

rabile, non diuisibilis in infinitum, contra ipsa magnitudini.

dere multitudinē. in magnitudinibus vero econtrario. versus enim minus, omnem excedet magnitudinem, sed versus maius, non esse magnitudinem infinitum. causa autem est, quoniam vnum est indiuisibile, quodcunque vnum fuerit homo, vnus homo, & non multi. numerus autem est vna plura, & quanta quædam. quare necesse est stare ad indiuisibile. duo nanque, & tres denominatiua sunt nomina: similiter autem & aliorum numerorum vnusquisque. versus autem plus semper est intelligere infinitæ enim sunt bipartitiones magnitudinis. quare potentia quidem est, actu autem non est: sed semper accedit acceptum omnem determinatam multitudinem. at non separabilis est numerus hic bipartitionis, neque manet infinitas, sed fit, sicut & Tex.69. tempus, & numerus temporis. ¶In magnitudinibus autem contrarium est. etenim diuiditur in infinita continuum. versus autem maius non est infinitum. quantum enim contingit potentia esse, & actu contingit tantum esse. Quare Tex.70. cum infinita nulla sit magnitudo sensibilis, non *Infiniti natura est vna in motu. & magnitudine, & tempore.* contingit excessum esse omnis determinatæ magnitudinis. esset enim aliquid cœlo maius.

¶Infinitum autem non est idem in motu, & magnitudine, & tempore, tanquam & vna quædam natura. sed posterius dicitur secundum prius, vt motus quidem, quia prius est magnitudo, quæ monetur, aut alteratur, aut augmentatur. tempus autem propter motum. Nunc igitur vi- *Ex ipso tex. tu elicitur Analogū nō significa vt naturam vnum.* mur his, posterius autem tentabimus dicere & quid est vnumquodque, & propter quid omnis magnitudo sit in magnitudines diuisibiles.

¶Non remouet autem ratio Mathematicorum Tex.71. contemplatione, auferens sic esse infinitum, vt

actu sit versus augmentum, vt intransibile. neque enim nunc indigent infinito, neque vruntur, sed solum esse, quantăcunque velint, finitam. maximæ autem magnitudini secundum eandem est secari rationem, quantancunque magnitudinem alteram. quare ad demonstrandum quidem illo modo nihil differet, esse autem in existentibus erit magnitudinibus. ¶Quoniam autem causæ Tex.72. diuisæ sunt quadrifariam, manifestum est, quòd vt materia, infinitum causa est: & quòd esse quidem ipsius ptiuatio est, per se autem subiectum, continuum ipsum, & sensibile est. Videntur autem & omnes alij tanquam materia, vtentes infinito, quocirca & inconueniens est, continens facere ipsum, & non contentum.

Caput Octauum, in quo destruuntur rationes, quæ probare videntur dari infinitum in actu.

RElinquum est autem aggredi secūdum quas Tex.73. rationes infinitum esse videtur, non solum potentia, sed vt determinatum. Alia enim ipsorum non necessaria sunt, alia autem habēt alias quasdam veras obiectiones. Neque enim, vt generatio non deficiat, necessarium est actu infinitum esse corpus sensibile. contingit enim alterius corruptionem generationem alterius esse, cum omne finitum sit. ¶Amplius, tangere, & Tex.74. finitum esse alterum est. illud enim ad aliquid est, & alicuius (tangit enim omne aliquid) & finitorum alicui accidit. finitum autem non ad aliquid est, neque tangere cuiusuis quoduis est.

¶Intellectione autem credere inconueniens Tex.75. est. non enim in re superabundantia, & defectus est, sed in intellectione. vnumquenque enim nostrum

rum intelliget vtique aliquis multo maiorem
seipso, augmentans in infinitum. sed non pro-
pter id extra vrbem quispiam est, extráve ta-
illam magnitudinem, quam habemus, quo-
niam intelligit aliquis, sed quoniam est. hoc
autem accidit. Tempus autem, & Motus infini-
ta sunt, & Intellectio, non permanente acce-
pto. Magnitudo autem, neque diuisione,
neque intelligibili augmentatione
est infinita. Sed de Infinito
quidem quomodo est, &
quomodo non est,
& quid est, di-
ctum est.

***

ARIST

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV LIBER QVARTVS.

SVMMÆ LIBRI.

In prima agitur de Loco. In secunda de Vacuo. In tertia de tempore.

Summa prima. Caput primum, in quo famosa affirmantur rationes, tum affirmantes tum negantes locum esse.

SImiliter autem necesse est Naturalem & de Loco, vt & de infinito, cognoscere si est, an non: & quomodo est, & quid est. Etenim quæ sunt, omnes existimant alicubi esse: quod vero non est, nusquam esse, vbi enim est Hircocervus, aut Sphinx? Neque motuum communis maxime, maximéque proprius secundum locum est, quem vocamus Lationem. ¶Habet autem multas dubitationes quidnam sit Locus. non enim idem videtur speculantibus ex omnibus, quæ insunt. Amplius autem neque habemus quicquam ab aliis, aut ante dubitatum, aut prius traditum de ipso. ¶Quòd igitur locus sit, videtur manifestum esse ex translatione. vbi namque nunc est aqua, hinc egressa tanquam ex vase, iterum aër inest: aliquando autem eundem locum hunc aliud

Tex. 1.

Tex. 2.

Tex. 3.

aliud aliquod corporum obtinet, hoc autem ab iis, quæ insunt, & circumferuntur, omnibus natum esse videtur. in quo enim aër nunc est, aqua in hoc prius erat. quare manifestum est quod locus, & regio aliquid erat diuersum ab vtroque ad quam, & ex qua transferebantur.

Tex. 4. Idē 3. Phys. t. 14. & 2. cæli. tex. 9.

¶ Amplius autem lationes physicorum corporum, & simplicium, vt ignis, & terræ, & talium non solum ostendunt quod est aliquid locus, sed quòd & habet quandam potentiam. fertur enim vnumquodque in suum locum, nō prohibitum illud quidem sursum, hoc vero deorsum. hæc autem sunt loci partes, & species, sursum & deorsum, & reliquæ distantiarum sex.

Loci partes, & species.

Idē 3. phys. text. 1. 14. & 2. cæli. 1. cap. 9. & in hoc tex. seq.

¶ Sunt autem talia non solum ad nos dextrum & sinistrum, atq; sursum & deorsum. nobis enim non semper idem, sed secundum positionem, vt conuertimur, sunt. idcirco idem crebro dextrum & sinistrum est, & sursum & deorsum, & ante & retro. In natura autem determinatum est sursum vnumquodque. non enim quodcunque contingit sursum est, sed quò fertur ignis, & leue similiter vero & deorsum non quodcunque contigit, sed quo habentia grauitatem, & terrea, tantum non positione differentia solum, sed & potentia. Ostendunt autem & Mathematica. quæ enim non sunt in loco, tamen secundum positionem ad nos habent dextra, & sinistra (vt solent intelligatur ipsorum positio) non habentia natura horum vnumquodque.

Tex. 5.

Tex. 6. Vacuum.

¶ Amplius, vacuum affirmantes esse, locum esse dicunt. Vacuum enim locus erit vtique, privatus corpore. Quòd igitur aliquid sit locus præter corpora, & omne corpus sensibile in loco, per hæc aliquis existimabit. Videbitur

autem vtiq;, & Hesiodus recte dicere, cum fecit primum ipsum Chaos. dicit enim, *Omnium quidem primum Chaos factum est. sed postea terra lata.* Quasi oporteret primum, futile receptaculum iis, quæ sunt, propterea quòd putabat, quemadmodum multi, esse omnia alicubi, atq; in loco.

¶ Si autem tale est, mirabilis quædam erit loci potentia, & prior omnibus. sine quo nanque nullam aliorum est, illud autem sine aliis, necesse est primum esse. non enim perit locus iis, quæ in eo sunt, corruptis. ¶ At vero dubitationem habet, si est, quid est, vtrum moles alicuius corporis, aut quædam altera natura. Quærendum enim est genus ipsius primum. Distantias igitur habet tres, longitudinem, & latitudinem, atque profunditatem, quibus determinatur corpus omne. impossibile autem est corpus locum esse. in eodem enim essent vtiq; duo corpora. ¶ Amplius, si est corporis locus, ac receptaculum, manifestum est quòd & superficiei, & reliquorum terminorum. eadem enim conueniet ratio, vbi nanque erant prius aquæ plana, eorum rursum quæ sunt aëris: At vero differentiam nullam habemus puncti, & loci puncti. quare, si neque ab hoc est locus diuersus, neque ab aliorum vllo, neq; est quicquam, præter vnumquodque horum locus.

Tex. 7.

Tex. 8.

Loci dimensiones tres.

Tex. 9.

Tex. 10.

¶ Quid enim tandem & nos ponemus esse locum? neque enim elementum, neque ex elementis, aut corporeis, aut incorporeis esse potest talem habens naturam. magnitudinem enim habet, corpus autem nullum. sunt autem sensibilium corporum elementa corpora. ex intelligibilibus autem elementis nulla fit magnitudo. ¶ Amplius autem & cuiusnam ponet

Tex. 11.

nec aliquis iis, quæ sunt, causam esse locum: nulla enim quatuor causarum ipsi inest. Neque enim est vt Materia, eorum quæ sunt. nam nihil ex ipso constitutum est. neque vt Forma, & ratio rerum, neque vt Finis, neque Mouet ea, quæ Tex.12. sunt. ¶ Amplius autem & ipse, si quid est eorum, quæ sunt, alicubi erit. Zenonis enim dubitatio quandam rationem quæritur. Si enim omne, quod est, in loco est, manifestum quòd & loci locus erit: atque hoc in infinitum Tex.13. procedet. ¶ Amplius, si, vt omne corpus est in loco, sic & omni in loco corpus est: quomodo ergo dicemus de iis, quæ augmentantur necesse enim est ex his augmentari locum simul cum ipsis, si neque minor, neque maior cuius locus est. Propter hæc ergo non solum quid est, sed etiam si est dubitare necesse est.

Zeno.

Caput Secundum, in quo afferuntur ea, quæ faciunt dubitare de essentia, ac quiditate loci.

Tex.14. QVoniam autem aliud quidem secundum se, aliud vero secundum aliud dicitur locus, alius quidem est communis, in quo omnia corpora sunt, alius vero proprius, in quo primo. (dico autem, vt tu nunc in cœlo es, quia in aëre, hic autem in cœlo, & in aëre, quia in terra: similiter autem & in hac quia in hac loco, qui nihil plus quàm te continet.) si igitur locus est quod primum continet vnumquodque corpus, terminus vtique erit: quare videbitur species, ac forma cuiusque Locus esse, quo terminatur magnitudo, & materia magnitudinis hæc enim est vniuscuiusque terminus.

Locus alius communis. alius proprius.

Tex.15. ¶ Sic ergo consyderantibus, locus vniuscuiusque

iusque forma est. quatenus autem videtur locus esse distantia, magnitudinis materia. hæc nanq; diuersa est à magnitudine. hæc autem est id, quod continetur sub forma, ac definitur, vt sub plano, ac termino. est autem tale materia, & indefinitum. cùm enim remoueantur termini, & passiones à sphæra, relinquitur nihil præter materiam. Quamobrem & Plato materiam, & receptaculum idem esse ait in Timæo. susceptiuum enim & receptaculũ vnum, & idem. alio vero modo & ibi dicens susceptiuum, & in iis, quæ vocantur non scripta dogmata, locum tamen, & receptaculum idem esse declarauit. ¶Dicunt enim omnes aliquid esse Tex.16. locum, quid autem est, hic solus aggressus est dicere. Merito autem ex his consyderantibus, videbitur vtique esse difficile cognoscere quid est locus, si quidem horum vtrumuis est, siue materia, siue forma. hæc enim & altissimam habent speculationem, & seorsum à seinuicem non facile est ipsa cognoscere."

" a.l.determinare.

¶At vero quòd impossibile sit vtrumuis horum esse locum non est difficile videre. forma Tex.17. enim, atque materia non separatur à re, locum autem contingit. in quo nanque aër erat, in hoc rursus aqua, vt dicimus, fit, vicissim translatis, & aëre, & aqua, & aliis corporibus similiter. quare neque pars, neque habitus, sed separabilis locus est ab vnoquoque. etenim videtur tale quid esse locus, quale vas. est enim vas locus transferri valens, vas autem nihil est ipsius rei.

¶Quatenus igitur separabilis est à re, eatenus forma non est: quatenus vero continet, eatenus diuersus est à materia. Videtur autem semper id, quod alicubi est, & ipsum esse ali-

Tex.18.

quid, & aliud aliquid extra ipsum. Platoni
men dicendum erat, si liceat digredientes
cere, quare non sunt in loco & formæ &
meri? si quidem id, quod participeps est, locum
siue magnum, atque parvum sit id, quod par
ceps est, siue materia, quemadmodum in Tim
Tex.19. scripsit. ¶Amplius quomodo secretur in
locum, si locus esset materia, aut forma? impo
sibile enim est, cuius neque est motus, neq
sursum, aut deorsum, locum esse. quare quæ
* a.l.in bit. dus* in huiusce modi est locus.
Tex.20. ¶Si vero in ipso locus est (oportet enim
quidem aut forma, aut materia est) erit lo
in loco. mutatur enim simul cum re, & mu
tur & forma, & indefinitum non semper
eodem, sed vbi vtique est & ipsa res, quare lo
Tex.21. erit locus. ¶Amplius, quando ex aëre
factus est, periit locus. non enim in eodem lo
est quod factum est corpus, quæ igitur
Tex.22. præ? ¶Ex quibus igitur necessarium est
aliquid locum, & rursus ex quibus dubita
vtique aliquis de substantia ipsius dictum
Post hæc autem accipiendum est quot mo
aliud in alio est.

Caput Tertium, quot modis dicatur aliquid esse in aliquo.

Tex.23. VNo igitur modo, vt digitus in manu, i
Esse quid- omnino pars in toto. Alio vero, vt pa
piam in alio, tum in partibus. non enim est præter pa
quot modis totum. Alio autem modo, vt homo in anima
dicatur. & omnino vt species in genere. Alio autem,
genus in specie, & omnino pars speciei in spe
ciei ratione. Amplius, vt sanitas in calidis, &
frigi

frigidis, & omnino forma in materia. Amplius, vt in Rege Græcorum res, & omnino in primo mouente. Amplius, vt in ipso bono, & omnino in ipso fine. hoc autem est id, cuius causa. Omnium autem maxime proprium est, quod vt in vase, & omnino quod in loco.

Caput Quartum, quòd non potest dici aliquid existere in seipso.

DVbitabit autem aliquis, vtrum quippiam Tex.24.
in seipso contingat esse, an nihil, sed om- *An quippiam in se-*
nia aut nusquam, aut in alio. Dupliciter autem *ipso, & quo-*
hoc est, aut secundum se, aut secundum alte- *modo.*
rum. Cùm enim sint partes totius, & id, in quo,
& id, quod in hoc, dicetur totum in seipso. di-
citur enim & secundum partes, vt albus, quia
superficies alba sit, & sciens, quia ratiocina-
tiuum. Amphora igitur non erit in seipsa, neque
vinum, vini vero amphora erit. quod nanque
inest, & id, in quo est, vtraque eiusdem partes
sunt. ¶Sic igitur contingit quippiam in se- Tex.25.
ipso esse. primo autem non contingit vt album
in corpore. superficies enim in corpore, scien-
tia autem in anima. secundum hæc autem,
quæ partes sunt, vt in homine, appellatio-
nes existunt. amphora autem, & vinum, cum
seorsum quidem sunt, partes non sunt, sed
cum simul. quapropter, cum sint partes, erit
ipsum in seipso. vt album in homine, quoniam
in corpore: & in hoc, quoniam in superficie:
in hac autem non amplius secundum aliud est.
& diuersa quidem species hæc sunt, & aliam na-
turam habet vtrumque, & potentiam, & super-
ficies, & album.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tex.16. ¶Neque igitur, inductiue consyderantibus aliquid in seipso videmus secundum aliquem determinatorum: & ratione manifestum quòd impossibile est, oportebit enim ambo vtrumque esse (vt amphoram & vas, & vinum esse, aut vinum vinum, & amphoram) siquidem contingit quippiam in seipso esse. quare, si quàm maxime in sese sint, amphora quidem accipiet vinum, non quatenus ipsa vinum est, sed quatenus illa. vinum autem inerit in amphora, non quatenus amphora ipsum est, sed quatenus hæc amphora est. Secundum igitur ipsum esse, quod alterum sit, manifestum est. alia namque ratio est eius, in quo, & illius, quod in hoc est.

Tex.17. ¶At vero neque secundum accidens contingit. simul enim duo corpora in eodem inessent. nam & ipsa amphora in seipsa erit, si id, cuius natura susceptiua est, contingat in seipso esse. & insuper illud, cuius est susceptiuum, vt si vinum. Quòd igitur impossibile sit in seipso aliquid esse primo manifestum est.

Caput Quintum, in quo soluitur dubium Zenonis de ipso Loco.

Tex.18. Zeno. QVod autem Zeno dubitabat, quòd, si locus est aliquid, in aliquo erit, soluere non est difficile. Nihil enim prohibet, [illegible] alio quidem esse primum locum, non tamen in illo, vt in loco, sed vt sanitas quidem in calido, sicut habitus, calor autem in corpore, vt passio. quare non necesse est in infinitum abire.

Tex.19. ¶Illud autem manifestum, quòd, cum vero nihil sit eius, quod in ipso est (aliud enim est primo, & quod inest, & id, in quo inest) non erit vtique aut materia, aut forma locus, sed aliud.

aliud. illius enim aliquid hæc sunt, quod inest, & materia, & forma.

Caput Sextum, in quo narrantur propositiones præmissæ, ex quibus deuenimus in cognitionem ipsius Loci.

HÆc igitur sint dubitata. Quid autē tandem sit Locus hic vtique fiet manifestum. Accipiamus autem de ipso quæcunque videntur vere secundum se inesse ipsi. Censemus igitur locum esse primum quidem, quod continet illud, cuius locus est, & nihil ipsius rei esse. Amplius, primū locum neq; minorem esse, neq; maiorem. [a] Præterea, neque deseri ab vnoquoque, & separabilem esse. Ad hæc autem, omnem locum habere sursum, & deorsum, & ferri natura, & manere in propriis locis vnumquodque corporum. hoc autem facere, aut sursum, aut deorsum. Tex.20.

[a] Praeterea deseri.

¶Suppositis autē his reliqua speculari decet. Oportet autem tentare consyderationem sic facere, vt ipsum quid est reddatur, vt & quæ dubitantur, soluantur, & quæ videntur inesse loco, infinite. & amplius, ipsa difficultatis, & earum, quæ circa ipsum, dubitationum causa erit manifesta. sic enim pulcherrime demōstrabitur vnumquodque. Tex.21.

¶Primum igitur consyderasse oportet, quòd non quæreretur vtique locus, si non motus aliquis secundum locum esset. propter hoc enim & cœlum maxime in loco putamus esse, quia semper est in motu. Huius autem aliud quidem est latio, aliud vero augmentum, & decrementum. etenim in augmento, & decremento mutantur: & quod prius erat hic, iterum transfertur in alium, aut minus. Est autem Tex.22.

Non quaeretur locus, nisi motus secundum locum esset.

aliquis esset secundum latio. item.

Vide contra Zenonem.

quod mouetur, aliud quidem per se actu, aliud vero per accidens. Eius autem, quod secundum accidens, aliud quidem potest moueri per se, vt partes corporis, & in nauigio clauus; alia vero non possunt, sed semper secundum accidens, vt albedo, & scientia. hæc enim sic mutantur secundum locum, quia id, in quo sunt, mutatur.

Eorũ, quæ per accidens mouentur, alia per se moueri possunt, alia vero minime.

¶Quoniam autem dicimus esse in cœlo, vt in loco, quia in aëre, hic autem in cœlo est, & in aëre autem nõ toto, sed propter vltimum ipsius, & contineris, in aëre esse dicimus, si enim totus aër sit locus, non æqualis erit vniuscuiusque locus, & vnumquodque. videtur autem æqualis esse. talis autem est primus, in quo est.

Tex. 33.

Tex. 34.

¶Cum igitur non diuisum est quod continet, sed continuum, non vt in loco dicitur esse in illo, sed vt pars in toto. cum vero diuisum est, & tangens, in primo quodam est, vltimo continentis, quod neque pars est eius, quod in ipso est, neque maius spatio, sed æquale. in eodem enim sunt vltima se tangentium. Et, cum continuum sit, non illo mouetur, sed cum illo. diuisum autem in illo. Et, siue mouentur continentia, siue non, nihil minus. Amplius autem cum non diuisum est, vt pars in toto dicitur, vt in oculo acies, & in corpore manus, cum autem diuisum est, vt in cado aqua, aut in naui. minum manus enim cum corpore mouetur, aqua autem in cado.

Caput Septimum, in qua traditur definitio loci, & ex dictis propositionibus notificatur quid sit.

Tex. 35. ¶Amigitur manifestum ex his quid est locus. Quatuor enim fere sunt, quorum necesse est

locum vnum aliquid esse. aut enim forma est, aut materia, aut spatium aliquod medium extremorum, aut extrema, si non est vllum spatium præter inexistentis corporis magnitudinem. Horum autem, quòd tria non possunt esse manifestum est. Sed, propterea quod continet, videtur forma esse. in eodem enim sunt extrema continentis, & contenti. Sunt igitur vtraque termini, sed non eiusdem: sed forma quidem loci, locus autem continentis corporis.

In eodem sunt extrema cõtinentis, & contenti.

¶Ex eo autem, quod mutatur sæpe, manente continente, contentum & diuisum, vt ex vase aqua, ipsum medium esse aliquod videtur spatium, existimans aliquid existens præter ipsum corpus transferum. Hoc autem nõ est, sed quodvis incidit corpus eorum, quæ transferuntur, ac tangere apta natura sunt. ¶Si autem esset aliquod spatium apertum natura, ac manens in eodem loco, infinita vtique essent loca, translato enim aëre, & aqua, idem facient partes omnes in toto, quod nunc tota aqua in vase. simul autem & locus erit mutatus: quare erit loci & alius locus, & multa loca simul erunt. non est autem alius locus pars, in quo mouetur, cum totum vas transferatur, sed idem. in quo enim sunt, vtrisque transferuntur, aër & aqua, aut partes aquæ, sed non, in quo sunt, loco. qua pars est eius loci, qui est locus totius cœli.

Tex. 36.

Tex. 37.

¶Et Materia etiam videbitur vtique esse locus, si in quiescente aliquis consydetet, & non separato, sed continuo. Vt enim si alteratur, est quippiam, quod nunc quidem album est, olim autem nigrum, & nunc quidem durum, olim autem molle: (quapropter dicimus esse aliquid in aëre aqua) sic & locus per talem quandam esse

Tex. 38.

videtur imaginationem. Verum illud quidem, quoniam quod erat aër, hoc nunc aqua est: locus vero, quoniam vbi nunc erat aër, hic nunc est aqua. Sed materia quidé, sicut dictum est in priori-

Materia neque est separabilis a re, neq; locus.

bus, neque separabilis à re, neque continens est: locus autem ambo. ¶Si igitur nihil horum est, neque forma, neque materia, neque spatium semper aliquid existens alterum,

Tex.39. præter spacium rei translatæ, necesse est locum esse reliquum ex quatuor, continentis scilicet. Terminum corporis dico autem contentum corpus, quod mobile est secundum lationem.

Caput Octauum, in quo declaratur per aliâ via, quòd definitio tradita, est definitio Loci.

Tex.40. VIdetur autem aliquid magnum esse, & difficile eaptu locus, tum quoniam esse materia videatur, atque forma, tum quoniam in ipso continente quiescente fit translatio eius quod fertur. posse enim videtur esse spatium medium aliud quippiam à motis magnitudinibus. Confert autem aliquid & aër, apparetq; incorporeus esse. videntur enim non solum termini ipsius vasis esse locus, sed & quod inter-

Tex.41. medium est, vt vacuum. ¶Vt autem vas locus est, qui transferri potest, sic locus vas immobile. Quapropter, cum in eo, quod mouetur, quippiam moueatur, mutetúrque id, quod intus est, vt in flumine nauis, vt vase magis quàm loco, vtitur continente. Vult autem immobilis esse locus, quocirca totus magis fluuius locus est, quia

Definitio loci.

immobilis totus est. Quare continentis terminus immobilis, primus. Locus est.

Tex.42. ¶Atque propter hoc, medium cœli, & vltimum

mum ad nos circularis lationis videtur esse, hoc quidem sursum: illud vero deorsum, maxime omnibus proprie. quoniam illud quidem semper manet, circuli autem vltimum, similiter se habens manet. Quare, cum leue quidem sit, quod sursum fertur natura, graue vero, quod deorsum, qui versus medium continet, terminus deorsum est, & ipsum medium. qui vero versus vltimum sursum, & ipsum vltimum. & propter hoc videtur planum quoddam esse, & veluti vas locus, & continens. Amplius, simul cum ipsa re quodammodo etiam locus existit. simul enim cum finito fines sunt.

Caput Nonum, quòd definitio assignata conueniat simplicibus corporibus mobilibus.

CVi igitur corpori est aliquod corpus extra, Tex.43.
continens ipsum, hoc in loco est: cui vero non, minime. quocirca etiam, si aqua fuerit huiusmodi, partes quidem mouebuntur ipsius. continentur enim à seinuicem. totum autem est quidem vt mouebitur, est vero vt non. vt enim totum simul locum non mutat, circulariter autem mouebitur (partium enim hic locus est) & sursum quidem, & deorsum non. circulariter autem nonnulla, alia vero sursum, & deorsum, quæcunque habent densitatem, & raritatem.

¶Vt autem dictum est, alia quidem sunt in Tex.44.
loco secundum potentiam, alia vero secundum actum. Quapropter, cum continuum quidem sit id, quod est similium partium, secundum potentiam in loco partes sunt: cum vero separata quidem sunt, tangunt autem se, vt aceruus, secundum actum. ¶Atque alia quidem per se. Tex.45.

vt omne corpus, aut secundum lationem, aut secundum augmentum mobile, per se alicubi existit. Cœlum autem, sicut dictum est, non est alicubi totum, neque vllo in loco est, siquidem nullum corpus ipsum continet: in quo autem mouetur, hoc etiam locus est partibus. altera enim partium alteri adnexa est. Alia vero secundum accidens, vt anima, & cœlum. partes enim in loco quodammodo omnes sunt, in circulum enim continet alia aliam. Idcirco mouetur quidem circulariter solum quod sursum est. Totum autem non alicubi est. quod enim alicubi est, & ipsum aliquid est, & adhuc aliud aliquid esse oportet præter hoc, in quo sit, quod continet. præterea autem vniuersum, ac totum nihil extra est.

Anima, & cœlii sunt in loco per accidens.

Tex.46. ¶Et propter hoc omnia in cœlo sunt. cœlum enim ipsum totum fortasse est. Est autem locus non cœlum, sed cœli quiddam, vltimus scilicet & tangens mobile corpus terminus quiescens. & ob hoc terra quidē in aqua est, hæc vero in aëre, hic autem in æthere, & æther in cœlo, cœlum autem non amplius in alio est.

Caput Decimum. in quo soluuntur dubia circa esse Loci, & notificatur quod per eius definitionem ipsorum secundum naturam mobilium corpora habere possit eorum motus, & quietu.

Tex.47. MAnifestum autem ex his quòd & dubitationes omnes soluentur, si hoc modo dicatur locus. Neque enim simul augmentari necesse est locum, neque puncti esse locum, neque duo corpora in eodem loco, neque spatium aliquod esse corporeum. corpus enim est medium loci quoduis, sed non spatium corporis. Et est locus

Idem infrà t. 33. & 35.

locus alicubi, non autem vt in loco, sed vt terminus in terminato, non enim omne. ¶Et sertur igitur ad suum ipsius locum vnumquodque rationabiliter. quod enim consequenter est, & tangit non vi, congeneum est. atque simul adnata impossibilia sunt. quæ vero se tangunt, passiua, & actiua sunt adinuicem. Et manet igitur natura omne in proprio loco, vnumquod que non irrationabiliter. etenim pars hæc in toto loco, vt dispositibilis pars ad totum est; vt, cum aquæ mouent aliquis, partem, aut aëris. ¶Sic autem & aër se habet ad aquam, vt materia enim, illud autem forma. aqua quidem materia aëris est, aër vero veluti actus quidam illius. nam aqua potentia aër est, aër autem potentia aqua alio modo. Determinandum autem est de his posterius. sed propter temporis opportunitatem necesse fuit dixisse. immanifestè autem nunc dictum tunc erit manifestius. Si igitur idem est materia, & actus (est enim aqua ambo, sed hoc quidem potentia, illud vero actu) se habebit vnique vt pars quodammodo ad totum, quapropter & his tactus est, copulatio autem, cum ambo actu vnum facta fuerunt. Et de loco quidem & quod est, & quid est dictum est.

Tex.48. *Naturaliter vnumquodque in proprio loco.*

Tex.49. *quodq; naturaliter in proprio loco.*

Io

In antecedentium librorum diuisionibus, vsque ad hunc locum, Auerroem, cui hoc dicatum est opus, in media eius expositione, tanquam ducem secuti sumus: in posterum vero, cum ea nobis desit commentatio, vt rectius videbitur, partitiones accommodabimus.

Summa Secunda de Vacuo.

Caput Primum, quòd ad Naturalem spectet considerare de Vacuo, & quo ordine, negantiumque, atque asserentium Vacuum rationes.

Tex.50. EOdem autem modo existimandũ est esse Physici considerare & de Vacuo, si est, aut nõ, & quomodo est, aut quid est, sicut & de loco. nãque similem habet & incredibilitatem, & fidem per ea, quæ ponuntur. Vt locum enim quẽdam, & vas ipsum vacuum ponunt esse dicentes. videtur autem plenum quidem esse, cum habet illam molem cuius susceptiuum est. cum vero priuatum est vacuum: tanquam ideni quidem sit vacuum, & plenum, & locus: esse autem ipsis non idem est. ¶Inci-
Tex.51. pere autem oportet considerationem capientes, & ea, quæ dicunt, affirmantes esse, & rursus quæ dicunt non affirmantes esse, & tertio communes opiniones de ipsis. Alij igitur monstrare tentantes quod non est, non quod homines volunt dicere vacuum, hoc redarguunt, sed peccantes dicunt, vt Anaxagoras, & qui hoc modo redarguunt. demonstrant enim quòd aliquid est aër, stricte ligantes vtres, demonstrantésque quòd fortis est aër, ac accipientes in clepsydris. Alij autem

autem homines volunt vacuum esse spatium, in quo nullum est corpus sensibile.

¶Æstimantes autem omne, quod est, corpus Tex.52.
esse, dicunt, in quo omnino nihil est, illud esse vacuum. quapropter plenum aere vacuum esse. Non igitur hoc oportet demonstrare, quòd est aliquid aër, sed quòd non est spatium aliud à corporibus, aut separabile, aut actu existens, quod diuidit omne corpus, vt sit non cõtinuum, quemadmodum dicunt Democritus, & Leucippus, & alij multi Physiologorum. aut etiam si quid est extra vniuersum corpus, existens continuum. ¶Hi igitur non secundum portas ad Tex.53.
problema occurrunt, sed affirmantes esse magis. dicunt autem vnum quidem, quod motus secundum locum non vtique erit. hic autem est latio, & augmentatio. non enim videbitur vtique motus esse, si non sit vacuum. plenum enim non posse suscipere. si vero suscipiat, sintq; duo in eodem, continget vtique & quotlibet simul esse corpora. differentiam enim, propter quam *Cõsimile in fra tex.76.*
non vtique erit quod dictum est, non est dicere. Si autem contingat hoc, & minimum suscipiet maximum. multa nanque parua ipsum magnum est, quare, si multa æqualia contingit in eodem esse, & multa inæqualia.

¶Melissus igitur etiam ostendit quòd vni- Tex.54.
uersum immobile sit ex his. si enim mouebitur, necesse est, inquit, esse vacuum. vacuum autem non est eorum, quæ sunt. ¶Vno igitur modo Tex.55.
demonstrant quòd aliquid est vacuum. Alio vero, quia videntur aliqua cogi, ac constringi. vt & vinum dicunt cum vtribus recipere dolia, tanquam in ea, quæ insunt vacua, subeunte, quod densatur, corpore. Amplius autem & augmenta

Universidad de Deusto
Biblioteca

Duo corpora impossibile simul esse.

gmentatio videtur fieri omnibus per vacuum. alimentum enim corpus esse, duo autem corpora impossibile simul esse. ¶ Testimonium autem & illud de cinere faciunt, † qui tantum

Tex.56. aquæ recipit, quantum vas vacuum. Esse autem

† *a.l. qui æquale aquam.*

affirmauerunt & Pythagoræi vacuum, ipsumque cœlum ex infinito spiritu, veluti respirans aggredi. Et hoc esse vacuum, quod disterminat naturas: tanquam vacuum separatio quædam eorum, quæ sunt consequenter, & determinatio. & hoc esse primũ in numeris. vacuum enim disterminate naturam ipsorum.

Caput Secundum, nonnullarum opinionum Vacuum esse asserentium confutatio.

Tex. 57. EX quibus igitur alij quidem dicunt esse, alij vero non dicunt, tot ferè, ac talia sunt. Vt autem sciamus vtro se modo habeat, oportet accipere quid ipsum nomen significat. Videtur igitur Vacuum locus esse, in quo nihil est. huius autem causa est, quia quod est, corpus esse putant: omne autem corpus in loco esse: vacuum autem, in quo loco nullum est corpus, quare ubi non est corpus, † ibi vacuum esse. Corpus autem rursus omne putant esse tangibile: huiusmodi autem est quodcunque habet grauitatem, aut leuitatem: accidit ergo ex syllogismo hoc esse vacuum, in quo non est graue quicquam, aut leue. Hæc igitur, sicut diximus etiam prius, ex syllogismo accidunt. Inconueniens autem est, si punctum vacuum sit. oportet enim locum esse, in quo corporis sit spatium tangibilis.

† *a.l.ibi nihil esse.*

Tex. 58.

† *a.l.plenũ sensibile.*

† *a.d.plenũ insensibili ex Alex.*

¶ Attamen videtur dici vacuum: Vno quidem modo † non plenum sensibili corpore secundum

cundum tactum. sensibile autem est secundum tactum quod grauitatem habet, vel leuitatem. Quocirca dubitauerit aliquis, quidnam dicent, si habeat spatium colorem, aut sonum, vtrum vacuum an non? An manifestum est, si corpus quidem suscipiat tangibile, vacuum esse; si vero non, minime? ¶ Alio autem modo, in quo Tex.59. non est hoc aliquid, neque substantia aliqua corporea. Idcirco quidam dicunt vacuum esse corporum materiam: qui quidem & locum hoc idem dicentes, non recte. materia enim separabilis non est † à corporibus: vacuum autem, quærunt, vt separabile. ¶ Quoniam autem de loco determinatum est, & vacuum. locum necesse est esse, si sit, priuatum corpore, locus autem & quomodo est, & quomodo non est, dictum est, manifestum est quòd sic quidem vacuum non est, aut separatum, aut inseparabile. vacuum enim non corpus, sed corporis spatium esse volunt. ¶ Quapropter & vacuum Tex.61. videtur aliquid esse, quia & locus, & per eadem. venit enim motus, qui secundum locum est, & iis, qui locum dicunt esse aliquid præter incidentia corpora, & iis, qui vacuum. causam autem motus putant esse vacuum, sic, vt in quo mouentur. hoc autem tale erit, qualem locum dicunt quidam esse. ¶ Nulla autem necessi- Tex.62. tas est, si motus est, esse vacuum. omnino igitur omnis motionis, nequaquam. quocirca & Melissum latuit. alterari nanque potest plenum. Sed neque secundum locum motum. simul enim cedere sibi inuicem contingit, nullo existente spatio separato, præter corpora mota. atque hoc manifestum est & in continuorum rerolationibus, vt & in iis, quæ sunt humidorum.

† *a.l.àre-bus.*

Tex.60.

Contin

Tex.63. ¶Contingit autem & densari non in vacuum sed propterea quòd ea, quæ insunt, elabuntur. *Augmẽta ri contingit non solũ ingrediẽte, sed & alteratione.*

vt, aqua collisa, aërem, qui inest. Et augmentari, non solum ingrediente aliquo, sed & alteratione, vt si ex aqua fiat aër. Omnino autem augmentatione ratio, & de aqua in cinerem infusa, ipsa seipsam impedit. aut enim non augetur quodlibet, aut non corpore, aut contingit duo corpora in eodem esse. Dubitationem igitur communem volunt soluere, sed non vacuum demonstrant quod est, aut totum corpus vacuum esse necessarium est, si penitus augetur & augetur per vacuum. eadem autem ratio & de cinere est.

Caput Tertium, in quo destruitur sermo probantium Vacuum per motum, ex ipso motu.

Tex.64. QVòd igitur ea, ex quibus demonstrant vacuum esse, soluere facile sit, manifestum est. Quod autem non est vacuum sic separatum, vt quidam dicunt, dicamus rursum. Si enim est vniuscuiusque simplicium corporum latio aliqua natura, vt ignis quidem sursum, terræ autem deorsum, & ad medium, manifestum est quòd vacuum non erit causa lationis. Cuius igitur causa erit vacuum? videtur enim esse causa motus secundum locum, huius autem non est. ¶Amplius si est aliquid, vt locus, priuatus corpore, cum est vacuum, quo modo

Tex.65. bitur impositum in ipso corpus? non enim in omnem partem. Eadem autem ratio & ad eos qui locum esse quid separatum putant, in quem id fertur, † quòd fertur. quomodo namque feretur positum, aut manebit? Et de ipso sursum, & deorsum, & de vacuo conueniet eadem ratio merito. vacuum enim locum faciunt, qui esse dicunt. Et quonam modo inerit, aut in loco, aut in vacuo? non enim contingit, cum totum positum fuerit, vt in separato loco, ac permanente, corpus aliquod. pars enim, nisi seorsum ponatur, non erit in loco, sed in toto. Amplius, si neque locus est, neque vacuum erit.

† a.l. nõ habet, quòd fertur.

Pars nisi seorsum ponatur, non erit in loco, sed in toto.

¶Accidit autem dicentibus vacuum esse vt necessarium, si erit motus, contrarium magis, si quis consyderet, non posse moueri quicquam, si sit vacuum. vt enim qui propter simile dicunt terram quiescere, sic & in vacuo necesse quiescere. non enim est, quo magis, aut minus moueb-

Tex.66. itur. quatenus enim vacuum est, non habet differentiam. ¶Primum igitur, quoniam omnis motus, aut violentia, aut secundum naturam fit, necesse autem est, si quidem sit violentus, esse & eum, qui secundum naturam. violentus enim præter naturam est: qui vero præter naturam est, posterior est eo, qui est secundum naturam. quare, si non est secundum naturam vniuscuiusq; naturalium corporum motus, neque aliorum erit motuum vllus. At vero natura quidem quomodo erit, cum nulla sit differentia secundum vacuum, & infinitum? quatenus enim infinitum est, nihil erit sursum, aut deorsum, aut medium: quatenus vero vacuum, nihil differens erit deorsum, à sursum. vt enim nihili nulla est differentia, sic & illius, quod non est. vacuum autem non ens quippiam, & priuatio videtur esse. natura autem latio differens est. quare erunt quæ sunt natura differentia. Aut igitur non est natura vsquam vlli latio: aut, si hoc est, non est vacuum. ¶Amplius, nunc qui-

Omnis motus aut violentus, aut naturalis.

Si motus violẽtus est, naturalis ẽ.

Motus præter naturã est posterior naturali.

Tex.68.

Arnefei-çam.

dem mouentur proiecta, eo, qui impulit, non tangente, aut propter contrarij + circumobstantiam, sicut quidam dicunt, aut ex eo, quòd pellit pulsus aër motu velociori, quàm sit pulsio motus, qua fertur in propinquum locum. in vacuo autem nihil horum potest esse. neque enim sistet

Tex.69. erit, nisi vt quod vehitur. ¶ Amplius, nullus vtiq; poterit dicere propter quid. quod mouetur stabit alicubi. cur enim magis hic, quàm ibi? quare aut quiescet, aut infinitum necesse est ferri, nisi aliquid potentius impedierit.

Tex.70. ¶ Amplius autem, nunc quidem in vacuum quoniam cedit, ferri videtur in vacuum autem prorsus similiter. tale est aliquare in omnem fer-

Tex.71. tur partem. ¶ Amplius autē & ex his manifestum est quod dicitur. videmus enim idem pondus, atq; corpus velocius ferri propter duas causas, aut, quia id differt, per quod, vt per aquam, aut terram, aut aërem aut, quia id differt, quod fertur, si alia sint eadem, propter excessum grauitatis, aut leuitatis. hoc igitur, per quod fertur, causa est, quoniam impedit maxime quidem quod contra fertur, deinde autem & manens: magis autem id, quod non facile diuiditur: tale autem est quod crassius est. Id autem, in quo est. A. mouebitur per. B. eo, in quo C. tempore: per ipsum autem D. cum sit subtilius, eo, in quo. E. si æqualis est longitudo ipsius B. cum ipso. D. secundum proportionem impedientis corporis. Sit enim. B. quidem aqua, D. vero aër. quanto ergo subtilior est aër aqua, & minus corporeus, tanto citius. A. per. D. mouebitur, quàm per. B. habeat ergo eandem rationem, secundum quam distat aër ab aqua velocitas ad velocitatem. quare, si in duplo subtilius

Nota duplū vt causam Velocitatis, & tarditatis in motu.

est.

est, in duplo tempore lineam, quæ est ipsum. B. transibit, quam quæ est ipsum. D. & erit tempus, in quo est. C. duplum eius, in quo est. E. atque semper quanto fuerit minus corporeum, minusque impeditiuum, ac melius diuisibile id, per quod fertur, citius mouebitur. Vacuum autem nullam habet rationem, qua excedatur à corpore, sicut neque ipsum nihil ad numerum. Si enim quatuor excedunt tria vno, pluribus autem duo, & adhuc vnum pluribus quàm duo, ipsum sanè nihil non amplius habent rationem, qua excedant. necesse enim est dimidi id, quod excedit, & in excessum, & in id, quod excedit. quare erunt ipsa quatuor, quot excedunt, & nihil. Quapropter neque Linea punctum excedit, nisi componatur ex punctis. Similiter autem & Vacuum ad plenum nullam possibile est habere rationem: quare neque motum.

Excedens necesse est dimidi in excessum, & id, quod excedatur.

¶ Sed, si per subtilissimum in tanto tempore Tex.72.
tanto motu fertur per vacuum, omnem exuperat rationem. Sit enim. F. vacuum, æquale autem magnitudine ipsis. B. &. D. Ipsum ergo. A. si transibit, & mouebitur quidem in quodam tempore, eo scilicet, in quo est. G. in minori autem quàm in quo est. E. & hanc habebit rationem vacuum ad plenum. sed in tanto tempore, quantum est, in quo est. G. ipsum. D. A. transibit lineam K. transibit autem, si etiam sit quippiam subtilitate differens ab aëre id, in quo est. F. secundum hanc proportionem, quam habet tempus, in quo est. E. ad tempus, in quo est. G. Si enim sit tanto subtilius corpus, in quo est. F. ipso. D. quanto exuperat. E. ipsum. G. econuerso transibit velocitate in tanto, quantum. G. ipsum. F. ipsum, in quo est. A. si feratur, si ergo nullum sit corpus in

ipso E. adhuc velocius. sed erat in ipso C. quare in æquali tempore transibit & quod plenum est & vacuum. sed impossibile est.

Tex.73. ¶Manifestum est igitur quòd, si erit aliquod tempus, in quo per vacuum quoduis feretur, accidet hoc impossibile. in æquali enim accipietur aliquid & quod plenum est transire, & vacuum. erit enim aliquod proportionale corpus alterum ad alterum, vt tempus ad tempus. Vt autẽ in summa dicam, manifesta est eius, quod euenit, causa. quia motus quidem omnis ad motum est proportio (in tempore enim est) temporis autem omnis est ad tempus, finitis vtrisque vacui autem ad plenum non est.

Motus omnis ad motum est proportio.

Tex.74. ¶Quatenus igitur differunt ea, per quæ feruntur, hæc contingunt, secundum autem eorum, quæ feruntur, excessum, hæc. Videmus enim ea, quæ maiorem impetum habent aut grauitatis, aut leuitatis, si quo ad alia similiter se habeant figuris, citius ferri per æquale spatium, & secundum rationem, quam habent magnitudines adinuicem. quare & per vacuum. Sed impossibile est. Propter quam enim causam, ferentur velocius? in plenis enim ex necessitate. velocius enim diuidit fortitudine maius. aut enim figura diuidit, aut impetu, quem habet id, quod fertur, aut quod proiectum est, æque velocia ergo omnia erunt. sed impossibile est.

Tex.75. ¶Quod igitur, si vacuum est, accidit contrarium illius, propter quod probant dicentes esse vacuum, ex dictis manifestum est. Hi igitur putant vacuum esse, si erit secundum locum motus, separatum secundum se. hoc autem idem est, ac si dicamus locum esse quid separatum. hoc autem quòd impossibile sit, dictum est prius.

Capu

Caput Quartum. ostendens vacuum non esse separatum quid a corporibus. Tex.76.

Si ponat aliquis in aqua cubũ, cedet tanta aqua, quantus est cubus.

AT vero per se consyderantibus videbitur vtique dictum vacuum, perquam vere vacuum. Vt enim in aqua, si ponat aliquis cubum, cedet tanta aquæ, quantus cubus, sic & in aëre, sed sensu immanifestum est. atque semper itaque in omni corpore habenti translationem, † in quo est aptum natura transferri, necesse est, nisi condentetur, cedere aut deorsum semper, si deorsum latio est, vt terræ, aut sursum, si ignis, aut vtraque, vt aër, siue quodcunq; aliud sit impositum. In vacuo autem hoc quidem impossibile est. non enim corpus est. per vacui autem æquale spatium transiisse videbitur, quod quidem erat & prius in vacuo: tanquam, si neq; aqua cederet ligneo cubo, neq; aër, sed omnia transirent per ipsum. At vero & cubus tantam habet magnitudinem, quantum occupat vacuum. quæ, si est calida est, aut frigida, aut grauis, aut leuis, nihilominus ipso esse altera ab omnibus passionibus est, etiam si separabilis non sit ab illis. dico autem lignei cubi molem. quare & si separetur ab omnibus aliis, & neq; leuis, neq; grauis sit, occupabit æquale spatium, & in eadem erit loci, & vacui parte æquali sibi. quid ergo differt corpus cubi ab æquali vacuo, & loco? & si duo talia, propter quid & non quotlibet in eodem erunt? Vnum igitur hoc inconueniens, & impossibile est. ¶Amplius autem manifestum est quòd hoc cubus habebit etiam, cum transfertur, quod & alia corpora omnia habent. quare, si à loco nihil differat, quid oportet separare locum corporibus, præter vniusculiusque

† a.l.in qd. Si corpus cubum ab omnib⁹ quæ circũstabũt sibi vbiq; paratũ fuerit, in aqua adhuc aqua cedet. Et aër similiter. Idem fugiat ab omnibus. Idem fugiat & loci. Generatio. cõmẽt 44. 47. Et 1. de Cœli. t. c. 33. Vide contr. Zim.

Tex.77.

molem, si impassibilis moles est? nihil enim confert si alterum circa ipsum æquale spatium
Tex.78. huiusmodi sit. ¶Amplius, oportet manifestum esse quale vacuum sit in his, quæ moueantur. nunc autem nusquam infra mundum, aër
† Aliquis sum esse videtur & enim habet enim aliquid est, nō videtur autem neque aqua, si essent pisces ferrei. tactu enim sit iudicium eius, quod tangitur.
spatium tex.

Caput Quintum, quòd non sit vacuum corporibus exhibitum.

Tex.79. QVòd igitur non sit separatum vacuum, ex his manifestum est. Sunt autem quidam, qui per rarum, & densum putant manifestum esse quòd est vacuum. Si enim non est rarum, & densum, neque coire, & densari possibile est. si vero hoc non sit, aut omnino motus
Xuthi de vacuo sentētia. non erit, aut totum fluctuabit, vt dixit Xuthus, aut in æquale semper mutari aërem, & aquam oportebit. dico autem, vt, si ex aquæ cyatho factus est aër, simul ex æquali aëre tantam aquam fieri, aut vacuum esse ex necessitate: coarctati enim, ac dilatati non aliter contingit.

Tex.80. ¶Si igitur rarum dicunt, multa vacua separata habēt, manifestum est quòd, si neque vacuum esse potest separabile, sicut neque locus habens spatium sui ipsius, neque rarum sic.

Tex.81. ¶Si vero non separabile, sed tamen inesse quid vacuum, minus quidem impossibile est. Accidit autem, primum quidem non omnis motus causam esse vacuum, sed eius, qui sursum est. rarum enim leue, quapropter ignem rarum esse dicunt. Deinde causam motus non sic esse vacuum vt in quo, sed vt vtrei, ex eo, quia feruntur sursum, ferunt quod ipsis continuum est,

sic vacuum sursum ferri. Atqui qualiter possibile est esse lationem vacui, aut locum vacui vacui enim est vacuum, ad quod feratur.

¶Amplius autem, quomodo in graui assignabunt ferri deorsum? Et insuper manifestum est Tex.82.
quòd, si quanto rarius, & magis vacuum fuerit, sursum feretur, si omnino sit vacuum, velocissime vti que feretur. Fortasse autem & hoc impossibile est moueri. ratio autem eadem. quoniam, vt & in vacuo immobilia sunt omnia, sic & vacuum quòd immobile. incomparabiles enim sunt velocitates.

Caput Sextum, quòd non absque ratione dubitent ponentes Vacuum esse, earumque dubitationum solutio.

QVoniam autem vacuum quidem non dici- Tex.83.
mus esse, alia vero dubitata sunt vere, aut motus non erit, si non erit densitas, & raritas, aut fluctuabit cœlum, aut semper æqualis aqua ex aëre erit, & aër ex aqua. manifestum enim est quòd plus aëris ex aqua fit. Necesse est igitur, si non est constrictio, aut expulsum attiguum, vt vltimum fluctuet facere, aut alicubi alibi æquale mutari ex aëre in aquam, vt tota moles totius æqualis sit, aut nihil moueri. semper enim re mutata hoc accidet, nisi circulationes moueatur. non autem semper sit in circulum loci mutatio, sed & in rectum. hi igitur propter hæc vacuum aliquid esse dicerent.

¶Nos autem dicimus ex suppositis, quòd est Tex.84.
materia vna contrariorum, calidi, & frigidi, & *Contrariorum* aliarum naturalium contrarietatum, & ex eo, *vnum vna est* quòd potentia est id, quod est actu, sic. & non *materia,*

separabilis quidem est materia, ipso autem esse diuersa est. & vna est numero, si forte fuerit coloris, & caliditatis, & frigiditatis. Est autem & corporis materia, & magni, & parui eadem. manifestum autem est. cum enim ex aqua factus est aër, eadem materia non insuper accipiens aliquid aliud facta est, sed quod erat potentia actu facta est: atque rursus aqua ex aëre similiter, aliquando quidem in magnitudinem ex paruitate, aliquando vero in paruitatem ex magnitudine, similiter igitur si & aër, multus existens, in minori fiat mole, & ex minori maior, potentia existens fit materia vtraque. Vt enim ex frigido fit calidum, & ex calido frigidum, eadem, quia erat potentia, sic & ex calido magis calidum, nullo facto in materia calido, quod non erat calidum, quando minus erat calidum. Sicut neque maioris circuli circunferentia, & curuitas, si fiat minoris circuli, eadem cum sit, aut alia, in nullo facta est curuitas, quod erat non curuum, sed rectum. non enim ex eo, quia intermittitur, ipsum minus, aut magis est. neque est accipere flammæ magnitudinem aliquam, in qua & albedo, & caliditas non insit. sic igitur & prior calor posteriori. quare & magnitudo, & paruitas sensibilis molis, non insunt per accipiente aliquid materia, extenditur, sed quia potentia est materia vtriusque. quare est idem densum, & rarum, & vna materia ipsorum est. est autem ipsum quidem densum grave, rarum autem leue. ¶ † Amplius, sicut circuli circunferentia, conducta in minus, non accepit aliud concauum, sed quod erat condensum est: sic & ignis, quencunque aliquis accipiat, omnis causalis est, sic & omne congregatione,

Tex.85. † *In aliquibus codicibus Græcis iste text. non inuenitur, quæ & Boetius non transtulit.*

tione, & distinctione eiusdē materiei. duo enim sunt in vtroque, & denso & rato graue enim & durum densa videntur esse, & contraria, leue inquam, & molle, rara. dissonant autem graue, & durum in plumbo, & ferro.

¶ Ex dictis igitur manifestum est quòd neque segregatum est vacuum, neque simpliciter, neq; in rato, neque potentia. nisi quis velit omnino vocare vacuum causam lationis. sic autē ipsius grauis, ac leuis materia, quatenus huiusmodi, erit vacuum. densum enim & rarum secundum hanc cōtrarietatem lationis factiua sunt, secundum autem ipsum durum, & molle passionis, & impassibilitatis, & non lationis, sed alterationis magis. Et de vacuo quidem quomodo est, & quomodo non est, determinatum sit hoc modo. Tex.86.

Summa Tertia de Tempore.

Caput Primum, in quo dubitat an Tempus sit, vel ne.

Consequens autem est ad ea, quæ dicta sunt, aggredi de Tempore. Primum autem bene se habet dubitasse de ipso, & per exteras rationes, vtrum sit eorum, quę sunt, an eorum, quæ non sunt, deinde quę sit natura ipsius. Tex.87.

¶ Quòd igitur omnino nō sit aut vix, & obscure, ex hisce aliquis suspicabitur. Aliud enim ipsius factum est, & nō est, aliud vero futurum est, & nondum est. ex his autem, & infinitum, & quod semper accipitur, tempus componitur. quod autem ex iis, quæ non sunt, componitur, fieri non posse videtur, vt possideat aliquando substantiam. Tex.88.

¶ Ad hæc autem Tex.89.

omnis rei partibilis, si quidem sit, necesse est, quando est, aut quasdam, aut omnes partes esse: temporis autem aliæ fuerunt, aliæ vero futuræ sunt: nulla autem est, cum sit diuisibile. ipsum autem nunc non est pars: † nam & mensurat pars. & componi oportet totum ex partibus: tempus autem non videtur componi ex ipsis nunc. ¶Amplius autem & ipsum nunc, quod videtur distinguere præteritum, & futurum, vtrum vnum, & idem semper permaneat, an aliud sit, & aliud, non facile est videre. Si enim semper alterum, & alterum est: nulla autem earum, quæ sunt in tempore, alia, & alia pariter simul, quæ non continet, alia vero continetur, vt minus tempus sub maiore: ipsum autem nūc, quod non est, prius autem fuit, necesse corruptum esse aliquando: & ipsa nunc simul quidem inter se non erunt. corruptum autem esse necesse est semper prius. In seipso igitur corruptum esse impossibile est, ex eo, quia tunc est. in alio autem nunc corrumpi ipsum prius nunc non contingit. sit enim impossibile contigua esse adinuicem ipsa nunc, vt punctum cum puncto. Si igitur in eo, quod est consequentem, non corruptum est, sed in alio, in mediis nunc, quæ sunt infinita, simul erit. hoc autē impossibile est.

¶At vero neque semper idem permanere possibile est. nullius enim diuisibilis finiti vnus terminus est. neque enim si ad vnum sit cōtinuum, neque si ad plura. ipsum autem nunc terminus est, & tempus est accipere finitum.

¶Amplius, si simul esse secundum tempus, & neq; prius, neq; posterius, in eodē esse, & in ipso nunc sit, & si quæ prius, aut posterius in hoc-ce nunc sunt, simul vtique erunt quæ ante decies mille

† *Alex. lectionis ista passim mēminit partis.*

Simplicium autem alteratio.

Tex. 90.

Tex. 91.

Tex. 92.

millenos facta fuerunt annos cum iis, quæ sunt hodie, & neque prius, neque posterius vllum aliud alio.

Caput Secundum, in quo quæritur quid sit Tempus: probaturque ipsum non esse motum.

DE iis igitur, quæ insunt ipsi, tot sint dubitata. Quid autem est tempus, & quæ ipsius natura, similiter & ex traditis immanifestum est, & ex eiis, quæ fuimus percurrentes prius. Nam quidam vniuersi esse motum dicunt. Alij sphæram ipsam. Atqui circulationis etiam pars tempus quoddam est, circunlatio vero nō. pars enim circunlationis est quod acceptum est, sed non circunlatio. Amplius autem, si plures essent cœli, similiter vtiq; esset tempus cuiuslibet ipsorum motus. quare multa tempora simul.

Tex. 93.

¶Vniuersi autem sphæra visa est quidem dicentibus esse tempus, quia & in tempore omnia sunt, & in ipsa vniuersi sphæra. Est autem studiosis quod dictum est, quām vt de eo impossibilia consyderemus. ¶Quoniam autem videtur maxime motus esse, ac mutatio quædam tempus, hoc consyderandum erit. Vniuscuiusque igitur mutatio, & motus in ipso, quod mutatur, est solum, aut vbi fuerit ipsum, quod mouetur, & mutatur: tempus autem similiter & vbique, & apud omnia est. ¶Amplius autem mutatio quidem omnis velociot, aut tardior est, tempus autem nulla est. tardum enim & velox tempore definiūtur. Velox enim est, quod in pauco multum mouetur: Tardum autem, quod in multo parum. tempus autem non definitur tempore, neque quo quantum quid est, neque quo quale,

Tex. 94.

Idē primo Topicorū.

Tex. 95.

Tex. 96.

Velox

Tardum

Caput

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caput Tertium, ostendens Tempus, quamuis non sit motus, non tamen esse sine motu, & declarans quid sit ipsius motus: vbi datur etiam ipsius temporis definitio.

Tex.97. QVòd igitur non est motus manifestum est. nihil autem referat nobis dicere in præsentia motum, aut mutationem. At vero neq; sine mutatione. cum enim ipsi nihil mutamur secundum intelligẽtiam, aut latet nos mutati, non videtur nobis fuisse tempus. sicuti quæ iis, qui in Sardo fabulose dicuntur dormire apud Heroas, cum fuerint experrecti. copulans enim primum nunc posteriori nunc, & faciens vnum, remouentes propter insensibilitatem medium. Vt igitur, si non esset alterũ nunc, sed vnũ, & idem, non esset tempus: sic &, quãdo latet alterum esse, non videtur quod medium est, esse tempus. Si igitur, vt non putemus esse tempus, tunc accidit nobis, cum non definimus vllam mutationem, sed in vno, & indiuisibili videtur animus manere: cum autẽ sentserimus, ac definiuerimus, tunc dicimus factum fuisse tempus: manifestum est quod nõ est sine motu, ac mutatione tempus.

Cũ nihil ipsi mutamur secundũ intelligẽtiam, aut latet nos trãsmutari, non videtur nobis fieri tẽpus.

Tex.98. ¶Quod igitur neque motus, neque sine motu tempus est manifestum est. Accipiendum est autem, quoniam quærimus quid est tempus, hinc incipientibus, quidnam ipsius motus sit. sumimus enim motum sentimus, & tempus. Etenim si fuit tenebræ, & nihil per corpus patiamur, motus autem quidam in anima insit, confestim simul videtur quoddam factum fuisse & tempus. at vero &, cum tempus videtur fuisse aliquod, simul & motus quidam fuisse videtur. quare aut motus aut motus aliquid est tempus. cum igitur non sit motus, necesse est motus aliquid esse ipsum.

¶Quoniam autem quod mouetur, mouetur Tex.99. ex quodam in quoddam, & omnis magnitudo continua est, sequitur magnitudinem motus. quia enim magnitudo continua est, & motus est continuus: quia vero motus, & tempus. quantus enim motus est, tantum & tempus semper videtur fuisse. Prius autem, & Posterius in loco primum sunt, hic quidem positione. Quoniam autem in magnitudine est prius, & posterius, necesse est & in motu esse prius, & posterius proportionaliter his, quæ sunt ibi. At vero & in tempore est prius, & posterius, propterea quòd alterum sequitur semper alterum ipsorum. Est autem prius, & posterius ipsorum in motu. id quidem, quod est, motus est, esse tamen ipsi alterum, & non motus. ¶At vero & tempus quidem cognoscimus, cum definiuerimus motum, prius ac posterius definientes. atque tunc dicimus fuisse tempus, quando prioris, & posterioris in motu sensum ceperimus. determinamus autem aliud, & aliud existimando ipsa, & medium quippiam inter ipsa alterum. cum enim extrema altera à medio intellexerimus, duóque dixerit anima, ipsa nunc, hoc quidem prius, illud verò posterius, tunc & hoc dicimus esse tempus. quod enim determinatur ab ipsis nunc tempus esse videtur, & supponatur. ¶Quando igitur, tãquam vnum ipsum nunc sentimus, & non, aut vt prius, & posterius in motu, aut vt idem quidem, non autem prioris, & posterioris cuiusdam, non videtur tempus factũ fuisse vllũ, quoniam neq; motus. cum autem prius, & posterius est, tunc dicimus tempus. hoc enim est Tempus, numerus motus secundũ prius, & posterius. Non

Quia magnitudo est cõtinua, & motus cõtinuus.

Prius, & posterius in loco primũ sunt.

Vide cõtra Zamarr.

Tex.100.

Tex.101.

ergo

Universidad de Deusto

Definitio temporis. Tex.102.

ergo motus tempus est, sed quatenus numerum habet motus. ¶Signum autem est plus enim, & minus discernimus numero motum autem plurem, & minorem tempore: Numerus itaque quidam tempus est. Quoniam autem numerus est duplex (etenim quod numeratur, ac numerabile numerum dicimus, & quo numeramur) tempus autem est quod numeratur, † & non quo numeramus. est autem alterum quo numeramus, & quod numeratur. ¶Et, vt motus semper alius est, & alius: sic & tempus. Tempus autem simul omne idem est. nam ipsum nunc idem est, secundum id, quod est: esse autem ipsi alterum est.

Numerus duplex: quo numeratur & quo numeramus.

† *a. l. non habet & non quo numeramus.*

Tex.103. *Vide cõtra Zim.*

Caput Quartum. Quam rationem habeat ipsum Nunc ad ipsum tempus.

Tex.104. *Vide cõtra Zim.*

IPsum autem Nunc tempus metitur, quatenus prius est, atque posterius. Ipsum autem nunc est quidem vt idem, est vero vt non idem. quatenus enim in alio, & alio est, diuersum est. hoc autem erat ipsi nunc, quatenus vero est id, quod est, ipsum nunc, idem est. sequitur enim (vt dictu est) magnitudinem motus: hunc autem tempus, vt diximus. & similiter igitur punctum id, quod fertur, quo motũ cognoscimus, & prius in ipso, & posterius. hoc autem secundum id quidem, quod est, idem est. punctum enim aut lapis, aut aliquid eiusmodi est, ratione autem aliud est, sicut Sophistæ accipiunt diuersum Coriscum in Lycio esse, & Coriscum in foro. & hoc igitur, ea eo, quia alibi, & alibi est, diuersum est. Ipsum autem nunc sequitur id, quod fertur, vt tempus motũ. eo enim quod fertur, cognoscimus prius, & posterius in motu. quatenus autem numerabile est prius, & posterius, ipsum nunc est. Quare

Eo quod fertur, cognoscimus prius, et posterius.

& in his id quidem quod est, nunc est idẽ. prius enim aut posterius est, quod in motu est, ipsum autem esse alterum, quatenus enim numerabile est prius & posterius ipsum nunc est, & notum maxime hoc est. etenim motus est per id, quod mouetur, & latio per id, quod fertur. hoc aliquid enim est id, quod fertur, motus autem nõ. Est igitur vt idem ipsum nunc dictum semper: est autem vt non idẽ. etenim † similiter & quod fertur. ¶Manifestum est autem quod, etsi tempus non sit, ipsum nunc non erit: & si ipsum nũc non sit, tempus non erit. Vt enim simul sint, id, quod fertur, & latio: sic & numerus eius, quod fertur, & lationis. tempus enim est lationis numerus, ipsum autem nunc est vt quod fertur, vt vultas numeri. & continuum tempus est ipso nunc: & diuiditur secundum ipsum nunc. sequitur autem hoc lationem, & id, quod fertur. etenim motus, & latio vna est ipso, quod fertur, quia vnum, & non secundũ id, quod est (etenim desecteret) sed ratione. & distinguat prioré, & posteriorem motum hoc. Sequitur autẽ & hoc quod ait, nunquam punctum. etenim punctũ & continuat † longitudinẽ & distinguat. est enim huius quidẽ principiũ, illius vero finis. ¶Sed, cũ sic quidẽ accipiat aliquis, tanquã duobus vtens uno, necesse est stare, si erit principium, & finis idẽ punctus ipsum autem nunc, ex eo, quia mouetur id, quod fertur, semper alterũ est. Quare tempus numerus est, non vt ipsius puncti, quia principium, & finis est, sed vt vltima ipsius linex magis, & non vt partes propter id, quod distinguit. est. medio enim puncto, tanquam duobus, vtetur. quare, vt quiescat, accidet.

† *a. l. habet similiter.*

Tex. 05. *Vide cõtra distinctionẽ Zimar.*

Tẽpus continuum est, & diuiditur secundũ ipsum nunc.

† *a. l. addit quodãmodo.*

Tex.106.

Tẽpus quare numerus.

¶Et insuper manifestum est quòd neque pars Tex.107.

est

Litera. Alexan. & Asp. habet. quod tempus non est pars motus.

est ipsum nunc temporis, neque diuisio motus, sicut neque puncta ipsius lineæ. lineæ enim duæ partes vnius sunt. Quatenus igitur terminus est ipsum nunc, non est tempus, sed accidit, quatenus vero numerat, numerus. termini enim illius solum sunt, cuius sunt termini, numerus autem horum æquorum, denarius, scilicet & alibi est.

Termini illius solum sunt, cuius sunt termini. Id. supra. 42.

Caput Quintum. Quis Numerus sit, qui in definitione temporis accipitur: ex quo nonnullorum in ipso tempore redditur causa.

Tex.108. QVòd igitur tempus numerus motus est, secundum prius, & posterius, & continuum (nam continui est) manifestum est. Minimus autem numerus, quidam simpliciter quidem est, vt dualitas, quidam autem numerus est quidem vt est, est autem vt non est. Vt lineæ minimus multitudine quidem est duæ, aut vna, magnitudine autem nō est minimus. semper enim diuiditur omnis linea. Quare similiter & tempus. minimum enim secundum numerum est vnum, aut duo, secundum autem magnitudinem non est. ¶ Manifestum autem est & propter quid velox quidem & tardum non dicitur multum autem & paucum, & longum & breue, quatenus enim continuum est. longum & breue dicitur: quatenus autem numerus, multum & paucum. velox autem & tardum non est. nam enim numerus, quo numeramus, velox, & tardus vllus. ¶ Et idem etiam vbique simul est prius autem, & posterius non idem. quia & motatio præsens quidem vna est: facta vero, & futura, altera. Tempus autem numerus est, non quo numeramus, sed qui numeratur. hoc autem accidit secundū ptius, & posterius semper alte-

Vide cōtradictionem Zim.

Tex.109.

Tex.110. *Tempus est numer⁹, nō quo numeramus, sed qui numeratur. Id⁹ supra text. 102.*

alterum. ipsa enim nunc altera sunt. Est autem numerus, vnus quidem, & idem centum equorum, & centum hominum: quorum autem numerus est, altera sunt, æqui scilicet ab hominibus. ¶ Amplius autem, vt contingit motum esse eundem, & vnum iterum, & iterum, sic & tempus contingit, vt annum, aut ver, aut autumnum. ¶ Non solum autem motum tempore metimur, sed & motu tempus: propterea quòd à seinuicem definiuntur. tempus enim definit motum, cùm sit numerus ipsius: motus autem tempus. & dicimus multum, aut paucum tempus, motu metientes: sicuti numerabili numerum. vt equo vno equorum numerum. numero enim equorum multitudinem cognoscimus: tur- sus autem in vno equo ipsum equorum numerum. similiter autem & in tempore, & motu. tempore enim motum, motu autem tempus mensuramus. ¶ Et hoc rationabiliter accidit. Sequitur enim magnitudinem motus, motum autem tempus, ex eo, quia quanta, & continua, † & discreta sunt. propterea enim quòd magnitudo est huiusmodi, motus hæc patitur: propter autem motum tempus. Atque mensuramus & magnitudinem motu, & motum magnitudine. multam enim dicimus esse viam, si ambulatio multa est, & hanc multam, si via multa sit: & tempus, si motus, & motum, si tempus.

Tex.111. *Non solum motum tempore metimur sed & mutuò.* *Vide contradictionem Zim.*

Tex.112.

Tex.113.

† *a.l. diuisa bilia sunt.*

Caput Sextum. Quid sit in Tempore esse. Quæ sint ea, quæ sunt in Tempore, & quæ non sunt in tempore. Tempusque, vt motum, ita & quietem mensurare.

QVoniam autem tempus est mensura motus, ipsiúsque moueri, metitur autem † hoc

Tex.114.

† *a.l. ista.*

Vide cõtradictionem Zim.

motum determinando quendam motum, sic mensurabit totum, sicut & longitudinem cuius, determinando aliquam magnitudinem quæ remetiatur totam, & est motus, in tempore esse, mensurari tempore, & ipsum, & esse ipsius simul enim motum, & esse motus mensurari, & hoc est ipsi in tempore esse, mensurari ipsius esse ¶ Manifestum est quòd & aliis hoc ipsum in tempore esse, mensurari ipsorum esse à tempore. In tempore enim esse duorum est alterum. vnum quidem esse tunc, quando tempus est, alterum autem, vt quædam dicimus, quòd in numero sunt. hoc autem significat, aut vt partem numeri, & passionẽ, & omnino quod numeri aliquid est, aut quòd est ipsius numeri. Quoniam autem numerus tempus est, ipsum quidem nunc, & prius, & quæcunque sunt huiusmodi, sic in tempore sunt, vt in numero vnitas & impar & par. hæc enim numeri aliquid, illa vero temporis aliquid sunt. Res autem, vt in numero, ita in tempore sunt. si autem hoc est, continentur à numero, sicut & ea, quæ sunt in loco, à loco. ¶ Manifestum autem est & quòd non est in tempore esse, esse quando tempus est, sicut neque in motu esse, neque in loco, quando motus, & locus est. Si enim erit id, quod est in aliquo, sic, omnes res in quolibet erunt, & cœlum in milio quando enim milium est, & cœlum est. sed hoc quidem accidit, illud autem necesse est consequi, & id, quod est in tempore, esse quodam tempus, quando & illud est, & id, quod est in motu, esse tunc motum. ¶ Quoniam autem est, vt in numero, esse in tempore, accipietur aliquod maius tempus omni eo, quod est in tempore. Quapropter necesse est omnia ea, quæ in tem-

Tex.115. Vide cõtradictionem Zim.

Tex.116.

Tex.117.

in tempore sunt, contineri à tempore, sicut & alia quæcunque in aliquo sunt: vt ea, quæ in loco sunt, à loco. Et pati itaque aliquid à tempore, sicut & dicere consueuimus quòd tabescit tempus, & senescunt omnia tempore, & obliuiscuntur propter tempus, sed non didicit, nec nouum factum est, nec pulchrum. corruptionis enim causa per se magis est tempus. numerus enim ipsius motus est: motus autem expellit id, quod ineſt. Quare manifestum est quòd ea, quæ semper sunt, quatenus semper sunt, non sunt in tempore. non enim continentur à tempore, neque mensuratur esse ipsorum à tempore. Signum autem huius est, quòd neque patiuntur quicquam à tempore, tanquam non existentia in tempore. ¶ Quoniam autem tempus mensura motus est, erit & quietis mensura secũdum accidens. omnis enim quies in tẽpore est. non enim vt quod est in motu, necesse est moueri: sic & quod in tempore, non enim tempus motus est, sed numerus motus. in numero autem motus potest esse & quiescens. non † enim omne immobile quiescit, sed priuatum motu, aptum autem natura moueri, sicut dictum est in Prioribus. Esse autem in numero est esse quendam numerum rei, & mensurari esse ipsius numero, in quo est. quare si est in tempore, à tempore. Mensurabit autem tempus id, quod mouetur, & quod quiescit, quatenus hoc quidem mouetur, illud vero quiescit, motum enim ipsorum mensurabit, & quietem. quanta quædam.

¶ Quare quod mouetur, non simpliciter erit mensurabile à tempore, quatenus quantum quoddam, sed quatenus motus ipsius quantus est. Quare quæcunque neque mouentur, neque

Vbique corruptionis causa.

Vide cõtradictionẽ Zimar.

Ea, quæ semper sunt, non sunt in tẽpore, quatenus semper sunt.

Tex.118.

† *Non vnumquodque immobile quiescit, sed priuatũ motu & aptũ autem natura moueri. 3. Phys. tex. 16*

Tex.119.

Esse in tempore est mensurari à tempore. Idem supra text. cap. 114.

quiescunt, non sunt in tempore. esse enim in tempore est mensurari tempore: tempus autem motus. & quietis mensura est.

Tex. 120.

¶ Manifestum igitur est quòd neque omne, quod non est, erit in tempore, vt quæcunque non possunt alitet esse, vt diametrum esse lateri commensurabilem. omnino enim, si mensura quidem est motus tempus per se, aliorum autem secundum accidens, manifestum est quòd, quorum esse mensurat, his omnibus erit esse in quo-

Corruptibilia, & generabilia, & omnino quæ aliquando quidem sunt, aliquando verò non, aliquando verò non sunt, necesse est in tempore esse.

te, aut motu. Quæcunque igitur corruptibilia, & generabilia sunt, & omnino quæ aliquando quidem sunt, aliquando verò non, necesse est in tempore esse. est enim tempus quoddam maius, quod excedet esse ipsorum, & id, quod mensurat ipsorum existentium. Eorum autem, quæ non sunt, quædam quidem continet tempus, alia quidem erant, vt Homerus aliquando erat, alia verò erunt, vt futurorum aliquid, quæ ad vtrauis continet. & ad ambo, vtraque & erant, & erunt. Quæ autem haudquaquam continet, neque erant, neque erunt, neque erunt. sunt autem huiusmodi eorum, quæ non sunt, quorum opposita sunt semper. vt incommensurabilem esse diametrum semper: & non erit hoc in tempore: neque ergo commensurabilem esse. quapropter semper non est, quoniam contrarium est ei, quod semper est. Quorum autem cõtrarium non semper est. hæc possunt & esse, & non esse, & est generatio, & corruptio ipsorum.

Cæ-

Caput Septimum. Quo pacto ipsum Nunc continuat tempus. Deque alio significato ipsius Nunc. Et quid hæc significent, scilicet Aliquando, Iam, Nuper, Quondam, & Repente. Et quòd Tempus corruptionis per se magis, generationis autem magis per accidens est causa.

IPsum autem Nunc est continuatio temporis, sicut dictum est. continuat enim tempus præteritum, & futurum, & omnino terminus temporis est. est enim huius quidem principium, illius autem finis. Sed hoc non, vt in puncto manente. manifestum est. diuidit autem † potẽtia. & quatenus quidem huiusmodi, semper alterum est ipsum Nunc: quatenus autem copulat, semper idem est. Vt in mathematicis lineis. non enim idem semper, vnúmque punctum est intellectu: diuidentium enim † aliud est: quatenus autem est vna, idé penitus est. Sic & ipsum Nunc aliud quidem temporis diuisio secundum potentiam est, aliud autem terminus vtrorumque, & vnio: est autem idem, & secundum idem diuisio, & vnio: esse autem non est idem.

Tex. 121.

† *a. l. & potentia.*

† *a. l. addit & aliud.*

¶ Ipsorum igitur nunc hoc quidem sic dicitur. aliud autem, cum tempus, quod est huius, propè sit. vt venit nunc, quia hodie venit. venit nũc, quia hodie venit. quæ vero in Ilio gesta sunt, fortune nõ nunc, neq; diluuium fuit nunc: & tamen continuum tempus est ad ipsa: sed quia non propè.

Tex. 122.

¶ Ipsum autem Aliquando, tempus est determinatum ad prius, & posterius nunc. vt aliquando capta est Troia, & aliquando erit diluuium. oportet enim terminari ad ipsum nunc. erit ergo quandũ aliquod ab hoc tempus. & ad illud, & erat ad præteritum.

Tex. 123.

¶ Si verò nullum tempus

Tex. 124.

est, quod non sit aliquando, omne erit tempus finitum. Deficiétne igitur, an non, si quidem semper est motus? Aliud igitur, aut idem semper. Manifestum est, quòd vt motus, sic & tempus est. si enim vnus, & idem sit aliquando, erit tempus vnum & idem. sin vero non, non erit.

Tex.125. ¶Quoniam autem ipsum nunc, finis, & principium temporis est, sed non eiusdem, sed præteriti quidem finis, principium autem futuri. vt habebit circulus in eodem quodammodo curuum, & concauum, sic & tempus semper in principio erit, & fine. & ob hoc videtur semper alterum. non enim eiusdem principium, & finis ipsum nunc. simul enim, & secundum idem opposita essent. & non deficiet itaque tempus, semper enim in principio est. ¶Ipsum autem tam

Tex.126. propinquum præsenti nunc indiuisibili pars est futuri temporis. quando ambulabit? iam. quia prope est tempus, in quo futurum est. & præteriti téporis id, quod non procul est ab ipso nunc. quando ambulabit? iam ambulaui. Illico autem iam captum est, non dicimus, quia procul valde

Tex.127. est ab ipso nunc. ¶Ipsum autem Nuper, propinquum præsenti nunc. & pars præteriti est. quando veniste? nuper, si sit tépus propinquum præsenti

Vide contr. Zimar. nunc. Quondam autem, quod procul est. Rursus autem, quod in insensibili tempore propter pau-

Tex.128. uitatem remotum est. ¶Mutatio autem omnis natura remotiua est. in tépore autè omnia fiunt,

Vide contr. Zimar. & corrumpuntur. Quapropter & alij quidem de pietissimum dicebant: Pythagoreus autem Parmenides in doctissimum, quia obliuiscétur & in hoc dicit

Corruptionem magis per se, quam generationem, sectius. Manifestum itaque est quod corruptio magis erit per se causa, quàm generationis, secundum accidens. Signum autem sufficiens est, quia

per se est, generationis autem, & ipsius esse secundum accidens. Signum autem sufficiens est, quia ipsum quidem nihil, nisi moueatur quodammodo ipsum, & agat: corruptus autem, etiam cum nihil mouerit. & hanc dicere maxime consueuimus à tempore corruptionem. sed neque hanc tempus facit, sed accidit in tempore fieri & hanc mutationem. Quod igitur tempus est, & quid est, & quot modis dicimus ipsum nunc, & quid ipsum aliquando, & nuper, & iam, & quondam, & repente, dictum est.

causa est ij. dum accidens. prætex. 117.

Vide contr. Zim.

Caput Octauum: Omnem Mutationem esse in tempore.

Hlv autem nobis sic determinatis, manifestum est quòd omnem mutationem, & omne, quod mouetur, necesse est moueri in tempore. velocius enim, & tardius secundum omnē mutationem in omnibus enim sic videmur. Dico autem velocius moueri, quod prius, dum transmutatur ad subiectum secundum idem spacium, & regularem motum mouetur. vt in latione, si vtraque secundum circunferentiam moueatur, aut vtraque secundum rectam. similiter autem est & in aliis. At verò prius in tempore est. prius enim, & posterius dicimus secundum eam, quæ ad ipsum nunc est distantiam. ipsum autem nunc terminus præteriti, & futuri est. quare, quoniam ipsum nunc in tempore, & prius, & posterius in tempore erunt. in quo enim est ipsum nunc, & ipsius nunc distantia. E contrario autem dicitur prius & secundum præteritum tempus, & futurum. in præteritis enim prius dicimus, quod longius est ab ipso nunc, posterius autem, quod propinquius

Tex.129. *Omne, quod mouetur, necesse est moueri in tempore. temporem*

futuro autem prius quidem, quod propinquius

Universidad de Deusto
Biblioteca

est posterius autem, quod longius est. Quare, quoniam prius in tempore est: omnem autē motum sequitur ipsum prius: manifestum est quòd omnis mutatio, & omnis motus in tempore est.

Caput Nonum, in quo quædam adducuntur dubitationes circa ipsum Tempus, & earum solutiones.

Tex.130. †a.l. locus autem. & motus, vid. Alex. Tempus, & motus simul sunt secundum potentiam, & actum.

DIgnum autem consyderatione est & quomodo tādem se habet tempus ad animam, & propter quid in omnibus videtur esse tempus, & in terra, & in mari, & in cœlo. An, quia ipsius motus passio quædam est, vel habitus, cum numerus quidem tempus sit: hæc autem mobilia omnia: in loco enim omnia sunt: † tempus autem, & motus simul sunt & secundum potentiam, & secundum actum.

Tex.131. Vide contr. Zim. An tēpus sine anima. Vide contr. Zim.

¶ Vtrum autem, cum non sit anima, erit tempus, an non, dubitauerit aliquis. Cum enim possibile sit numeraturum esse, impossibile est numerabile aliquod esse. quare est manifestum quòd neque numerus est. numerus enim est aut numeratum, aut ipsum numerabile. Si autem nihil aliud aptum natura est quàm anima numerare, & animæ intellectus, impossibile est tempus esse, cum non sit anima. nisi hoc, quod aliquando existens tempus est, vt, si contingit motum esse sine anima. ptius autem, & posterius in motu est: tempus autem hæc sunt, quatenus

Tex.132. numerabilia sunt. ¶ Dubitauerit autem aliquis & qualis motus numerus tempus sit. An qualiscunque. etenim generatur in tempore, & corrumpitur, & augmentatur, & alteratur in tempore, & fertur. Quatenus igitur motus est, eatenus est vniuscuiusque motus numerus. quapropter

propter ipsius motus simpliciter est numerus continui, sed non cuiusdam, sed est nunc motum esse, & aliud, quorum vtriusque motus etit numerus. Alterum igitur tempus etit, & simul duo æqualia tempora erunt, an non? omnenanque tempus vnum similiter, & simul est, specie autem & quæ non simul. si enim sint hi quidem canes, illi vero equi, vtrique autem septem, idem numerus est. sic & motuum simul terminatorum idem tempus est. sed hic quidem velox fortassis, alius veto non: & hic quidem latio, alius autem alteratio. tempus tamen idem est, si quidem & numerus æqualis sit & alterationis, & lationis, & simul sint. Atque propter hoc motus quidem alteri, & seorsum sunt, tempus autem vbique est idem, quia & numerus vnus, & idem vbique est, qui est æqualium, & simul. ¶ Quoniam autem est latio & huius Tex.133. circularis, numeratur autem vnumquodque vno quodam cognato, vnitates vnitate, equi veto equo, sic & tempus tempore quodam finito. mensuratur autem, sicut diximus, & tempus Suprat.12. motu, & motus tempore, hoc autem est, quia à determinato motu tempore mensuratur & ipsius motus quantitas, & temporis.) si igitur primum mensura omnium cognatorum est circumlatio, regularis mensura maxime erit, quia numerus huius notissimus est. Neque igitur alteratio, neque augmentatio, neque generatio regulares sunt: latio autem est. Quapropter & videtur tempus esse sphæræ motus, quia hoc mensurantur alij motus, & tempus hoc motu. Propter hoc autem & quod consuetum est dici accidit. dicunt enim circulum esse humanas res, & aliorum motum habentium naturalem, & genera-

Vide cōtra. Zimarra. Alteratio, augmentatio, generatio nō sūt regulares: latio autē est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem, & corruptionem. hoc autem est, quia hæc omnia tempore diiudicantur, & accipiunt hoc, & principium, ac si secundum quandam periodum sit. etenim tempus ipsum esse videtur circulus quidam, hoc autem rursus videtur, quia huiusmodi lationis mensura est, & mensuratur ipsum ab huiusmodi. Quare dicere rerum eas, quæ fiunt, esse circulum, est dicere temporis esse quendam circulum. hoc autem est, quia mensuratur circunlatione, præter † enim mensuram nihil aliud videtur esse quod mensuratur, quadam multæ mensuræ, totum ¶ Dicitur autem recte & quod numerus quidem est idem oulum & canum, si æqualis vterque sit. denarius autem non idem, neque decem eadem. sicut neque trianguli idem, æquilaterus, & qui trium inæqualium laterum, & tamen figura eadem est, quia ambo trianguli sunt. Idem enim dicitur, cuius non differt differentia, sed non cuius differt. vt trianguli trianguli differtia differt (diuersi enim trianguli sunt) figuræ autem non, sed in vna, & eadem diuisione. figura enim talis quidem circulus est, talis vero triangulus. huius autem talis quidem est æquilaterus, talis vero qui trium inæqualium laterum. figura igitur eadem, & hæc triangulus enim est. triangulus autem non idem est. Et numerus igitur idem. non enim differt numeri differentia numerus horum, denarius autem non idem est: in quibus enim dicitur, differunt: hæc enim canes, illa vero æqui sunt. Et de tempore quidem, & ipso, & de iis, quæ circa ipsum consyderationi sunt propria, dictum est.

† a. l. quod mensurat. Tex. 134.

Idem dicitur, cuius non differt differentia.

ARIST

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV LIBER QVINTVS.

SVMMÆ LIBRI.

In prima agitur de diuisione Motus in suas species.
In secunda de Vnitate & Pluralitate motus.
In tertia de Contrarietate motuum & quietum
Summæ primæ caput primum, in quo distinguitur motus per se a motu per accidens & à motu secundum partem.

MVtatur autem, quod mutatur, omne, hoc quidem secundum accidens, vt cum dicimus musicum ambulare, quoniam, cui accidit musicum esse, hoc ambulat. Hoc autem ex eo, quia huius aliquid mutatur simpliciter dicitur mutari, vt quæcunque dicuntur secundum partes. sanatur enim corpus, quia oculus, aut thorax: hæc autem partes sunt totius corporis. Est autem aliquid, quod neque secundum accidens movetur, neque ex eo, quia aliud quid accidens movetur, quæ ipsius, sed ex eo, quia ipsum movetur primum: & hoc est secundum seipsum mobile. secundum alium autem motum alterum est, vt alterabile, & alterationis sanabile, † & calefactibile alterum.

Tex. 1.

† a. l. ant.

Est

Tex.1. ¶Est autē & in mouente similiter. Aliud enim secundum accidens mouet, Aliud vero secundum partem, ex eo: quia partium huius aliqua. Aliud vero per seipsum primum, vt medicus quidem sanat, manus vero percutit.

Tex.3. ¶Quoniam autem est quidem aliquid motū primum, est autem aliquid, quod mouetur, ad hæc in quo tempus, & præter hæc ex quo, & in quod, (omnis enim motus ex quodā, & in quidam. alterum enim est quod primum mouetur, & in quod mouetur, & ex quo, vt lignum, & calidum, & frigidum. horum autem, aliud quidem quod, aliud vero in quod, aliud autem ex quo motus manifestum est quod in ligno est, non in forma. neque enim mouet, neque mouetur forma, aut locus, aut ipsum tantum.

Omnis motus est ex quodam & in quiddā. Forma neque mouet, neque mouetur.

Tex.4. ¶Sed est mouens, & quod mouetur, atque in quod mouetur. Magis autem ab eo, in quod, quàm ex quo mouetur, denominatur mutatio. quapropter & Corruptio in id, quod non est, magis tatio est, quàm is & ex eo, quod est, mutetur quod corrumpitur: & Generatio in id, quod est, quàm is ex eo, quod non est.

Mutatio denominatur magis ab eo in quē, quàm ex quo mouetur.

Vide eandem. 2. de anima. tex. 40.

¶Quid igitur motus sit dictum est prius. Formæ autem, & passiones, & locus, ad quæ mouentur ea, quæ mouentur, immobilia sunt, vt scientia, & calor. Attamen dubitabit aliquis, si passiones motus sunt: albedo autem passio est: erit enim ad motum mutatio. Sed fortassis non est albedo motus, sed dealbatio. Est autem & in illis & quod est secundum accidens, & quod est secundum partem, atque secundum aliud, & quod primo est, & non secundum aliud. vt quod fit album in id, quod intelligitur, mutatur secundum accidens: colori enim accidit intelligi in eo

Tex.5.

in colorem autem, quia album pars est coloris: & in Europam, quia pars Europæ Athenæ sunt: in album autem colorem per se. Quomodo igitur per se mouetur, & quomodo secundum accidens, & quomodo secundum aliud aliquid, & quomodo idem primum & in mouente est, & in eo, quod mouetur, manifestum est: & quòd motus non est in forma, sed in eo, quod mouetur, & mobili secundum actum.

¶Quæ igitur secundum accidens est mutatio dimittatur. est enim & in omnibus, & semper, & omnium. Quæ vero non secundum accidens non est in omnibus, sed in contrariis, & medijs, & in contradictione. Huius autem fides est inductio est. Ex medio autem mutatur vt ex contrario. vtitur enim ipso, vt contrario, ad vtrumque. est enim quodammodo medium ipsum extrema. quapropter & hoc ad illa & illa ad hoc quodammodo dicuntur contraria. vt media grauis ad vltimam, & acuta ad primam. atque fuscum album ad nigrum, & nigrum ad album.

Tex.6.

Medium est quodāmodo extrema.

Caput Secundum. Quot modis aliquid dicatur in aliud mutari.

QVoniam autem omnis transmutatio est ex quodam in quiddam: (manifestat autem & nomen. posti aliud enim aliquid, & aliud quidem prius significat, aliud autē poste rius. mutabitur quod mutatur quadrifariam. Aut enim ex subiecto in subiectum. Aut ex non subiecto in non subiectum: Aut ex non subiecto in subiectum: Aut ex subiecto in non subiectum. dico autem Subiectum, quod affirmatione monstratur. Quare necesse est ex iis, quæ dicta sunt,

Tex.7.

tres

Universidad de Deusto
Biblioteca

ttes esse mutationes, eam quæ est ex subiecto in subiectum, & eam, quæ ex subiecto in non subiectum, & eam, quæ ex non subiecto in subiectum. quæ enim est ex non subiecto in non subiectum, non est mutatio, propterea quod non est secundum oppositionem. neque enim contraria, neque contradictio est. Quæ igitur ex non subiecto est in subiectum mutatio, secundum cõtradictionem generatio est. alia quidem simpliciter simplex, alia verò quædam cuiusdam vt ea, quæ ex non albo in album, generatio huius est: ea verò, quæ ex eo, quod non est, simpliciter in substantiam, generatio simpliciter est, secundum quam simpliciter fieri, & non aliquid fieri dicimus. Quæ vero ex subiecto in non subiectum corruptio est, simpliciter quidem quæ ex substantia ad ipsum non esse est: quædam autem ea, quæ est in appositam negationem, sicut dictum est & in generatione.

Vide com. 2.m.

Tex.8. ¶ Si igitur, id, quod non est, dicitur multipliciter, & neque id, quod est secundum compositionem, aut diuisionem, contingit moueri, neque quod est secundum potentiam, quod ei, quod est simpliciter, secundum actum, oppositum est. quod enim est non album, aut non bonum, fieri potest vt moueatur secundum accidens: fuerit enim homo non album. quod autem simpliciter non hoc est nullo modo: impossibile enim est quod non est, moueri. si autem hoc, & generationem motum esse impossibile erit. generatur enim quod non est. nam & si quàm maxime secundum accidens generatur, attamen est verum dicere quòd est id, quod non est, de eo, quod generatur simpliciter. similiter autem & quiescere. hæc igitur omnia accidunt difficilia, ad moueri id, quod non est. &, si omne, quod mouetur, in loco est: quod autem non est, non est in loco. (esset enim alicubi.) Neque ergo corruptio motus est. contrarium enim motui motus est, aut quies: corruptio autem generationi contrarium.

Caput Tertium. In quot, & quibus prædicamentis reperiatur proprie Motus. Et quot modis dicatur Immobile.

QVoniam autem omnis motus mutatio quædam est, mutationes autem tres, quæ dictæ sunt. harum autem ea, quæ sunt secundum generationem, & corruptionem, non sunt motus, hæ autem sunt, quæ secundum contradictionem fiunt, necesse est eam, quæ ex subiecto est in subiectum mutationem, motum esse solum. Subiecta autem, aut contraria sunt, aut media. etenim priuatio ponatur contrarium. & manifestatur affirmatione nudum, & album, & nigrum. Si igitur prædicamenta diuisa sunt substantia, & qualitate, & vbi, & quando, & ad aliquid, & quantitate, & ipso agere, & pati, necesse est tres esse motus, eum, qui quantitatis, & eum, qui qualitatis, & eum, qui secundum locum est. Tex.9.

Tex.10. ¶ Secundum substantiam autem non est motus, propterea quòd nullum est ens contrarium substantiæ contrarium. Neque ei, quod ad aliquid, contingit enim, altero mutationem patiente, vere dici alterum nihil mutationis subire, quare secundum accidens motus horum est. Neque etiam agentis, & patientis, neque omnis mouentis, & eius, quod mouetur: quia non est ipsius motus motus, nec generationis generatio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio, neque omnino mutatio mutationis.

Tex.11. ¶Primum enim dupliciter contingit motum esse motum. Aut vt subiecti, vt homo mouetur, quia ex albo in nigrum mutatur. An ne sic & ipse motus, aut calefit, aut frigefit, aut locum mutat, aut augetur, aut diminuitur? Hoc autem impossibile est. non enim subiectorum aliquid

Tex.12. est ipsa mutatio. ¶Aut ex eo, quia aliquod aliud subiectum ex mutatione mutatur in alteram formam, vt homo ex ægritudine in sanitatem? Sed neque hoc possibile est, nisi secundum accidés. hic enim motus ex alia forma in aliam mutatio est. & generatio etiam, atque corruptio similiter. verum hæ quidem in oppositis sic, motus autem non similiter. Simul igitur mutatur ex sanitate in ægritudinem, & ex hac ipsa mutatione in aliam. Manifestum autem quod, cùm æger fuerit, mutatus erit in quamlibet. contingit enim quiescere. Et amplius non ad quamuis semper. & illa ex quodam in quodam alterum. Quare & oppositæ erit sanatio sed ex eo, quia accidit. vt si ex recordatione in obliuionem mutaretur. quoniam, cui inest, ipse lud mutatur, aliquando quidem in scientiam aliquando vero in sanitatem.

Tex.13. ¶Amplius autem in infinitum fiet abitio, & erit mutationis mutatio, & generationis generatio. Necesse igitur est esse primam, si vlla erit. vt, si simplex generatio fiebat aliquando & quod fit fiebat. quare nondum erat quod fit

† a.l. non habet, & quod fit simpliciter, sed aliquid quod fit. † & quod fiebat, & rursum fiebat hoc aliquando. quare nondum erat tunc id, quod fit. Quoniam autem infinitorum non est quicquam primum, non erit primum. quare neque contiguum. neque fieri igitur

igitur, neque moueri possibile est, neque mutari quicquam. ¶Amplius, eiusdem est motus contrarius, & insuper quies, & generatio, & corruptio, quare id, quod fit, cum fit id, quod fit, tale Tex.14. corrumpitur. neque enim quod mox fit, neque posterius. esse enim oportet quod corrúpitur. *Esse oportet illud, quod corrumpitur.*

¶Amplius oportet materiam subesse & ei, quod fit, & ei, quod mutatur. quæ igitur erit? vt Tex.15. alterabile, aut corpus, aut anima eli, sic id, quod fit, motus, aut generatio. ¶Et rursus aliquid, Tex.16. in quod mouentur. oportet enim quod aliquid sit huius ex hoc in hoc motus, & non motus, aut generatio. Simul autem & quomodo erit? non enim erit disciplinatio disciplinationis generatio. quare neque generationis, generatio, neque quædam cuiusdam. ¶Amplius, si tres species Tex.17. motus sunt, harum aliquam necesse est esse subiectam naturam, & ea, in quæ mouentur. vt necesse est loci mutationem alterari, aut serti. Omnino autem, quoniã mouetur omne, quod *Mutationis species.* mouetur, tripliciter, aut quia secundum accidens, aut quia pars aliqua, aut quia per se, secundum accidens solum continget mutari mutationem. vt, si is, qui sanatur, currat, aut discat. eam autem, quæ secundum accidens, dimisimus pridem. ¶Quoniam autem neque sub- Tex.18. stantiæ, neque ipsius ad aliquid, neque ipsius *In quot præ dicamentis sit motus* facere, & pati relinquitur secundum qualitatem, & quantitatem, & vbi motum esse solum. in vnoquoque enim horum est contrarietas. Motus igitur secundum qualitatem Alteratio sit. hoc enim inditum est commune nomen. Di eo autem qualitatem, non quæ in substantia: (etenim differentia qualitas est:) sed quæ passiua est secundum quam dicitur pati, aut impas- *Differitia qualitatis est.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sibile esse. Qui vero secundum quantitatem est, secundum commune quidem innominatus est: secundum autem vtrunque, Augmentatio, & Diminutio. is quidem, qui est in perfectam magnitudinem, augmentatio: qui vero ex hac, diminutio. Qui autem secundum locum, & secundum proprium, & secundum commune, innominatus est. vocetur autem Latio nomine communi. quanuis dicantur ferri hæc sola propriè, cum non in serpis sit, mutatibus locum, stans, & quæcunque non ipsa seipsa mouent secundum
Tex.19. locum. ¶ Quæ autem est in eadem forma mutatio in magis, & minus alteratio est. Quæ enim ex contrario est, in contrarium motus est, aut simpliciter, aut aliquo modo. In minus enim ierit, in contrarium dicetur mutari: in magis autem, vt ex cõtrario in seipsum. differentem nihil secundum quid mutari, aut simpliciter. eum aliquo modo oportet contraria esse. magis autem, & minus est ex eo, quia plus, aut minus contrarij inest, & non. Quod igitur his tres soli motus sint, ex his manifestum est.

Tex.20. ¶ Immobile autem est & quod omnino non
Immobile quot modis dicatur. potest moueri, sicut sonus est insensibilis. Et quod in multo tempore vix mouetur. Aut quod tarde incipit, quod dicitur ægre mobile. Et quod aptus natura est, potestque moueri, non mouetur autem tunc, cum aptum natura est, & vbi, & quomodo: quod quidem immobile solum quiescere voco. contraria enim quo motui est. quare priuatio erit susceptiui. Quid igitur est motus, & quid quies, & quot mutationes, & quales motus, & manifestum est ex dictis.

Summa

Summa Secunda, in qua agitur de Vnitate, & Pluralitate motus.

Caput Primum, in quo declarat quid sit Simul, quid Separatim, quid Tangere, quid Inter, quid Consequenter, quid Contiguum, & quid Continuum.

POst hæc autem dicamus quid est Tex.11.
Simul, & Separatim, & quid est Tangere, & quid est Inter, & quid Cõsequẽter, & quid Cõtiguum, & quid Continuum, & quibus vnumquodque horum inesse aptũ natura sit. ¶ Simul igitur dicuntur hæc esse se- Tex.12.
cundum locum, quæcũque in vno loco sunt primo. Separatim autem, quæcunque sunt in altero. Tangere autem, quorum extrema sunt simul. Inter vero, in quod prius aptum natura est pertransire id, quod mutatur, quàm in quod vltimum mutatur, secundum naturam continue mutationem patiens. in paucissimis autem est inter, tribus. vltimum enim est mutationis contrarium.

¶ Continue autem mouetur, quod nihil, aut Tex.13.
paucissimum intermittit rei, non temporis. nihil enim prohibet intermisisse, & statim etiam post primam sonuisse vltimam, sed rei, in qua mouetur. hoc autem & in iis, quæ sunt secundum locum, & in aliis mutationibus manifestum est.

¶ Contrarium autem secundum locum est Tex.14.
quod secundum rectam distat plurimum. minima autem finita est: mensura autem finitum.

¶ Consequenter autem est inter quod, post Tex.15.
primum solum, existens aut positione, aut natura, aut alio aliquo sic determinatum, nihil est eorum, quæ sunt in eodem genere, & id, ad

Simul, Separatim, Tangere, Inter, Tangere, & Inter.

Quid Continuum.

Quid Consequenter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod consequenter est: dico autem, vt ad lineam linea, vel linex, aut ad vnitatem vnitas, vel vnitates, aut ad domum domus: aliud autem nihil prohibet esse inter. Consequenter enim ad aliquid est consequenter, & posterius aliquid est, non enim vnum consequenter est ad duo, neque noua luna ad secundam consequenter est, ita hæc ad illa. ¶ Contiguum autem est quod, Tex.16. cum consequenter est, tangit. Quoniam autem *Quid Contiguum.* omnis mutatio in oppositis est, opposita autem sunt & contraria, & quæ secundum contradictionem sunt, contradictionis autem nihil est medium, manifestum est quòd in contrariis erit id, quod est Inter. Continuum autem est *Quid Continuum.* quidem quod contiguum quiddam est. dico autem esse Continuum, cum idem fiat, & vnum vtriusque terminus, quibus tangunt, &, vt significat nomen, continentur. hoc autem esse non Tex. 17. potest, si duo sint vltima. ¶ Hoc autem determinato, manifestum est quòd in iis est continuum, ex quibus vnum quid aptum natura est fieri secundum contactum. & vt demum sit continuum vnum, sic & totum vnum erit, vt aut clauo, aut glutine, aut tactu, aut insertu.

Tex.18. ¶ Manifestum autem est, & quòd primum est id, quod consequenter est. quod enim tangit necesse est consequenter esse, quod autem consequenter est, non omne tangere. quapropter & in prioribus ratione consequenter est, vt in numeris, tactus autem non est. Et, si quidem continuum est, necesse est tangere: si vero tangit nondum continuum est. non enim necesse est vnum esse ipsorum extrema, si simul sint: sed si vnum sunt, necesse est simul esse. quare vltima consitio secundum generationem est. necesse est

est enim tangere, si consita erunt extrema: ea vero, quæ tangunt, non omnia consita sunt. in quibus autem non est tactus, manifestum est quòd neque est consitio in his. ¶ Quare, si est punctũ, Tex.19. & vnitas, qualia dicunt separata, non possibile est vnitatem, & punctum esse idem. his enim ineſt tangere, vnitatibus autem consequenter. & inter hæc quidem contingit esse aliquid: omnis enim linea inter puncta est: inter illas autem non est necesse: nihil enim est inter dualitatem, & vnitatem. ¶ Quid igitur est simul, & separa- Tex.20. tim, & quid tangere, & quid inter, & quid consequenter, & quid contiguum, & quid continuum, & quibus vnũquodque horum ineſt, dictum est.

Caput Secundum. Quotupliciter dicatur Motus vnus: Et qui proprie vnus, quive plures.

VNus autem motus dicimur multipliciter. Tex.21. Vnum enim multipliciter dicimus. Genere igitur vnus est secundum figuras prædicamenti. latio enim omni lationi genere vnus est. alteratio autem à latione diuersus genere est. Specie autem vnus est, cum genere sit vnus, & in individua specie sit. vt coloris quidem sunt differentiæ. Igitur alius specie denigratio, & dealbatio. omnis igitur dealbatio omni dealbationi idem secundum speciem erit, & omnis denigratio denigrationi: albedini autem non amplius. quapropter specie vnus est dealbatio dealbationi omni. Si autem sunt quædam, quæ & genere simul, & species sunt, manifestum est quòd specie quodammodo vnus erit, simpliciter autem vnus specie non. vt disciplinatio, si scientia species quidem est existimationis, genus autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tex.32. scientiarum. ¶Dubitabit autem aliquis si vnus specie motus sit, cum ex eodem idem in idem mutetur. vt vnum punctum ex hoc loco in hunc locum iterum, atque iterum. Si autem hoc est, erit circunlatio rectæ lationi eadem, & voluntati ambulationi. ¶An determinatum est, si id, in quo est, alterum est specie, quòd diuersus motus est: circulare autem à recto alterum specie. genere igitur, & specie motus vnus sic est.

Tex.33. *Circulare à recto alterũ specie.*

Tex.34. *Tria sunt, circa quæ dicimus motum.*

¶Simpliciter autem vnus motus est, qui substantia vnus, & numero est. Quis autem huiusmodi sit manifestum erit diuidentibus. Tria enim sunt numero, circa quæ dicimus motum vnum, quod, & in quo, & quando. Dico autem quod, quoniam necesse est esse aliquid, quod mouetur, vt hominem, aut aurum. & in aliquo hoc moueri, vt in loco, aut in passione, & quando: in tempore enim omne mouetur.

In tempore omne mouetur.

Tex.35. *Quæ requiruntur ad vnitatẽ simpliciter.*

¶Horum autem genere quidem, aut species esse vnum est in re, in qua mouetur. contiguum autem erat in tempore. Simpliciter autem vnum esse in omnibus his est. Etenim in quo est, vnum oportet esse, & indiuisibile, vt formam. Et rursus ipsum quando, vt tempus vnum, & non intermittere. Et quod mouetur vnum esse, non secundum accidens, vt album nigrescere, & Coriscum ambulare. vnum autem est, & Coriscum, & album, sed secundum accidens. neq; commune. erit enim simul duos homines sanari secundum eandem sanationem, vt lippitudinis. sed non vnus hic est, sed specie vnus est. ¶Secundum autem secundum eandem quidem alterationem alterati specie, in alio autem tempore, & iterum in alio, si quidem contingit corruptum iterum vnum fieri numero, erit & hic vnus. si vero

vero non, idem quidem erit, vnus autem non.

¶Habet autem dubitationem huic similem, & verum vna sanitas, & omnino habitus, & passiones substantia sint in corporibus. moueri nanque videntur habentia. & fluere. Si igitur eadem, & vna sit mane, & nunc sanitas, cur non etiam, cum intermissam acceperit iterum sanitatem, & hæc, & illa vna numero erit?

Tex.37.

¶Eadem enim ratio erit. verum tantum interest, quòd, si duo idem hoc sunt, sicut numero vnus, & habitus esse necesse est. vnus enim numero actus vnius numero est. Si vero habitus vnus est, fortasse alicui non videbitur vnus & actus esse. cum enim cessauerit ambulans, non amplius est ambulatio: rursus autem ambulante erit. Si igitur vnus, & idem est, continget vnum, & idem & corrumpi, & esse sæpe. Hæ igitur dubitationes extra præsentem sunt cõsyderationem.

Tex.38.

¶Quoniam autem continuus omnis motus est, & simpliciter quidem vnum, & continuum esse necesse est, si omnis † quidem diuisibilis est. & si continuus, vnus. non enim fiet omnis continuus omni, sicut neq; aliud vllum cuiuis quod- † *a.l. quidã* libet, sed quorum vnum sunt vltima. vltima autem & *diuisibilium* aliquorum quidem non sunt, aliquorum autem *in est.* sunt, sed specie differentia, & æquiuoca. quomodo nanque tanget, aut vnum fiet vltimum lineæ, & ambulationis? ¶Contigui igitur erunt, & qui neq; idem specie, neque genere. postquàm enim cucurrit aliquis, statim febricitare potest. & velut lampas ex successione, latio est continua, continua autem non. ponitur enim continuum, quorum vltima vnum sunt. Quare conti- † *a.l. quia* gua, & consequenter sunt, † quia tempus conti- *tempus vnũ* nuum est, cõtinuum autem est, quia motus con- *est.*

Tex.39. *Motus omnis est continuus.*

Tex.40.

tinui sunt. hoc autem est, cum vnum vltimum
Tex.41. fuerit amborum. ¶Quapropter necesse est eun-
dem specie esse, & vnius, & in vno tempore sim-
pliciter continuum motum, & vnum. Tempore
quidem, vt non immobilitas interfit: in inter-
Relicta multi, & non vnus inter quos est qui. mittente enim quiescere necesse est. Multi igi-
tur, & non vnus motus, inter quos quies est.
quare, si aliquis motus statu intercipitur, neque
vnus est, neque continuus. intercipitur autem, si
in medio tempus est. Eius vero, qui in specie non
vnus est, nonnetsi non intermittitur tempus, tem-
pus enim vnum est: specie autē motus alius est.
motum enim vnum necesse est & specie vnum
esse: hunc autem simpliciter vnum esse non est
necesse. Quis igitur motus simpliciter vnus est,
Tex.42. dictum est. ¶Amplius autem dicitur vnus, &
perfectus, siue secundum genus, siue secundum
speciem, siue secundum substantiam sit, sicut &
in aliis perfectum, & totum ipsius vnius est. Id
autem quando, etsi imperfectus sit, vnus dicitur,
Tex.43. si solum sit continuus. ¶Amplius autem aliter
præter dictos, dicitur motus vnus, regularis. Ir-
regularis enim est quidem, vt nō videatur vnus,
sed magis regularis, vt rectus. irregularis enim
In omni motu est quod est regulari ter, aut nō. diuisibilis est. videtur autem differre, sicut ma-
gis; & minus. Est autem in omni motu quod re-
gulariter est, aut non. etenim alterabitur regula-
riter, & feretur super regulare, vt circulum, aut
Tex.44. rectam: & circa augmentationem similiter, &
Impossibile est regulariter esse motum nisi in regulari magnitudine. diminutionem. ¶Irregularitatis autē differen-
tia est aliquando quidem in quo mouetur. im-
possibile est enim regularem esse motum non
in regulari magnitudine. vt motus flectæ, aut
gyratiuæ, aut alius magnitudinis, quorū quoruis
ad quāuis partem minime coaptatur. Aliquando
autem

autem neque in vbi, neq; in quando, neque in eo,
ad quod, sed in ipso modo. velocitate enim, &
tarditate aliquando determinatur. cuius enim
eadem est velocitas, regularis est: cuius autem
non, irregularis. Quapropter neq; species motus,
neq; differentiæ, velocitas, & tarditas, quia om-
nes sequuntur differentes secundum speciem.
quare neque grauitas, neque leuitas, quæ ad idem
est, vt terræ, ad seipsam, aut ignis, ad seipsum.
¶Vnus igitur irregularis est, quā est cōtinuus. Tex.45.
minus autem, quod fractæ accidit lationi. id au- *Quod est minus, commissio semper contrarij est.*
tem, quod est minus, commistio semper contra-
rij est. Si autem omnem, vnum contingit, & re-
gularem esse, & non, non erunt & ipsi, qui non *per contrarij est.*
secundum speciem contigui sunt, vnus, & conti-
nuus, quomodo enim erit regularis motus ex al-
teratione compositus, & latione? oporteret enim
coaptari.

Summa Tertia de Contrarietate motuum, & quietum.

Caput Primum. Quis Motus cui motus opponatur.

AMplius autem determinādum est Tex.46.
qualis motus est cōtrarius motui,
& de quiete quoq; eodem modo.
Diuidendū est autem primo, vtrū
cōtrarius motus sit qui est ex eo-
dem ei, qui est in idem, vt qui est
ex sanitate ei, qui est in sanitatē, vt & generatio,
& corruptio videtur: Aut qui est ex contrariis, vt
qui est ex sanitate ei, qui est ex ægritudine: Aut
qui est in contraria, vt qui est in sanitatem ei, qui
est in ægritudinem. Aut qui est ex cōtrario ei, qui
est in contrarium, vt qui est ex sanitate ei, qui est
in ægritudinem: Aut qui est ex contrario in con-

trarium ei, qui est ex contrario in contrarium, vt qui est ex sanitate in ægritudinem ei, qui est ex ægritudine in sanitatem. necesse est enim aut vnum aliquem horum esse modorum, aut plures. non enim est aliter opponere. ¶Est autem qui ex contrario ei, qui est in contrarium, non contrarius, vt qui est ex sanitate ei, qui est in ægritudinem. idem enim, & vnus est, esse tamen non idem est ipsis. sicut non idem est ex sanitate mutari, & in ægritudinem. ¶Neque qui est ex contrario ei, qui est ex contrario. fortasse enim accidit ex contrario & in contrarium, aut in medium. verum de hoc quidem posterius dicemus. Sed magis in contrarium mutari videbitur causa esse contrarietatis, quàm ex contrario. hic enim discessio à contrarietate, ille vero acceptio. atq; dicitur vnusquisq; eo, in quod mutatur magis, quàm eo, ex quo. vt sanatio, qui in sanitatem, ægrotatio autem, qui in ægritudinem. Relinquitur igitur qui est in contraria, & qui ad contraria ex contrariis. Fortasse igitur accidit eos, qui in contraria, & ex contrariis esse, sibi ipsum esse forte non idem. dico autem qui est in sanitatem ei, qui est ex ægritudine, & qui ex sanitate ei, qui est in ægritudinem. ¶Quoniam autem differt mutatio à motu: (quæ enim est vt quodam subiecto in quoddam subiectum mutatio est motus:) qui est ex contrario in contrarium ei, qui ex contrario est in contrarium, motus contrarius est. vt qui ex sanitate in ægritudinem ei, qui est ex ægritudine in sanitatem.

Tex. 47.

Demonstratio fit à terminis ad quē, non à terminis à quo.

Tex. 48.

Tex. 49.

Motus qui proprie contrarij.

Tex. 50. ¶Manifestum est autem & ex inductione quæ illa videntur contraria esse. Ægrotare enim ipsi sanari, & discere ipsi decipi non per seipsum: contraria enim vt enim scientia, sic & decep-

tionem est & per seipsum consequi, & per aliud. Et ea, quæ sursum latio, ei, quæ est deorsum: contratia enim hæc sunt in longitudine. Et, quæ ad dextra, ei, quæ est ad sinistra: contraria enim hæc sunt in latitudine. Et quæ in ante, ei, quæ in retro: contraria enim hæc sunt in profunditate.

¶Quæ autem est in contrarium solum, non est motus, sed mutatio: vt fieri album non ex aliquo. Quibus autem non est aliquid contrarium, mutatio, quæ est ex ipso, ei, quæ est in ipsum, contraria est. quapropter generatio corruptioni contraria est, & abiectio acceptioni. hæ autem mutationes quidem sunt, motus autem non.

Tex. 51.

¶Qui autem ad medium motus sunt, quibuscunque contrariorum aliquid est medium, tanquam in contraria quodammodo ponendi sunt. nam vt contrario vtitur medio ipse motus, ad vtrauis fiat mutatio. vt ex fusco quidem in album, tanquam ex nigro, & ex albo in fuscum, tanquam in nigrum. ex nigro autem in fuscum, † tanquam in album. fuscum enim medium ad vtrunque dicitur quodammodo extremorum, sicut dictum est prius. Motus igitur omnis contrarius est sic, qui ex contrario in contrarium est ei, qui ex contrario in contrarium.

Tex. 52.

† *a. l. tanquam in album fuscū. medium enim ad vtrūque dicitur.*

Caput Secundum. Quæ Quies cui motui, & cui quieti opponatur.

QVoniam autem motui non solum videtur motus esse contrarius, sed & quies, hoc determinandū est. simpliciter enim contrarium est motus motui. Opponitur autem & quies: priuatio enim est. Est autem, vt & priua-

Tex. 51.

tio

tio contraria dicatur. qualis autem quali, vt ei qui est secundum locum, ea, quæ est secundum locum. sed hoc quidem nunc dicitur simpliciter vtrum enim ei, quæ est hic, quieti is, qui est ex hoc, aut qui est in hoc, motus opponitur.

Tex.54. ¶Manifestum est igitur quòd, quia in duobus motus subiectis est, huic quidem, qui ex hoc est in contrarium, ea, quæ est in hoc, quies huic autem, qui est ex contrario in hoc, ea, quæ in contrario. simul autem & inuicem contrariæ hæ sunt. etenim inconuenies est, si motus quidem contrarij sunt, quietes autem oppositæ non sint. sunt autem hæ, quæ in contrariis, vt quæ est in sanitate, ei, quæ est in ægritudine quieti: motus autem, qui ex sanitate in ægritudinem. ei autem qui est ex ægritudine in sanitatem, irrationabile est. is enim motus, qui ad ipsum est, in

†a.l.quã. quo stat, quietatio magis est, † quã accidit simul fieri cum motu. necesse autem est aut hanc, aut illam esse. non enim ea quidem, quæ est in albedine, quies contraria est ei quæ est in sanitate.

Tex.55. ¶Quibus autem non sunt contraria, horum mutatio quidem est opposita ea, quæ est ex ipso, ei, quæ est in ipsum. motus autem non est ea, quæ est ex ente, ei, quæ est in ens. Et quies quidem horum non est, immutabilitas autem est. &, si quidem aliquid erit subiectum, ea, quæ in ente est immutabilitas, ei, quæ est in non ente, contraria erit. Si vero non est aliquid, id quod non est, dubitabit aliquis cui contraria sit ea, quæ est in ente, immutabilitas, & an quies sit. si autem hoc est, aut non omnis quies mouens est contraria, aut generatio, & corruptio motus sunt. Manifestum ex igitur, quòd quies quidem non dicenda est, si non & hæ motus. similiter autem

tem aliquid est & immutabilitas: contraria autem est, aut nulli, aut ei, quæ est in non ente, aut corruptioni. hæc enim ex ipsa est, generatio autem in ipsam.

Caput Tertium. Proponuntur nonnullæ circa prædicta dubitationes, solutionesque.

DVbitabit autẽ aliquis, quare in mutatione Tex.56.
quidem secundum locum sunt, & secundũ naturam, & præter naturam & quietes, & motus, in aliis autem non. Vt alteratio, hæc quidem secundum naturam, illa vero præter naturam. nihil enim magis sanatio, quàm ægrotatio: secundum naturam, aut præter naturam, aut dealbatio, quàm denigratio. Similiter autem est & in augmentatione, & diminutione. neque enim hæ sunt inuicem contrariæ, vt secundum naturam, & præter naturam, neque augmentatio augmentationi. Et in generatione, & corruptione eadem ratio est. neque enim generatio quidem secundum naturam, corruptio autem præter naturam. senescere enim secundum naturam est. neque generationem videmus, aliam quidem secundum naturam, aliam vero præter naturam.

¶At, si est quod violentia fit, præter naturam, Tex.57.
& corruptio corruptioni contraria erit. ea, quæ est violenta, vt quæ præter naturam est, ei, quæ secundum naturam. Sunt igitur & generationes quædam violentæ, & non fato determinatæ, quibus contrariæ sunt eæ, quæ secundum naturam. Et augmentationes sunt violentæ, & diminutiones. vt augmentationes eorum, qui velociter propter alimẽtum pubescunt, & frumenta, quæ cito adolescunt, & non sunt constricta.

¶In

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tex.58. ¶In alteratione autē quo pacto? An simul fierent enim aliæ quidem violentæ, aliæ vero naturales, vt qui liberantur, alij non in iudicatoriis diebus, alij autem in iudicatoriis: illi quidem præter naturam alterantur, hi vero secundum naturam. Erunt ergo corruptiones contrariæ adinuicem, non generationi solum. Et quid prohibet? est enim vt sic. etenim, si hæc quidem suauis, illa vero tristis esset. Quare non simpliciter corruptioni corruptio contraria est, sed quatenus ipsarum hæc quidem huiusmodi, alia

Tex.59. vero talis est. ¶Omnino igitur contrarij motus, & quietes dicto modo sunt, vt quæ est sursum, ei, qui est deorsum. loci enim contrarietates hæ sunt, ferrtur autem ea quidem, quæ sursum est, latione, natura ignis, ea vero, quæ deorsum, terra: & contrariæ ipsorum lationes sunt. ignis autem sursum quidem natura, deorsum autem præter naturam. Et contrarius quidem motus est, qui est secundum naturam ipsius, eius

Tex.60. qui est præter naturam. ¶Et quietes etiam similiter. quæ namque est sursum quies ei, qui est de sursum in deorsum, motui contraria est. nā autem terræ illa quidem quies præter naturam, motus autem hic secundum naturam. Quare motui quies contraria est, quæ est præter naturam ei, qui est secundum naturam eiusdem. etenim motus eiusdem contrarius sic est. alter enim secundum naturam ipsorum erit, qui sursum, aut qui deorsum, alter autem præter naturam.

Tex.61. ¶Habet autē dubitationem, si est omnis quietis, quæ non semper est, generatio, & hæc ipsius state. eius igitur, quod præter naturam quiescit, vt terræ sursum, erit generatio. cū enim ferebatur sursum violentia, stabat, sed quod sem-

per videtur ferri velocius: quod autem violentia, contra. non factum ergo quiescens erit quiescens. † Amplius videtur ipsum state, pro- prie dici, aut omnino esse in eo, quod est secundum naturam in suum locum ferri, aut accidere simul. ¶Habet autem dubitationem, si contraria est quies, quæ est hic, ei, qui hinc est, motui. cum enim moueatur ex hoc, aut etiam habeat id, quod abiicitur, adhuc videtur habere id, quod abiicitur, priùs quàm quietare, si hæc quies contraria est ei, qui hinc est in contrarium, motui simul erunt contraria. An aliquo modo quiescit, si adhuc manet. omnino autem eius, quod mouetur, aliud quidem ibi, aliud autem est, in quod mouetur. quapropter & magis motus motui contrarius, quàm quies. ¶Et de motu quidem & quiete, quomodo vtrunque vnum est, & quæ quibus contraria sunt, dictum est. ¶Dubitabit autem quis & de ipso state, si & quicunque sunt præter naturam motus, his est quies opposita. si quidem igitur non, erit inconueniens. manet enim sed violentia. quare quiescens aliquid erit non sem per sine ficti. Sed palam quod erit. sicut enim mouetur præter naturam, & quiescit vtique aliquid præter naturam. ¶Quoniam autem est quibusdam motus secundum naturam, & præter naturam: puta ignis, qui sursum secundum naturam, qui autem deorsum præter naturam: vtrum hic contrarius, aut qui terræ? hæc enim feruntur secundum naturam deorsum. Aut palam quia ambo, sed non eodem modo, sed qui quidem secundum naturam est secundum naturam existentis: eius autem, qui ipsius, qui sursum, ignis ei, qui deorsum, vt secundum naturam existens præter naturam existenti. simi-

† a.l. Amplius videtur ipsum state, propriè dici, aut omnino esse in eo, quod est secundum naturam in suum locum ferri, aut accidere simul.

quod secundum naturam est quies.

dum naturam in proquietare

eū, qui præter naturā.

ter naturā.

aut omnino

quod est in

quies.

ferri, aut accidere.

Ignis, quod mouetur, a

sed ibi, aliud est in

quod manet

tur.

Tex.62.

Tex.63.

Tex.64.

Ista duo ter.

sequentes in

aliquibus

ab. Gra. nō

reperiuntur.

Tex.65.

liter autem & in mansionibus. Forte autem quieti motus aliquatenus opponitur. cum enim moueatur ex hoc, & abiiciat, adhuc videtur habere quòd abiiciatur. quare, si ipsa quies contraria ei, qui hinc in contrarium, motui, simul existent contraria, aut aliquatenus quiescit, si adhuc manet. omnino autem eius, quod mouetur, hoc quidem ibi, hoc autem in quod mutatur, propter quod magis motus motui contrarium, quàm quies. Quis quidem igitur motus simpliciter vnus, dictum est: & de motu quidem, & quiete quomodo vterque vnus, & qui contrarij quibus, dictum est.

*

ARIST.

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV LIBER SEXTVS.

SUMMÆ LIBRI.

Summa prima declarat motum non componi ex indiuisibilibus.

Summa secunda Motum non momento sed tempore mensurari: Similiter & quietem.

Summa tertia pertractat de diuisione motus.

Summa quarta de ordine partium motus.

Summa quinta confutat errores quosdam circa ipsum motum.

Summa prima caput primum. Nullum continuum ex indiuisibilibus componi.

SIt autem est continuum, & tangens & consequenter, vt definitum est prius, (continua quidem, quorum vltima sunt vnum: tangentia vero, quorum simul: consequenter autem, inter quæ nihil est eiusdem generis,) impossibile est ex indiuisibilibus esse aliquid continuum. vt lineam esse ex punctis: si linea quidem continuum est, punctum autem indiuisibile. neque enim vnum sunt vltima punctorum: non enim est hoc quidem vltimum, illud vero alia quædam pars ipsius indiuisibilis, neque simul sunt vltima. nõ enim

Tex. 1.

† *al. quoniam autẽ est continuũ, & quod tangitur.*

Continuum aliquod ex imparibus esse impossibile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Impartibile non est vltimum.

est vltimum vllum eius, quod impartibile est. alterum enim est vltimum, & id, cuius est vltimum.

Tex. 2. ¶ Amplius, necesse est aut continua esse puncta, aut tangentia se inuicem, ex quibus est continuum. eadem autem ratio est & in omnibus indiuisibilibus. Continua quidem non erunt propter dictam rationem. Tanget autem omne, aut totum totum, aut pars partem, aut totum pars. Quoniam autem impartibile est ipsum indiuisibile, necesse est totum tangere totum, totum autem, totum tangens, non erit continuum. continuum enim habet hanc quidem aliam, illam vero aliam partem, & diuiditur in

†a.l. diuisibiles. primâ legit Simp.

se † diuersas, & loco separatas. At vero neque cõsequenter erit punctus ad punctum, aut ipsum nunc ad nunc ipsum, vt ex his sit longitudo, aut tempus. consequenter enim sunt, inter quæ nihil est eiusdem generis, inter puncta autem semper est linea, & inter ipsa nunc tempus.

Tex. 3. ¶ Amplius autem diuideretur in indiuisibilia, si, ex quibus est † vtrunque, in ipsa diuiderentur. Vnumquidq; sed nullum est continuorum in impartibilia diuisibile, nullum autem aliud genus potest esse inter puncta, & inter ipsa nunc. si enim erit, manifestum est quòd aut diuisibile, aut indiuisibile erit: &, si diuisibile, aut in indiuisibilia, aut semper diuisibilia. hoc autem est continuum. Manifestum autem est quòd & omne continuum est diuisibile in semper diuisibilia. si enim in indiuisibilia diuidetur, erit indiuisibile indiuisibilia tangens. vnum enim est vltimum cuiuslibet rationis, quæ nisibile tangens. vnum enim est vltimum cuiuslibet nuorum, & tangunt.

†a.l. vnumquodque.

in ea diuisitur, ex quibus est.

Tex. 4.

Magnitudo, tempus, & motus. ex indiuisibilibus, vel in ea diuisa.

¶ Eiusdem autem rationis est & magnitudinem, & tempus, & motũ, ex indiuisibilibus componi, & diuidi in indiuisibilia, aut nullum.

¶ Manifestum est autem ex his. si enim magnitudo ex indiuisibilibus componitur, & motus, qui huius est, ex æqualibus motibus erit indiuisibilibus. Vt, si ipsa A B C ex ipsis A B C sit indiuisibilibus, & motus in quo D E F, quo motum est ipsum P, super dimensionẽ A B C, vnamquamque partem habet indiuisibilem.

Tex. 5.

¶ Si igitur, præsente motu, necesse est moueri quippiam: &, si mouetur quippiam, necesse est adesse motum, & moueri ipsum erit ex indiuisibilibus. Per A igitur motum est ipsum P, quo D motũ est motu, B vero, quo ipsum E, & ipsum C similiter, quo F. ¶ Si igitur necesse est id, quod mouetur alicunde aliquo, non simul moueri, & motũ esse, quo mouebatur, quando mouebatur: (vt, si Thebas quis it, impossibile est simul ire Thebas, & iusse Thebas:) per A igitur impartibile motũ est ipsum P, quatenus D moueras aderat. Quare, si posterius quidem transiuit, quàm transibat, diuisibile vtiq; † erit. cum enim transibat, neque quiescebat, neque transierat, sed in medio erat. Si autem simul transit, & transiuit, id quod proficiscitur, cum proficiscitur, profectum eò erit, & motum, quo mouetur.

Tex. 6.

Tex. 7.

†a.l. erit. A

¶ Si verò per totum A B C moueatur aliquid, & motus, quo mouetur, est D E F, per ipsum autem A impartibile nihil mouetur, sed motum est, erit vtique motus non ex motibus, sed ex momentis, & motum esse aliquid non motum. A enim transiuit non transiens. quare erit aliquid transisse nunquam transiens. hoc enim transiit, non transiens hoc.

Tex. 8.

κινησις ουκ εστι κινησις.

¶ Si igitur necesse est omne, aut quiescere, aut moueri, quiescit sane in vnoquo que eorum, quæ sunt A B C. quare erit aliquid, quod con-

Tex. 9.

tinue quieſcit ſimul, & mouetur. per totum enim A B C mouebatur, & quieſcebat ſecundum quamlibet partem, quare & per totum. Et, ſi indiuiſibilia quidem D E F motus ſunt, impoſſibile præſente, continget vtique non moueri, ſed quieſcere: ſin vero non ſunt motus, motum non

Tex.10. ex motibus eſſe. ¶Petinde autem neceſſe eſt atque longitudo, motuſque, indiuiſibile eſſe tempus, componique ex ipſis nunc, & his quidem indiuiſibilibus. ſi enim omnis diuiſibilis eſt, in minori autem tempore æque velox tranſibit minus, diuiſibile erit & tempus: ſi autem tempus diuiſibile eſt, in quo fertur aliquid per A, & A erit diuiſibile.

Caput Secundum, Ad diuiſionem magnitudinis ſequi diuiſionem temporis, & contra.

Tex.11. *Omnis magnitudo in magnitudines diuiſibilis eſt.* QVoniam autem omnis magnitudo in magnitudines diuiſibilis eſt: (oſtenſum enim eſt quod impoſſibile eſt ex indiuiſibus aliquod continuum eſſe: magnitudo autem omnis continua eſt:) neceſſe eſt velocius in æquali tempore maius, & in minori æquale, & in minori plus moueri: ſicut definamus quidam ipſum velocius. Sit enim ipſum, in quo A, eo in quo B velocius, quoniam igitur velocius eſt id, quod prius mutatur, in quo tempore ipſum A mutatum eſt ab ipſo C in ipſum D, veluti in tempore F G, in hoc, ipſum B nondum erit iuxta ipſum

Tex.12. D, ſed citra erit. quare inæquali tempore plus tranſit ipſum velocius. ¶At vero & in minori plus. In quo enim ipſum A fuit iuxta ipſum D, ipſum B tardius exiſtens erit iuxta E, ergo quoniam ipſum A iuxta ipſum D fuit toto tempore

tempore F G, iuxta ipſum H erit in minori ſito. & ſit in F K, ipſum igitur C H, quod tranſiuit ipſum A, maius eſt ipſo C F, tempus autem, quod eſt F K, minus eſt toto F G, quare in minori tranſibit maius. ¶Manifeſtum autem Tex.13. eſt ex his & quòd ipſum velocius in minore tempore tranſibit æquale. Quoniam enim maiorem in minori tranſit, quàm id, quod tardius eſt, ipſum autem ſecundum ſeipſum acceptum in pluri tempore maiorem minori, vt eam, quæ eſt L M, ea, quæ eſt L O, maius vtique erit tempus Q R, in quo L M tranſit, quàm tempus Q S, in quo lineam L O. quare, ſi tempus Q R minus eſt tempore Q Y, in quo id, quod tardius eſt, tranſit lineam L O, & tempus Q S minus erit eo, in quo Q Y. nam tempus Q R minus eſt: quod autem minore minus eſt, & ipſum minus eſt, quare in minori mouebitur per æquale.

¶Amplius autem, ſi omne neceſſe quidem Tex.14. eſt aut in æquali tempore, aut in minori, aut in pluri moueri, & id quidem, quod in pluri, tardius eſt: quod autem inæquali, æquè velox, velocius autem, neque æquè velox eſt, neque tardius, neque vtique inæquali, neque in pluri mouebitur ipſum velocius, relinquitur igitur in minori. quare neceſſe eſt æqualem magnitudinem in minori tempore tranſire, id quod velocius eſt. ¶Quoniam autem omnis Tex.15. quidem motus in tempore eſt, & in omni tempore poſſibile eſt moueri: omne autem, quod mouetur, poteſt & velocius moueri, & tardius: in omni tempore erit ipſum velocius moueri, & tardius. His autem exiſtentibus, neceſſe eſt & tempus continuum eſſe. Dico autem diui-

Omne quod mouetur potest & velocius mouerì.

Universidad de Deusto
Biblioteca

continuum id, quod est diuisibile in semper diuisibilia: tali enim supposito continuo necesse est continuum esse tempus.

Tex.16. ¶Quoniam enim ostensum est quòd velocius minori tempore transibit æquale, sit id quidem in quo A, velocius, id autem in quo B, tardius, & sit motum id, quod tardius est, per magnitudinem, in qua C D, in tempore F G. manifestum est igitur, quòd velocius in minori, quàm hoc mouebitur per eandem magnitudinem: & sit motum in tempore F H. Rursus autem, quoniam id, quod velocius est, in tempore F H transiuit totam lineam C D, ipsum tardius in eodem tempore minorem transibit. sit igitur in qua C K. Quoniam autem ipsum tardius, quod est B, in tempore F H ipsam C K transiuit, id, quod velocius est, in minori transibit. quare tempus diuidetur tempus F H. hoc autem diuiso, & magnitudo C K diuidetur secundum eandem rationem. si vero magnitudo, & tempus, & semper hoc erit, accipientibus post velocius tardius, & post tardius velocius, & eo, quod demonstratum est, vtentibus. diuidet enim id, quod est velocius, tempus, tardius autem longitudinem. si igitur semper quidem verum est conuerti, conuerso autem, semper fit diuisio, manifestum est quòd omne tempus continuum est.

¶Simul autem manifestum est quòd & magnitudo omnis continua est: eisdem enim, & æqualibus diuisionibus & tempus, & magnitudo diuiditur. Amplius autem & ex consuetudinibus dicimus manifestum est quòd, si tempus continuum est, quòd & magnitudo: si quidem in dimidio tempore dimidium transit, & simpli-

Tex.17.

Ad finem citer in minori minus. eædem nanque diuisiones tẽporis, & magnitudinis.

diuisiones tẽporis, & magnitudinis.

Caput Tertium. Finitum & Infinitum eodem pacto inuenire in magnitudine, & tempore.

EST si alterutrum infinitum est, & alterum, & vtrumque alterum, & alterum. vt, si extremis quidem infinitum est tempus, & longitudo extremum. si vero diuisione, & diuisione longitudo. si autem vtrisque tempus, vtrisque & † magnitudo. ¶Quapropter & Zenonis ratio falsum accipit, non esse possibile infinita pertransire, aut tangere infinita secundum vnumquodque finito in tempore. Dupliciter enim dicitur & longitudo, & tempus infinitum, & omnino omne continuum, aut secundum diuisionem, aut extremis. Infinita igitur secundum quantitatem non contingit tangere in tempore finito: quæ vero sunt infinita secundum diuisionem, contingit. etenim ipsum tẽpus sic inficitum est, quatenus infinito, & non finito accidit transire infinitum, & tangere infinita infinitis non finitis. Neque ergo infinitum potest in tempore finito transire, neque in infinito finitum: sed, si tempus quidem infinitum sit, & magnitudo erit infinita: & si magnitudo, & tempus.

Tex.18.

† *al. longitudo.*

Tex.19.

Zenonis ratio.

Continuum omne dupliciter infinitum.

¶Sit enim magnitudo finita, in qua A B, tempus autem infinitum, in quo C. accipiatur igitur temporis aliquid finitum, in quo C D. in hoc ergo transiit aliquid magnitudinis: & sit quod transitum est, in quo B E. hoc autem aut mensurabit id, in quo A D, aut deficiet, aut excedet. deficere enim nihil. Si enim semper æqualem ei, quæ est B E, magnitudinem in æquali tempore transibit: hoc autem mensurat totum: finitum

Tex.20.

erit omne tempus, in quo transiuit. in æqualia enim diuidetur, sicut & magnitudo.

Tex.21. ¶Amplius autem, si non omnem magnitudinem in infinito tempore transibit, sed contingit aliquam & in finito tempore transire, vt eam quæ est B E: hæc autem mensurabit totam, & æqualem in æquali transibit: quare finitum erit & tempus. Quod autem non in infinito transibit eam, quæ est B E, manifestum est, si accipiamus altera ex parte finitum tempus. si enim in minori partem transibit, hanc necesse est finitam esse, altero quidem termino existente.

Tex.22. ¶Eadem autem demonstratio est, etiam si longitudo quidem infinita sit, tempus autem finitum. Manifestum est igitur ex dictis quòd neque linea, neque planum, neque omnino continuorum vllum est indiuiduum, non solum propter id, quod nunc dictum est, sed & quia accidet diuidi indiuiduum.

Tex.23. *Velocius in æquali tempore maius spatium per transit.* ¶Quoniam enim in omni tempore velocius & tardius est, velocius autem plus transit in æquali tempore, contingit autem & duplum, & sesquialteram transire longitudinem. (erit enim hæc ratio velocis.) Feratur igitur id, quod velocius est per sesquialteram in eodem tempore & diuidantur magnitudines, ex quibus, quæ velociores sunt, in quo A B, B C, C D in tres impartibiles: quæ vero sunt tardioris, in duas in quibus E F, F G, itaque & tempus diuidetur in tria impartibilia. æqualem enim in æquali tempore transibit. Diuidatur igitur tempus in K L, L M, M N. Rursus autem quoniam tardius datum est per E F, F G, & tempus diuidetur in duas partes. diuidetur ergo id, quod indiuiduum & quod impartibile non in impartibili transibit, sed in plura. Manifestum est ergo quòd nullum est continuorum impartibile.

Summa Secunda. Motum non momento, sed tempore mensurari: simulter & Quietem.

Caput Primum. Ipsum Nunc indiuisibile esse.

Necesse autem est, & ipsum Nunc, quod non secundum alterum, sed per se, & primum dicitur, indiuisibile esse, & in omni tempore tale inesse. Est enim vltimũ quoddam præteriti, cuius versus hæc nihil futuri est: & rursus futuri, cuius versus illa nihil est præteriti: quod vtique diximus vtrorumque esse terminum. Tex.24.

¶Hoc autem, si demonstretur quod huiusmodi est per se, & idem, simul manifestum erit & quod indiuisibile est. Tex.25.

¶Necesse est † igitur idem esse ipsum nunc, quod vltimum vtrorumque temporum est. Si enim alterum est, consequenter non erit alterum alteri, propterea quòd continuum non est ex impartibilibus. si autem seorsum est vtrunque, inter ea erit tempus. omne enim continuum huiusmodi est, vt aliquid sit vnuocum inter ipsa. Ac vero si tẽpus medium est, diuisibile erit. omne enim tempus ostensum est quòd diuisibile sit. quare diuisibile erit ipsum nunc. Si autem diuisibile est ipsum nunc, erit aliquid præteriti in futuro, & futuri in præterito. secundum quod enim diuidetur, hoc terminabit præteritum, & futurum tempus. Tex.26. † *ad. antè.*

¶Simul autem, nec per se erit ipsum nunc, sed per alterum. diuisio enim non est ipsius, quod per se est. Ad hæc autem Tex.27.

ipsius nunc hoc quidem præteritum erit, illud autem futurum, & nō semper idem præteritum aut futurum. Neque igitur ipsum nūc idem simpliciter enim diuisibile est tempus.

Tex.28. ¶Quare si impossibile est hæc inesse ipsi nūc, necesse est idem esse quod in vtroque est nunc. At vero, si idem est, manifestum est quòd & indiuisibile est. si enim diuisibile est, tactus accident eadem, quæ & prius.

Caput Secundum. Quòd in ipso Nunc nihil mouetur, nec quiescat.

Tex.29. QVòd igitur sit aliquid in tempore indiuisibile, quod dicimus esse ipsum nunc, manifestum est ex iis, quæ dicta sunt. Quòd autem nihil in ipso nunc mouetur, ex his manifestum est. Si enim est, contingit & velocius moueri in ipso, & tardius. Sit igitur ipsum nunc, in quo N. moueatur autē in ipso id, quod velocius est, per lineam A B. ergo quod tardius est in eodem per minorem ea, quæ est A B, mouebitur, vt per A C. quoniam autem tardius in toto ipso nūc motū est per A C, velocius in minori quidam hoc, mouebitur. quare diuidetur ipsum nunc.

Tex.30. sed erat indiuisibile. non ergo est moueri in ipso nunc. ¶At vero neque quiescere. Quiescere enim dicebamus id, quod aptum est natura moueri, & non mouetur, quando aptum natura est & vbi, & quo pacto. quare, quoniam in ipso nunc nihil aptum est natura moueri, manifestum est, quòd neque quiescere.

Quid sit quiescere.

In ipso nunc nihil aptum est natura moueri, neque quiescere.

¶Amplius, si idem nunc in vtrisque temporibus est, contingit autem in hoc quidem moueri, in illo autē quiescere toto: id autem, quod

in toto mouetur tempore, in quouis mouebitur eorum, quæ huius sunt, secundum quod aptum est natura moueri, & quiescēs similiter quiescet, accidet idem simul quiescere, & moueri: idem enim vltimum temporum vtrorumque ipsum nunc est. Amplius autem quiescere quidem dicimus id, quod similiter se habet & ipsum, & partes nunc & prius: in ipso autem nunc non est prius: quare neque quiescere. Necesse est ergo & moueri id, quod mouetur, in tempore, & quiescere id, quod quiescit.

Summa Tertia. In ea agitur de Diuisione ipsius motus.

Caput Primum. Indiuisibile moueri non posse.

QVod autem mutatur omne diuisibile esse necesse est. Quoniam enim ex quodam in quoddam omnis mutatio est: &, cum quidem est in hoc, in quod mutatum est, non amplius mutatur: cum autem est in eo, ex quo mutatur, & ipsum, & partes omnes non mutantur: quod enim similiter se habet, & ipsum, & partes id nō mutatur: necesse est igitur, hoc quidem, aliquid eius, quod mutatur, in hoc esse, aliud vero in altero, neque enim in vtrisque, neque in neutro esse possibile est. Dico autem in quod mutatur primum secundum mutationem, vt, ex albo fuscum, non nigrum. non enim necesse est id, quod mutatur, in vtrouis esse extremorum. manifestum igitur est quòd omne id, quod mutatur, erit diuisibile.

Tex.32.

† a. l. a. d. in totum.

Capua

Caput Secundum. Quotupliciter dividatur ipse motus.

Tex.33. *Dupliciter esse motus divisionem, quo ad tē- pus & quo ad id, quod mouetur.*

MOtus autem est diuisibilis dupliciter. vno quidem modo tempore, alio vero secundum motus partium eius, quod mouetur. Vt, si ipsum AC mouetur totum, & AB mouebitur, & BC. Sit igitur ipsius quidem AB, motus DE, ipsius autem BC, EF motus partium. necesse est igitur totū, in quo DE, ipsius AC esse motum. mouebitur enim secundū hunc. quoniam enim vtraque partium mouetur secundum vtrunque: nihil †enim mouetur secundum alterius motum: quare totus motus totius est magnitudinis motus. ¶Amplius autem, si omnis quidem motus alicuius est, totus autem motus, in quo DF, neque partium est alterius: (partis enim vtrique est, neque vllius alius: cuius enim totus totius, & partes partium sunt: partes autem motus DF sunt partium ABC, & non aliarum: plurium enim non est vnus motus,) & totus vtriusque erit magnitudinis ABC.

†a l. autē.

Tex.34.

Tex.35. ¶Amplius autem, si est quidem totius motus alius, vt in quo HI, remouebuntur ab eo vtrarumque partium motus. hi autem æquales erunt motibus DE, EF. vnus enim vnius est motus. Quare, si totus quidem diuidetur, qui est HI, in partium motus, æqualis erit HI motui DF. Si vero supereſt aliquid, vt KI, hic nullius erit motus, neque enim totius, neque partium: propterea quòd vnius vnus est, neque alterius vllius: continuus enim motus est continuorum quorundam. Similiter autem est & si excedit secundum diuisionem. Quare, si hoc impossibile est, necesse est eundem esse & æqualem. Hæc igitur

tur diuisio secundum partium motus est, & necesse est cuiusuis partibilis ipsam esse.

¶Alia autem est secundum tempus. Nam, cū omnis motus in tempore sit: tempus autem omne diuisibile sit, in minori autem minor motus sit: necesse est omnem motum diuidi secundum tempus. Tex.36.

Caput Tertium. Easdem esse Divisiones ipsius temporis, ipsius motus, ipsius moueri, eius, quod mouetur, & eius, in quo fit motus.

QVoniam autem omne, quod mouetur, in aliquo mouetur, & tempore quodam, & totius eius, quod mouetur, est motus, necesse est easdem esse diuisiones & temporis, & motus, & ipsius moueri, & eius quod mouetur, & eius, in quo motus est. Verum non omnium similiter, in quibus motus est, sed quātitatis quidem secundum se, qualitatis autem secundum accidens. Accipiatur enim tempus, in quo mouetur, in quo A, & motus, in quo B. Si igitur secundum totum motum in toto tempore est motum, in dimidio secundum minorem. & rursus hoc diuiso secundum minorem hoc, & semper sic. Similiter autem & si motus diuisibilis, & tempus diuisibile. si enim toto in toto, dimidio in dimidio, & rursus minore in minore. Tex.37. *Necesse est eadem esse diuisiones tēporis, motus, ipsius moueri, eius quod mouetur. et eius, in quo est motus. Si motus diuisibilis, & tempus diuisibile.*

¶Eodem autem modo, & ipsum moueri diuidetur. Sit enim in quo C, ipsum moueri. secundum igitur dimidium motum minus erit toto, & rursus secundum dimidij dimidium, & sic semper. Est autem &, cum quis desinet, ipsum secundum vtrunque motum moueri, vt secundum DC, & CE, dicere quòd Tex.38. †a l. & si sic semper.

totum

Universidad de Deusto
Biblioteca

totum erit secundum totum. si enim aliud, plura erunt moueri secundum eundem motum, sicut determinauimus & motum diuisibilem in partium motus esse. accepto enim ipso mouente secundum vtrunque, continuum erit totum.

Tex.39. ¶ Similiter autem demonstrabitur & longitudo diuisibilis, & omnino omne illud, in quo est mutatio. Verum quædam secundum accidens, quoniam id, quod mutatur, est diuisibile: vno enim diuiso omnia diuidentur. & in hoc, quod ipsa finita esse, aut infinita, similiter se habebit in omnibus. Secutum est autem maxime hoc diuidi omnia, & infinita esse, ab eo, quod mutatur. statim enim inest ei, quod mutatur, diuisibile, & infinitum. diuisibile igitur ostensum est prius: infinitum autem in sequentibus erit manifestum.

Summa Quarta. In ea tractatur de Ordine partium motus.

Caput Primum. Non dari Primum, sed Vltimum motus.

Tex.40. *Quod mutatum est, quando primum mutatum est, necesse est esse in quo mutatum est.*

QVoniam autē omne, quod mouetur, ex quodā in quoddam mouetur, necesse est id, quod mutatur, esse, quando primū mutatū est, esse in quo mutatū est. quod enim mutatur ab eo, ex quo mutatur, dicitur, aut relinquit ipsum. & aut idē est mutari, & relinquere, aut relinquere sequitur mutari. sequitur autem mutatum esse. similiter enim vtrumque se habet ad vtrūque. ¶ Quoniam ergo vna mutationem, quæ secundum contradictionem

est, quando mutatum est ex eo, quod non est, in id, quod est, dereliquit id, quod non est. erit igitur in eo, quod est. omne enim necesse est aut esse, aut non esse. Manifestum igitur est quod in mutatione secundum contradictionem quod mutatum est erit in quo mutatum est. si autem in hac, & in alijs. similiter enim in vna, & in alijs. ¶ Amplius & per se vnamquanque accipientibus manifestum est. siquidem necesse est id, † quod est mutatum, esse alicubi, aut in aliquo. quoniam enim ex quo mutatum est relinquit, & necesse est esse alicubi, aut in hoc, aut in alio erit. Si igitur in alio, vt in ipso C, quod in ipsum B mutatum est, rursus ex ipso C mutatur in ipsum B. non enim erat contiguum ipsi B. mutatio enim continua est. quare quod mutatum est, quando mutatum est, mutatur in quod mutatum est. hoc autem est impossibile. necesse est ergo quod mutatum est esse in hoc, in quod mutatum est. ¶ Manifestum igitur est quòd id, quod factum est, cum factum est, erit: & id, quod coruptum est, non erit. nam & vniuersaliter dictum est de omni mutatione: & maxime est manifestum in ea, quæ est secundum contradictionem. Quòd igitur id, quod mutatum est, cum mutatum est primum, in illo est, manifestum est. ¶ In quo autem primo mutatum est id, quod mutatum est, necesse est impartibile esse. Dico autem primum, quòd non propter ea quòd alterum aliquid ipsius sit, huiusmodi est. Sit igitur diuisibile ipsum A C, & diuidatur secundum B, si igitur in A B mutatum est, aut rursus in B C, non vtique in primo, quod est A C, mutatum erit. si autem in vtroque mutabatur: necesse est enim aut mutatum esse, aut

Tex.41.

Tex.42. † *al. addit. ex quo mutatum est.*

Tex.43.

Tex.44.

mutari

Universidad de Deusto
Biblioteca

mutari in vtroque:) & in toto vtiq; mutabatur ac erat mutatum. Eadem ratio autem est, & si in hoc quidem mutatur, in hoc autem mutatum est. erit enim aliquid primo prius. quare nō est vtique diuisibile illud, in quo mutatum est.

Tex.45. *Omne genitum, & corruptum in impartibile genitum & corruptum est.*

¶Manifestum est igitur quòd & id, quod corruptum est, & quod genitum est, in impartibile. illud quidem corruptum, hoc autem genitum. Dicitur autem id, in quo primo mutatum est, dupliciter. Aliud quidem in quo primo perficitur est mutatio: tunc enim verū est dicere quòd mutatum est. Aliud vero, in quo primo cœpit mutari. ¶Quod igitur citra finem mutationis primum dicitur, existit, & est. contingit enim perfici mutationem. & est mutationis finis, quando iam & ostensus est indiuisibilis esse, propterea quòd finis est. quod autem secundum principium est, omnino non est non enim est principij mutationis, neque id temporis, in quo primo cœpit.

Id, in quo primoquidē est mutatum, bifariā dici.

Tex.46. *Dari sine. non principiū motus.*

batur. Sit enim primum, in quo A D, hoc igitur indiuisibile quidem non est. accidet enim contigua esse ipsa nunc. Amplius, si in C A tempore toto quieuerit (ponatur enim quieuerit) & in A quieuerit. Quare, si impartibile est A D, simul quieuerit, & mutatum erit. nam in A quieuerit.

Tex.47. in D autem mutatum est. ¶Quoniam autem non est impartibile, necesse est diuisibile esse. & in quauis partium huius mutatum esse. Diuisum enim ipso A D, si in neutra quidem mutatū est, neque in ipso toto. si vero in ambabus mutatum, & in toto: si autem in altera mutatum est, non in toto primo. quare necesse in quauis mutatum esse. manifestum igitur est quòd non est in primo mutatū est infinitæ enim diuisiones sunt.

Tex.48. ¶Neque igitur eius, quod mutatum est, aliquod primum

primum est, quod mutatum sit. Sit enim D F primum mutatum ipsius D E. omne enim quod mutatur, diuisibile esse demonstratum est. tempus autem, in quo ipsum D F mutatum est, sit in quo H L. si ergo in toto ipsum D F mutatum est, in dimidio minus erit id, quod mutatum est, & prius ipso D F, & rursus hoc aliud, & illo aliud, & semper sic. quare eius, quod mutatur, nihil erit primum, quod mutatum est.

¶Quòd igitur neqi eius, quod mutatur, neqi Tex.49.
in quo mutatur tempore, primum quicquam sit, manifestum est ex his, quæ dicta sunt. Illud autem, quod mutatur, aut id, secundum quod mutatur, non amplius similiter se habebit. Tria *Tria in mutatione.*
namque sunt, quæ esse dicuntur in mutatione, & quod mutatur, & in quo, & secundum quod mutatur. vt homo, & tempus, & album. homo igitur, & tempus diuisibilia sunt: de albo autem alia ratio est. verum secundum accidens quidem omnia diuisibilia sunt: cui enim accidit quale, aut album, illud diuisibile est. quoniam neque in his erit primum, quæ quidem secundum se dicuntur diuisibilia, & non secundum accidens, vt in magnitudinibus. Sit enim in quo A B, magnitudo, motum autem sit ex B in C primum, igitur, si in diuisibile quidem erit B C, impartibile impartibili erit contiguum. si vero diuisibile, erit aliquid ipso C prius, in quod mutatum est, & illo rursus aliud, & semper sic. propterea quòd nunquam deficit diuisio. quare nō erit primum, in quod mutatum est. Similiter autem est & in quanti mutatione. etenim hæc in continuo est. Manifestum igitur est, quòd in solo motu, qui secundum quale est, contingit indiuisibile per se esse.

Tex.50. *Omne, qđ mutatur, in tempore mutatur.*

Caput Secundum. Ea, quæ sunt in motu, ostendere.

QVoniam autem omne, quod mutatur, in tempore mutatur: dicitur autē in tempore mutari & vt in primo, & vt secūdum alterum, vt in anno, quia in die mutatur: in quo primo tempore mutatur id, quod mutatur, aut quauis huius parte necesse est. manifestum est igitur & ex definitione. primum enim

Tex.51. sic dicebamus. ¶ Sed & ex his manifestum est. Sit enim in quo primo mouetur id, quod mouetur in quo Y R, & diuidatur secundum K. omne enim tempus diuisibile est. in tempore igitur Y K aut mouetur, aut non mouetur: & rursus in tempore K R similiter. Si igitur in neutro mouetur, quiesceret vtique in toto. moueri enim id, quod in nulla partium huius mouetur, impossibile est. si vero in altera sola mouetur, non vtique in primo mouetur, quod est Y R. secūdum enim

Tex.52. alterum motus est. necesse est igitur in quouis ipsius Y R. motum esse. Hoc autem ostenso manifestum est quòd omne, quod mouetur, necesse est motum esse prius. Si enim in Y R. tempore primo magnitudo K L mota est, in dimidio, quod æque velociter mouetur, & simul cœpit, per dimidium erit motum. Si autē aliquid velox in eodem tempore motum sit aliquid, alterum necesse est per eandem motum esse magnitudinem. quare motum erit id, quod mouetur.

Tex.53. ¶ Amplius autē, si in toto tēpore Y R. motum esse dicimus, aut omnino, aut in quouis tempore, ex eo, quia accepimus vltimum ipsius nunc: hoc enim est id, quod terminat, & medium ipsorum nunc tempus est: & in aliis vero similiter

similiter dicetur motum esse. dimidij autem vltimum diuisio est. quare & in dimidio motum erit, & omnino in quauis partium. semper enim simul cum ipsa diuisione tempus est terminatum ab ipsis nunc. Si igitur omne quidem tempus diuisibile est: quod autem est inter ipsa nunc tempus est: omne, quod mutatur, infinities mutatum erit. ¶ Amplius autem, si id, quod con- Tex.54.
tinue mutatur, & neque corruptum est, neque cessauit à mutatione, aut mutari, aut mutatum esse necesse est in quouis: in ipso autem nunc non est mutari: necesse est mutatum esse secundum vnumquodque ipsorum nunc. quare, si ipsa nunc infinita sunt, omne, quod mutatur, infinite erit mutatum. ¶ Non solum autem id, quod Tex.55.
mutatur, necesse est mutatum esse, sed etiam mutatum necesse est mutari prius. omne enim quod ex quodam in quiddam mutatum est, in tempore mutatum est. Sit enim in ipso nunc, ex A in B mutatum. ergo in eodem quidem nunc, in quo est in ipso A, non mutatum est. simul enim erit in ipso A, & in ipso B. quod enim mutatum est, quando mutatum est, quòd non est in hoc ostensum est prius. si vero in alio est, in medio est tempore: non enim contigua sunt ipsa nunc.

¶ Quoniam igitur in tempore mutatum est, Tex.56.
tempus autem omne diuisibile, in dimidio aliud erit mutatum, & rursus in illius dimidio aliud, & semper sic. quare mutabatur vtique prius.

¶ Amplius autem in magnitudine manifestius est, quod dictum est, propterea quòd continua est magnitudo, in qua mutatur id, quod mutatur. Sit enim quippiam mutatum ex C in D. ergo, si indiuisibile quidem est ipsum C D, id, quod impartibile est, impartibili erit con-

tiguum, quoniam autem hoc impossibile est, necesse est magnitudinem esse id, quod est inter, & in infinita esse diuisibile. quare in illa mutatur prius. necesse est ergo omne, quod mutatum est, mutari prius. ¶ Eadem enim demonstratio est & in non continuis, vt & in contrariis, & in contradictione. Accipiemus enim tempus, in quo mutatum est, & rursus eadem dicemus. quare necesse est id, quod mutatum est, mutari, & quod mutatur, mutatum esse. & est ipso quidem mutari mutatum esse prius, ipso autem mutatum esse mutari, & nunquam accipietur primum. Causa autem huius est, non esse impartibile impartibili contiguum. in infinitum enim diuisio fit, vt in iis, quæ augentur, & diminuuntur lineis. ¶ Manifestum est igitur quòd & id, quod factum est, necesse est fieri prius, & quod fit factum esse, quæcunque diuisibilia, & continua sunt. non tamen semper id, quod fit, sed & aliud aliquando, vt illius aliquid, sicuti fundamentum domus. Similiter autem & in eo, quod corrumpitur, & eo, quod corruptum est, statim enim inest ei, quod fit, & quod corrumpitur, cum sit continuum, infinitum quoddam. & non est aut fieri non factum aliquid, aut factum esse quod non fit aliquid. similiter autem & in ipso corrumpi, & incorruptum esse, semper enim est ipso corrumpi corruptum esse prius, ipso autem corruptum esse corrumpi. Manifestum est igitur, quòd & id, quod factum est, necesse est fieri prius, & quod fit factum esse, omnis enim magnitudo, & omne tempus semper diuisibilia sunt. quare, in quocunque fit, non erit vtique, vt primo.

Tex.58.

Tex.59.

omne, quod fit, & quod factum est, simul esse primo.

Indiuisibilium, & continui.

Capvt

Caput Tertium. De finito, & Infinito in motu.

QVoniam autem omne id, quod mouetur, in tempore mouetur, & in pluri maior magnitudo, in infinito tempore impossibile est per finitam moueri nó eandem semper, & illius aliquid, quod mouetur, sed in toto totam. Quòd igitur, si quid moueatur æque velociter, necesse est finitum in finito moueri, manifestum est. accepta enim parte, quæ mensurabit totam, in tot æqualibus temporibus, quot partes sunt, per totam motum est. Quare, quoniam hæ finitæ sunt, & quanto vnaquæque, & numero omnes, & tempus vtique erit finitum. toties enim erit tantum, quantum partis tempus multiplicatum secundum multitudinem partium.

Tex.60.

¶ Sed & si non æque velociter, refert nihil. Sit enim in qua A, & B, spatium finitum, per quod motum sit in infinito tempore, & tempus infinitum, in quo CD. Si igitur necesse est prius per alterum altero motum esse: hoc autem manifestum est quod temporis in priori, & posteriori per alterum est motum: semper enim in pluri per alterum erit motum, siue æque velociter, siue non æque velociter mutetur, siue intendatur motus, siue remittatur, siue maneat, nihil minus. Accipiatur igitur spatij AB aliquid, quod sit AE, quod mensurabit. AB. Hoc itaque in aliquo infiniti absolutum est tempore. in infinito enim non est possibile. totum enim in infinito. Et rursus alterum, si cepero quantum est AE, necesse est in infinito tempore. totum enim in infinito: & sic accipiendo. Quoniam igitur infiniti quidem nulla pars est, quæ mensurer. impossibile enim est infinitum esse ex finitis, &

Tex.61.

Infiniti nulla pars est, qua mensu-

ret.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Infinitū im possibile est exfinitis, & æqualibus, & inæqualibus esse.

æqualibus, & inæqualibus, propterea quòd mensurabuntur quæ finita sunt multitudine, & magnitudine à quodam vno, siue æqualia sint, siue inæqualia, definita autem magnitudine nihil minus: spatium autē finitum quantis A E mensuratur: in finito tempore A ſi mouebitur. Similiter autem & in quiete. Quare neque fieri, neq; corrumpi possibile est semper aliquid vnum, &

Tex.62. idem. ¶Eadem autem ratio est & quòd neque in finito tempore per infinitum possibile est moueri, aut quiescere, siue regulariter moueatur, siue irregulariter. Accepta enim quadam parte, quæ metiatur totum tempus, in hac quantum aliquod pertransibit ipsius magnitudinis, & non totam, in toto enim totam, & rursus in æquali aliam, & in vnoquoque, similiter, siue æqualis sit, siue inæqualis ei, quæ est à principio. refert autem nihil, dummodo sit finitum quoddam vnaquæque. manifestum enim est quòd consumpto tempore infinitum non consumetur, finita ablatione facta, & per ipsum quàntum, & ipsum quoties. quare non transibit in tempore finito infinitum. nihilque refert magnitudinem, versus alteram, aut versus vtranque partem esse infinitam. eadem enim erit ratio.

Tex.63. ¶His autem demonstratis, manifestum est quòd neque finitam magnitudinem infinitum contingit transire in finito tempore propter eandem causam. in parte enim temporis finitam transibit, & in vnaquaque similiter æquam

Tex.64. in toto finitam. ¶Quoniam autem finitum non transibit infinitam infinito tempore, manifestum est quòd neque infinitum finitam. si enim infinitum finitam, necesse est & finitam transire infinitum. nihil enim refert vtrumuis esse

esse id, quod mouetur. vtroque enim modo finitum transibit infinitum. Cum enim moueatur infinitum, in quo est A, erit aliquid ipsius secundum B finitum, vt C D. & rursus aliud, & aliud, & semper sic. quare similiter accidet infinitum moueri per finitum, & finitum transisse infinitum. Neque enim fortassis possibile est aliter infinitum moueri per finitum, quàm quòd finitum transeat infinitum, aut latione vtendo, aut mouendo. quare, quoniam hoc impossibile est, non transibit infinitum finitum.

¶At verò neque infinitum in finito tempore Tex.65. transibit infinitum, si enim infinitum, & finitum. Ineſt enim infinito finitum. Amplius autem & tempore accepto eadem erit demonstratio. ¶Quoniam autem neque finitum in fi- Tex.66.
nitum transibit, neque infinitum finitum, †ne- † a *I. neque infinitum in finitum.*
que infinitum in finito tempore mouetur, manifestum est quòd neque motus erit infinitus in finito tempore. quid enim refert motum, aut magnitudinem, infinitum facere? necesse enim est, si vtrumuis, & alterum esse infinitum. omnis enim latio in loco est.

Caput Quartum. Eadem patio esse in eo, quod in Quietem tendit, & in Quiete, vt etiam in motu, quod scilicet non detur in eu Primum.

QVoniam autem omne aut mouetur, aut Tex.67.
quiescit, quod aptum natura est, quando aptum est, & vbi, & quo pacto, necesse est omne, quod fiat, cum fiat, moueri. si enim non mouetur, quiescet: sed non contingit vt ad quietem tendat quiescens. ¶Hoc autem demon- Tex.68.
strato manifestum est quòd & in tempore fiate

necesse est, quod enim mouetur, in tempore mouetur: quod autem stat ostensum est moueri: quare necesse est in tempore stare.

Tex.69. ¶Amplius autem, si velocius quidem, & tardius in tempore dicimus, stare autem est velo-
Tex.70. cius, & tardius. ¶In quo autem tempore primo id quod stat, stat, in quouis huius necesse est stare. diuiso enim tempore, si in neutra quidem partium stat, neque in toto: quare non vtique stat id, quod stat, si vero in altera non vtique in
†a.l.alterã primo toto stat. secundum enim † vtrunque in hoc stat, sicut dictum est, & in eo, quod mouetur, prius. Vt autem id, quod mouetur, non est in quo primo mouetur: sic neque in quo stat id,
Tex.71. quod stat. ¶Neque enim ipsius moueri, neque ipsius stare aliquid est primum. Sit enim in quo primo stat, in quo A B. hoc igitur impartibile quidem non contingit esse. motus enim non est in impartibili, propterea quòd motum est aliquid ipsius: quod autem stat, demonstratum est moueri. At vero, si diuisibile est, in quauis partium ipsius stat. hoc enim ostensum est prius. quòd in quo stat primo, in quauis parte illius stat. Quoniam ergo tempus est, in quo primo stat, & non impartibile: omne autem tempus in infinita diuisibile: non est in quo primo statur.

Tex.72. ¶† Neque igitur quiescens, quando primum
† Neque quiescit, est. in impartibili enim non quiescit. quies, neq; propterea quòd non est motus in impartibili. motus in eo autem est ipsum quiescere, & ipsum mo-
impartibili. ueri. tunc enim dicimus quiescere, quando, & in quo aptum natura est moueri non mouetur id, quod aptum natura est.

Tex.73. ¶Amplius autem & tunc dicimus quiescere, cum similiter se habet nunc, & prius, tanquam non

non vno quodam diiudicantes, sed duobus minimis. quare non erit in quo quiescit, impartibile. Si vero partibile est, tempus vtique erit, & in quauis ipsius partium quiescet. eodé enim modo demonstrabitur, quo & in prioribus. quare nihil primum erit. † hæc autem causa † a.l.huius est, quia quiescit quidem, & mouetur omne in ANTEM. tempore. tempus autem non est primum, neque magnitudo, neque omnino vllum continuum: omne enim in infinita partibile est.

¶Quoniam autem omne, quod mouetur, in Tex.74. tempore mouetur, & ex quodam in quoddam mutatur, in quo tempore mouetur secundum se, & non quia in illius aliquo, impossibile est tunc secundum aliquid esse primum quod mouetur: quiescere enim est in eodem esse, tempore aliquo & ipsum, & partium vnamquanque. sic enim dicimus quiescere, quando in alio, & alio nunc verum sit dicere quòd in eodem & ipsum, & partes sunt. Si autem hoc est quiescere, non contingit id, quod mutatur, secundum aliquid esse totum secundum primum tempus. tempus enim omne diuisibile est. quare in alia, & alia ipsius parte verum erit dicere quòd in eodem sit & ipsum, & partes. Si vero non sic est, sed vno solo nunc est, non erit tempore vllo secundum aliquid, sed secundum terminum temporis. in ipso autem nunc est quidem semper secundum aliquid manens, non tamen quiescit. neque enim moueri, neque quiescere est in ipso Neque mo- nunc: sed non moueri quidem verum est in ipso ueri, neque nunc, & esse secundum aliquid, in tempore autē quiescere est non contingit esse, secundum quod quiescit. ac- in ipso nunc. cidere enim id, quod sertur quiescere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Summa Quinta. Confutat errores quosdam circa ipsum motum.

Caput Primum. Soluit rationes Zenonis, motum auferentes.

Tex.75. ZEno autē male ratiocinatur. Si enim semper (inquit) quiescit omne, aut mouetur, cum est secundum æquale: est autem semper id, quod fertur, in ipso nunc secundum æquale: immobilem eam esse sagittam, quæ fertur.

Tex.76. ¶Hoc autem falsum est. non enim componitur tempus ex ipsis nunc indiuisibilibus, sicut

Tex.77. nec alia magnitudo vlla. ¶Quamor autem *Zenonis pri ma ratio.* sunt rationes de motu Zenonis, præbentes difficultatem soluentibus. Prima quidem est ea, quæ de ipso non moueri est, propterea quòd prius ad medium oportet peruenire id, quod fertur, quàm ad finem: de qua diuisimus in prioribus ra-

Tex.78. tionibus. ¶Secunda autem ea, quæ vocatur *Secunda ratio.* Achilles. Est autem hæc, quòd tardius nunquam apprehendetur currens à velocissimo. ante enim necesse est eat persequens, vnde impetum capit fugiens. quare semper aliquo id, quod tardius est, antecedere necesse est.

Tex.79. ¶Est autē & hæc ratio eadem illi, quæ in duo æqualia fit sectioni: differt autem in diuidendo non in duo acceptam magnitudinem. Non attingi igitur tardius accidit ex ratione. fit autem propter idem cum bipartitione. in vtrisq; enim accidit non peruenire ad terminum, diuisa quodammodo magnitudine. Sed additur in hac, quòd neque velocissimum tragice dictum, in persequendo tardius. quare necesse est solutionem

nem esse eandem. Putare autem quòd præcedens non attingitur, falsum est. cum enim præcedit, non attingitur: sed tamen attingetur, si opporteat transire finitum. hæ igitur sunt rationes duæ.

¶Tertia autem, quæ nunc dicta est, quòd sa- Tex.80. gitta, quæ fertur, stat. Accidit autem propterea *Tertia ratio.* quòd sumit tempus compositi ex ipsis nunc. non vero dato enim hoc non erit syllogismus.

¶Quarta autē ea, quæ de his est, quæ in stadio Tex.81. mouentur econtrario æqualibus magnitudini- *Quarta ratio.* bus iuxta æquales, his quidem à fine stadij, illis à medio æquali velocitate. in quo accidere putat æquale esse tempus dimidium duplo.

¶Est autem deceptio in eo, quòd hoc quidem Tex.82. iuxta quod mouetur, illud autem iuxta id, quod quiescit, per æqualem magnitudinem censet æquali velocitate æquali tempore ferri. hoc autem falsum est. Vt sint stantes æquales magnitudines, in quibus ipsa A A A A, aliæ autem, in quibus ipsa B B B B, incipientes à medio ipsorum A, æquales secundum numerum his, & magnitudinem, aliæ autem, in quibus ipsa C C C C, ab vltimo, æquales his numero, & magnitudine, & æque veloces ipsis B. Accidit igitur primum B simul in vltimo esse, & primum C, eo igitur ipsum C iuxta omnia ipsa A transisse, ipsa autem B iuxta dimidium ipsorum. quare & medium esse tempus. æquali enim vtrunque est iuxta vnumquodque. Simul autem accidit ipsa B iuxta omnia C transisse. simul enim erit primum C, & primum B in contra vnumquodque ipsorum B, quanto circa vnumquodque ipsorum A, vt inquit, propterea

ptetea quòd vtraque æquali tempore iuxta ipsa A fiunt. Ratio igitur hæc est, accidit autem eò id, quod dictum est, falsum.

Tex.83. ¶At vero secundum eam, quæ in contradictione est, mutationem, nihil nobis impossibile, vt, si ex non albo in album mutatur, & in neutro est, sic vtique, neque album est, neque non album. non enim, si non totum in vtroque sit, non dicetur album, aut non album. albo enim dicimus, aut non album, non quia totum sit huiusmodi, sed quia plurimæ, aut maximæ partes. non idem autem est & non esse in hoc, & non esse in hoc totum. Similiter autem & in eo, quod est, & in eo, quod non est, & in aliis, quæ secundum contradictionem sunt, † etit. non enim ex necessitate in alterum oppositorum, in neutro autem totum semper.

Alibi, aut nõ albũ dicimus, nõ quia totũ sit huiusmodi. sed quia plurima, aut maxime præsunt partes.

† add. erit enim ex necessitate.

¶Rursus in circulo, & in sphæra, & omnino Tex.84. iis, quæ in seipsis mouentur, quoniam accidet ipsa quiescere, in eodem enim loco secundum tempus quoddam erunt & ipsa, & partes, quare quiescent simul, & mouebuntur.

Tex.85. ¶Primo namque partes non sunt in eodem vllo tempore. Deinde & totum semper mutatur in alterum. non enim eadem est ea, quæ ipso A sumitur, circunferentia, & ea, quæ ab ipso B, & quæ ab ipso C, & aliorum vnoquoque signorum, nisi vt musicus homo & homo, quia accidit, quare mutatur semper altera in alteram, & nunquam quiescet. Eodem autem modo & in sphæra, & aliis, quæ in seipsis mouentur.

Caput

Caput Secundum. Excidit errorem, quòd Impartibile moueatur.

Demonstratis autem his, dicimus quòd id, Tex.86.
quod impartibile est, non contingit moueri, nisi secundum accidens, vt corpore moto, aut magnitudine, in qua est: sicuti si id, quod in naui est, moueatur nauis motu, aut pars totius motu. Impartibile autem dico id, quod est secundum quantum indiuisibile. etenim partium motus alteri sunt, & secundum ipsas partes, & secundum totius motum. Videtur autem aliquis, & in sphæra maxime, differentiam. non enim eadem velocitas erit & partium, quæ sunt iuxta centrum, & quæ extra, & totius, tamquam non vno existente motu. Vt igitur diximus, sic quidem contingit moueri id, quod impartibile est, vt is, qui in naui sedet, naui currente, per se autem non contingit.

¶Mutetur enim ex AB, in BC, siue ex ma- Tex.87.
gnitudine in magnitudinem, siue ex forma in formam, siue secundum contradictionem. tempus autem sit, in quo primo mutatur, in quo D. Ergo necesse est ipsum eo, quo mutatur, tempore, aut in AB esse, aut in BC. aut aliud quidem quid huius in hoc, aliud autem quid in alterò. omne enim, quod mutatur, sic se habebat. In vtroque igitur non erit aliquid ipsius: partibile enim erit. At vero neque in BC. mutatum enim erit: supponitur autem mutari. Relinquitur igitur ipsum in AB esse eo, quo mutatur, tempore, quiescet ergo. in eodem enim esse tempore quodam quiescere est.

Vide contr. Zimara.

¶Quare non contingit id, quod impartibile Tex.88.
est, moueri, aut omnino mutari. Vnice enim

hoc

hoc pacto esset ipsius motus, si tempus esset ex ipsis nunc, semper enim in ipso nunc motum esset, & mutatum, vt moueatur quidem nunquam, motum autem sit semper. Hoc autem quòd impossibile sit demonstratum est & prius. neque enim ex ipsis nunc est tempus, neque ex † mutatio. nea ex punctis, neque motus ex † momentis est. nihil enim aliud facit hoc dicens, quàm motum ex impartibilibus. sicut si tempus ex ipsis nunc, aut magnitudinem ex punctis.

Tex.89. ¶ Amplius autem & ex his manifestum est quòd neque punctum, neque aliud indiuisibile vllum contingit moueri. Omne enim, quod mouetur, impossibile est per maius moueri ſ. quàm prius, quàm aut per æquale, aut minus. si autem hoc, manifestum est quòd & punctum per minus, aut æquale mouebitur primum, quoniam autem indiuisibile est, impossibile est minus moueri prius: per æquale ergo sibi ipsi, quare erit linea ex punctis. semper enim cum per æquale mouetur, omnem lineam punctum transibit: si autem hoc impossibile est, & mouetur indiuisibile impossibile est.

Tex.90. ¶ Amplius autem, si omne in tempore mouetur in ipso autem nunc nihil, omne autem diuisibile tempus est, erit aliquod tempus minus quouis eorum, quæ mouentur, in quo mouetur per tantum, quantum ipsum est. Hoc igitur erit tempus, in quo mouetur, propterea quòd omne in tempore mouetur, tempus autem omne diuisibile esse demonstratum est prius. Si ergo punctum mouetur, aliquod erit tempus minus in quo ipsum motum est, sed impossibile est. in minori enim per minus necesse est motum esse, quare erit diuisibile id, quod indiuisibile erat motum.

minus, sicuti & tempus in tempus. vnico enim modo moueretur id, quod impartibile est, & indiuisibile, si esset in ipso nunc impartibili moueri possibile: eiusdem enim rationis est in ipso nunc moueri, & in diuisibile quid moueri.

Caput Tertium. Nullam magnitudinem esse infinitam.

MVtatio autem nulla est infinita, omnis enim est ex quodam in quiddam, & ea, quæ est in contradictione, & quæ est in contrariis. Quare earum, quæ secundum contradictionem sunt, affirmatio, & negatio terminus est. vt generationis quidem id, quod est: corruptionis vero id, quod non est. Earum autem, quæ sunt in contrariis, ipsa contraria. hæc enim sunt extrema mutationis. quare & alterationis omnis: ex contrariis enim quibusdam est alteratio. Similiter autem & augmentationis, & diminutionis. augmentationis enim terminus est qui secundum naturam propriam est perfectæ magnitudinis: diminutionis vero, huius remotio. Tex.91. *Terminum augmenti quo.*

¶ Latio autem sic quidem non erit finita, non enim omnis in contrariis est. Sed, quoniam impossibile est diuisum esse sic ex eo, quia non contingit esse diuisum: (multiplicitet enim dicetur impossibiliter:) diuidi non contingit id, quod sic impossibile est diuidi, nec omnino quod impossibile est fieri, fieri: neque quod mutari impossibile est, continget vtique mutari in id, quod possibile est mutari. Tex.92.

Si ergo id, quod fertur, mutetur in aliquid, & possibile erit mutari. quare non est infinitus motus, neque feretur infinito motu. impossibile enim

le enim est transire illum. Quòd igitur sic non est infinita mutatio, vt non finiatur terminis, manifestum est.

Tex.94. ¶ Sed, si esse possit sic, vt tempore sit infinita, vna, & eadem existens, consyderandum est. Nam vna, quidem, si non fiat, nihil forsitsis prohibet. vt si post lationem alteratio sit, & post alterationem augmentatio, & rursus generatio: sic enim semper quidem erit tempore motus, sed non vnus, propterea quòd non est vnus ex omnibus. Vt autem fiat vnus, non contingit infinitum esse tempore, præter vnum. hic autem est vnus, ipsa circulatis latio.

ARIST.

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV LIBER SEPTIMVS.

SVMMÆ LIBRI.

Summa prima declarat omne quod mouetur habere motorem.

Summa secunda probat, omnia mota in loco reduci ad primum, quod mouetur, quòd à motore qui est in ipso, mouetur, nec esse processum in infinitum in mouentibus, & motis.

Summa tertia ostendit primum mouens simul etiam cum eo, quod ab eo mouetur.

Summa quarta quærit vtrum omnis motus habeat cum omni motu comparationem.

OMne, quod mouetur, necesse Tex.1.
est ab aliquo moueri. si †igi- † *al. enim.*
tur in seipso non habet principium motus, manifestum est quòd ab altero mouetur. si autem in seipso, accipiatur in ex eo, quia partium huius aliqua mouetur. quo A B, quod moueatur, non Primum igitur opinari A B à seipso moueri, propterea quòd totum mouetur, & à nullo extremorum, simile est, ac si quis ipso D E mouente ipsum E F, & illo moto opinetur D E F à seipso moueri. propterea quòd nõ inuetur vtrum ab vtro moueatur: vtrum D E ab E F, an E F

Tex.2. ab ipso D E. ¶Amplius id, quod à seipso mouetur, nunquam cessabit moueri, proyecta quod aliquid aliud stetit, quod mouebatur. Necesse est ergo, si quid desinat moueri eò, quòd aliud aliquid stetit, hoc ab altero moueri. hoc autem cum manifestum factum sit, necesse est omne, quod mouetur, moueri ab aliquo. Quoniam enim acceptum est A B moueri, diuisibile erit omne enim, quod mouetur, diuisibile est. diuidatur igitur in C. necesse est igitur, B C quiescente, quiescere & A B. si enim non, acciperetur moueri. B C igitur quiescente, mouebitur vtique A C. non ergo mouetur per se A B. sed supponebatur, per seipsum moueri primum. manifestum est igitur quòd C B quiescente, quiescet & B A, & nunc desinet moueri, sed, si quid ex eo, quia aliud quieuit, stat, & cessat moueri, hoc ab altero mouetur. manifestum est igitur quòd omne, quod mouetur, ab aliquo mouetur. diuisibile enim est omne, quod mouetur: & parte quiescente, quiescet totum.

Summa Secunda. Omnia mota in loco reduci ad primum, quod mouetur, quod à motore quo est in eo, mouetur nec esse processum in infinitum, in mouentibus, & motis.

Tex.3. QVoniam autem omne, quod mouetur, ab aliquo mouetur, necesse est & omne, quod mouetur in loco, moueri ab alio. & id igitur, quod mouet, ab altero, quoniam & ipsum mouetur, & rursus hoc ab altero. nō autē in infinitū abibit, sed stabit aliquo, & erit aliquid, quod primo causa erit motus.

¶Si enim non, sed in infinitum procedat, sit A Tex.4. quidem id, quod ab ipso B mouetur, B vero ab ipso C, C autem ab ipso D, atque hoc igitur modo in infinitum procedat. quoniam ergo simul & ipsum mouens mouetur, manifestum est, quòd simul mouebitur & A, & B. cum enim mouetur ipsum B, mouebitur & A, & cum mouetur B, & ipsum C, & cum C, ipsum D. erit igitur simul & motus ipsius A, & ipsius B, & ipsius C, & reliquorum cuiusque. & accipere igitur vnumquodque ipsorum poterimus. etenim, si vnumquodque ab vnoquoque mouetur, non minus vnus numero est cuiusque motus, & non infinitus extremis. quoniam quod mouetur, omne ex quodam in quiddam mouetur. ¶ Aut enim numero accidit eundem Tex.5. esse motum, aut genere, aut specie. Numero igitur dico eundem motum, qui ex eodem in idem numero in eodem tempore numero sit. vt ex hoc albo, quod est vnum numero, in hoc nigrum secundum hoc tempus, quod est vnum numero. si enim secundum aliud, non amplius vnus erit numero, sed specie. Genere autem idem est motus, qui in eodem prædicamento subsistentiæ, vel alterius generis est. Specie autem, qui est ex eodem specie in idem specie: vt ex albo in nigrum, aut ex bono in malum. hæc autem dicta sunt & in prioribus.

¶Accipiatur igitur motus ipsius A, & sit in Tex.6. quo E, & ipsius B, in quo F, & ipsius C, & D, in quo G, & H, & tempus, in quo moueatur A, sit K: determinato autem motu ipsius A, determinatum erit & tempus, & non infinitum, quod est K: sed in eodem tempore mouebatur A, & B, & reliquorum vnumquodque. accidit ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

motum EFGH, infinitum existentem, in tempore finito moueri, quod est K. in quo enim A mouebatur, & quæ post A consequenter sunt, omnia mouebantur infinita existentia, quæ in eodem mouentur. etenim, aut æqualis erit motus ipsius A motui ipsius B, aut maior. relinquitur autem nihil. prorsus enim infinito motui in tempore finito accidit moueri. hoc autem impossibile est.

Tex.7. ¶Sic igitur videbitur demonstratū id, quod ab initio diximus: non tamen demonstratur, propterea quòd nullum inconueniens accidit. contingit enim in tempore finito infinitum motum esse, non autem eundem, sed alterum, & alterum, multis motis, & infinitis. quod quidem accidit & in iis, quæ nunc diximus.

Tex.8. ¶Sed, si id, quod mouetur primo secundum locum, & corporali motu, necesse est tangere, aut continuum esse mouenti, vt videmus in omnibus hoc contingere. erit ex omnibus vnum ipsum totum, aut continuum. Hoc igitur possibile accipiatur, & sit magnitudo quidem, aut continuum, in quo ABCD. huius autem motus EFGH. refert autem nihil finita sit, an infinita. similiter enim in tempore finito K mouebitur, aut finita, aut infinita. horum autem vtrunque impossibile est.

Tex.9. ¶Manifestum est igitur quòd stabit aliquando, & non in infinitum abibit quod semper altero, sed erit aliquid, quod primum mouebit. Nihil autem referat, supposito quodam, hoc demonstrari. eo enim quod esse potest, posito nullum inconueniens oportebat accidere. primum autem mouens, non vtrid, cuius causa, sed vnde principium motus est, simul cum eo est quod mouetur. Simul autem dico, quia nihil inter

Eo, quod esse potest, posito, nullum inconueniēs oportebat accidere.

ipsa est. hoc enim commune est in omni, quod mouetur, & quod mouet.

Summa Tertia. Primum mouens simul esse cum eo, quod ab eo mouetur. Incipit autem propriè in textu superiori. ibi, Primum autem.

QVoniam autem tres sunt motus, & is, qui secundum locum, & qui secundum quale, & qui secundū quantum, necesse est & ea, quæ mouentur, tria esse, qui quidem est secundum locū, Latio: qui vero secundum quale, Alteratio: qui vero secundum quantum, Augmentatio, & Diminutio. Primum igitur de latione dicamus: hæc enim primus motuum est. Omne itaque, quod fertur, aut ipsum à seipso mouetur, aut ab altero. Si igitur à seipso, manifestum est quòd, cum in ipso mouens sit, simul erit mouens, & quod mouetur, atque nihil inter ipsa erit. Quod autem ab alio mouetur, quadrifariam mouetur. motus enim ab altero quatuor sunt, Pulsio, Tractio, Vectio, Vertigo. etenim alios omnes ad hos reduci congruum est. Pulsionis igitur alia quidem est impulsio, alia vero expulsio. Impulsio igitur est, cum mouens, id, quod mouetur, non relinquit. Expulsio vero, quando expellens relinquit. Vectio autem in tribus erit motibus. nam quod vehitur, non secundum se mouetur, sed secundum accidens. ex eo enim mouetur, quia in eo, quod mouetur, est, aut supra id, quod mouetur. id autē, quod vehit, mouetur aut pulsum, aut tractum, aut vertisse actum. manifestum est igitur quòd vectio

Tex.10. *Motus triplex.*

Latio primus est motuum.

Motus ab alio quadriplex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in tribus erit motibus. Tractio autem, aut eius ad seipsum, aut ad alterum velocior est motus trahentis, non separatus à motu eius, quod trahitur. etenim ad seipsum est tractio, & ad alterum. Et reliquæ etiam tractiones eadem specie ad has reducentur, vt Inspiratio, & Expiratio, & Spuratio, & quæcunque corporum excretiones aut receptiuæ sunt, & Spathatio etiam, & Rediatio. horum enim aliud quidem congregatio est, aliud vero disgregatio: & omnis itaque motus secundum locum congregatio, & disgregatio est. Vertigo autem componitur ex tractione, & pulsione. id enim quod mouet, pellit hoc trahit autem illud. Manifestum igitur est quòd si simul pellens, & trahens est eum eo, quod pellitur, & eo, quod trahitur, nihil est medium inter id, quod mouet, & id, quod mouetur. Hoc autem manifestum est † ex dictis. nam passio aut à seipso, aut ab alio ad aliud motus est: Tractio autem ab alio ad seipsum, aut ad aliud. Ad hæc autem Compulsio, & Depulsio. Protractio autem, quando velocior motus sit eo, qui est secundum naturam eius, quod fertur, vehementiore facta pulsione, & eousque facta accidit fieri, quousque vehementior sit motus eius, quod fertur. Manifestum est igitur quòd id, quod mouetur, & mouens simul sunt, & nihil inter ipsa medium est. ¶ At vero neque inter id, quod alteratur, & alterans quippiam medium est. hoc autem manifestum est ex inductione. In omnibus enim simul esse accidit alterans vltimum, & primum, quod alteratur. quale enim alteratur, ex eo, quia sensibile est. Sensibilia autem sunt, quibus differunt corpora à se inuicem, vt grauitas, leuitas, ductities, mollities, sonus, silor-

† *Literally Vanity vnto his Spirits and Vanities.*

† *a l. & ex definitione.*

Tex. 11.

tium, albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo, humiditas, siccitas, densitas, raritas, & horum media. similiter autē & alia, quæ sub sensibus sunt, quorum est & calor, & frigus, & lenitas, & asperitas. hæc enim sunt passiones subiectæ qualitatis. his enim differunt sensibilia corpora, aut secundum horum aliquid magis & minus, & quia patiuntur aliquid horum. nam, quia calefiunt, aut frigefiunt, aut dulcescunt, aut amaricantur, aut secundum aliquid aliud prædictorum. † similiter & animata corpora, & inanimata, & animatorum partes, quæcunque sunt inanimatæ.

† *a J. addit alterari diuina.*

¶ Atque etiam ipsi sensus alterantur: patiuntur enim. actus enim ipsorum motus est per corpus, patiente aliquid sensu. Secundum quæ igitur inanimata alterantur, & animata, secundum hæc omnia alterantur: secundum autem, quæ animata alterantur, secundum ea non alterantur inanimata. secundum enim sensus, non alterantur: & latet inanimata, cum alterantur. nihil autem prohibet & latere animata, cum alterantur, quando non secundum sensus accidit ipsis alteratio. Si igitur sensibiles quidem passiones sunt, per has autem alteratio est, hoc iam manifestum est, quòd patiens, & passio sunt simul, & inter hæc medium nihil est. huic enim aër est continuus, aëri autem coniungitur corpus & superficies quidem ad lumen, lumen autem ad visum. similiter autem & auditus, & odoratus ad mouens ipsos primum. eodem autem modo simul & gustus, & sapor est.

Tex. 12.

¶ Similiter autem & inanimatis, & insensibilibus, & id, quod augetur etiam, & augens. appositio enim quædam est. Augmentatio. quare simul sunt & quod augetur, & augens. & Diminu-

Tex. 13.

tio quoque. diminutionis autem causa est ablatio quædam. † Manifestum est igitur quòd inter mouens vltimum, & quod mouetur primum nihil est in medio consistens eius, quod mouetur, & eius, quod mouetur.

† a.l. Manifestū est igitur, quòd inter id, quod mouetur, & mouens primū. & vltimū ad id, quod mouetur, nihil est.

Caput Secundum, probans quòd ea, quæ patiuntur, à sensibilibus patiuntur. cum prius sint probatione acceptum fuerit: quódque in parte animæ sensitiua est alteratio, in alia autem minime.

Tex.14. QVòd autem ea, quæ alterantur, & omnia à sensibilibus alterantur, & solum horum alteratio est, quæ secundum se dicuntur pati ab his, ex his consyderabimus.

Tex.15. ¶Aliorum enim maxime vtique quis exhibebit in figuris, & formis, & habitibus, & in horum remotionibus, & acceptionibus alterationem esse: videtur enim esse alteratio. Non est autem neque in his, sed fiunt, cum quædam alterantur, hæc. nam densata, aut rarefacta, aut calefacta, aut frigefacta materia: alteratio autem non est. id enim ex quo forma statuæ est, non dicimus formam, neque id, ex quo figura pyramidis est, aut lecti, sed denominantes hoc quidem æneum, illud vero † cereum, aliud autem ligneum, hoccine, quod alteratur dicimus. aut enim humidum esse dicimus, aut calidum, aut durum. & non solum sic, sed & ipsum humidum, & calidum æs, æquiuoce dicentes cum passione materiam. Quoniam igitur ex quo quidem forma, & figura, & quod factum est æquiuoce non dicitur cum figuris, quæ ex illo sunt: quod autem alteratur cum passionibus æquiuoce dicitur:

† a.l. terreum.

eitur: manifestum est quòd in solis sensibilibus alteratio est. ¶ Amplius, & alitet inconuenientis est. dicete enim hominem alteratum esse, aut domum, quæ accepit finem, ridiculum est, si perfectionem, aut domus parietem, aut tegulam dixerimus alterationem esse, & cum parietibus clauditur domus, aut tegula tegitur, alterari domum. ¶ Manifestum autem est quòd alteratio non est in iis, quæ fiunt. neque enim in habitibus. habitus enim virtutes, & vitia sunt. virtus autem omnis, & vitium eorum, quæ ad aliquid, sicut sanitas quidem calidorum, & frigidorum commensuratio quædam est, aut eorum, quæ sunt intra, aut ad continens. similiter autem & pulchritudo, & robur eorum sunt, quæ ad aliquid sunt. dispositiones enim quædam eius, quod præstantissimum est, ad optimum sunt. dico autem præstantissimum, quod conseruat, & disponit circa naturam. Quoniam ergo virtutes quidem, & vitia sunt ad aliquid: hæc autem neque generationes sunt, neque ipsorum est generatio, neque omnino alteratio: manifestum est quòd non est omnino ipsa alteratio circa habitus. ¶ Neque igitur circa animæ virtutes, & vitia. Virtus enim perfectio quædam est. vnumquodque enim tunc maxime perfectum est, cum adeptum est proprium virtutem & maxime secundum naturam. vt circulus tunc maxime secundum naturam est, cum maxime circulus est. Vitium autem corruptio horum, & remotio est. ¶ Fit igitur cum alteratur quippiam, & acceptio virtutis, & vitij abiectio: alteratio tamen horum neutrum est. Quòd autem alteretur aliquid, manifestum est. virtus enim aut impassibilitas quædam est, aut passiuum sic.

Tex.16. Spiss.

Tex.17.

Virtus omnis, & vitium, eorū quæ ad aliquid.

Tex.18.

Virtus perfectio quædam est.

Tex.19.

Virtus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vitium, vitium autem passiuum, aut contraria passio virtuti. Et in totum, moralem virtutem in voluptatibus, & tristitiis esse accidit. aut enim secundum actum voluptas est, aut per memoriam, aut per spem. Si igitur secundum actum, sensus causa est. si autem per memoriam, aut per spem, ab ipso est. aut enim similia passi sumus his, qui reminiscuntur voluptatis, aut similia patiemur sperantibus. ¶ At vero neque in intellectiua parte animæ est alteratio. sciens enim maxime eorum, quæ ad aliquid dicitur. Hoc autem manifestum est. Secundum enim nullam potentiam motis, fit in nobis scientia, sed, cum exciterit aliquid. ex ea enim, quæ est secundum partem experientia, vniuersalem accipimus scientiam. Neque itaque actus generatio est: nisi quis & respectionem, & tactum generationes dicat. tale enim est actus. quæ autem à principio acceptio scientiæ nec est generatio, nec alteratio. nam, quia quieta est, residétque anima, sciens fit, & prudens. Vt igitur, neque cum dormiens excitatus est aliquis, aut ebrius esse desiit, aut ægrotans conualuit, factus est sciens, quando prius non poterat vti, & secundum scientiam agere, sed abeunte perturbatione, & ad tranquillitatem veniente mente inest potentia ad scientiæ vsum. sic vtique huiusmodi aliquid fit ab eo quod est à principio, in scientiæ existentia. perturbationis enim quies quædam est, & tranquillitas. Neque igitur pueri possunt quid discernere, neque iudicare sensibus, similiter atque fatuites. multa enim perturbatio circa ipsos fit, & motus. Sedantur autem, & desinunt perturbari aliquando quidem à natura, aliquando vero ab aliis. in vtrisque autem his alterari aliquid accidit, sicuti cum excitatur, & fit vigilans ad actū. Manifestum est igitur quòd alteratio in sensibilibus est, & in sensibili partæ animæ, in alia autem nulla, nisi secundum accidens.

In quiescēdo namque, & sedendo aut mala fit prudens.

Summa Quarta. Vtrum omnis motus habeat omnem motum comparationem.

Caput Primum. Quis motus cui motui sit comparabilis.

Tex.10.

Tex.11.

Dubitabit autem aliquis, vtrū omnis motus omni cōparabilis est, an non. Si igitur omnis comparabilis est, & æque velox est, quod in æquali tēpore per æquale mouetur, erit circularis quæ-dam æqualis rectæ, & maior etiā, & minor. Amplius alteratio, & latio quædam æqualis erit, cū in æquali tempore aliud alteratum fit, aliud vero latum. erit ergo passio æqualis longitudini. sed impossibile est. At, cum in æquali tempore per æquale mota fuerit, tunc æque velox est: æqualis autē non est passio omnis longitudini: quare non est alteratio latiōi æqualis, aut minor: quare nō omnis comparabilis est. ¶ In circulo autem & recta, quomodo accidet? Inconueniens enim est, nisi sit circulariter similiter hoc moueri, & hoc super rectam. sed confestim necesse est aut velocius, aut tardius: vt, si hoc decliue sit, hoc autem accliue. ¶ Amplius nihil differt in ratione, si quis dicat necessarium esse confestim velocius aut tardius moueri. erit enim maior, & minor circularis recta. quare & æqualis. Si enim in A tempore, hoc quidem lineam B transiit, illud

Tex.12.

Tex.13.

vero

vero lineam C. maior erit linea B linea C. sic enim quod velocius est dicebatur. ergo, si & minori æquale, velocius est. quare erit aliqua pars ipsius A, in qua B circuli partem † æqualem transibit, & illud in toto A lineam C.

† a.l. aliquã.

Tex.24. ¶At vero, si sunt comparabilia, accidit id, quod nuper est dictum, esse æqualem tectum circulo. sed comparabilia non sunt: neque igitur ipsi motus. Sed quæcunque non sunt: æquiuoca, omnia comparabilia sunt. veluti, cur comparabile non est, vtrum acutius sit filius, an vltimum, aut vltima. quia enim æquiuoca sunt, non comparantur. sed vltima ipsi, quæ est iuxta vltimam comparabilis est: quoniam idem significat acutum in vtrisque. ergo non idem velox, hic, & ibi. multo autem adhuc minus in alteratione, & latione.

Comparabilium conditiones.

Tex.25. ¶An primum quidem hoc non verum est, quòd, si non sint æquiuoca, comparabilia sunt. Multum enim idem significat in aqua, & aëre, & comparabilia non sunt. Si autem non, duplum quidem idem (duo enim ad vnum) & non comparabilia sunt.

Tex.26. ¶An & in his eadem ratio. etenim & multum æquiuocum est. sed quorũdam & rationes æquiuocæ sunt. vt, si dicat aliquis quòd multum est tantum, & adhuc aliud tantum, & æquale æquiuocum. & vnum quoque, si contingit, consimilis æquiuocum. si autem hoc, & duo.

Æquiuocorum quædam, & rationes æquiuocæ.

Tex.27. ¶Verum propter quid alia comparabilia sunt, alia vero non, si vna quidem est natura? An quia sunt in alio primo susceptiuo? equus igitur, & canis comparabilia sunt, vtrum albitie, in quo enim primo idem est, superficies: & secundum magnitudinem similiter. aqua autem, & vox non: in alio namque.

¶An

¶An manifestum est quòd erit sic quidem omnia vnum facere. in alio autem dicere vnum quodque esse, & erit idem æquale, & dulce, & albedo, sed in alio. Tex.28.

¶Amplius, susceptiuum non quodlibet est, sed vnum vnius primum. Sed non solum oportet comparabilia non æquiuoca esse, sed & non habere differentiam, neque quod, neque in quo. dico autem, vt color habet diuisionem. Non ergo est comparabile secundum hoc, vt vtrum coloratum sit magis album, quàm nigrum. hæc enim comparantur, non secundum aliquem colorem, sed quatenus color est, sed secundum albedinem. Sic & circa motũ, æque velox, quòd in æquali tempore mouentur per æquale, † tantum longitudinis in hoc. Tex.29.

¶Si autem aliud quidem alteratum est, aliud vero latum, æqualisne erit hæc alteratio, & æque velox lationi? sed inconueniens est. causa autem, quia motus habet species. quare, si quæ in æquali tempore lata sunt per æqualem longitudinem, æque velocia erunt æqualis recta, & circulatis. Vtrum ergo causa sit, quia latio finis sit, an quia linea genus? tempus enim semper idem, impartibile specie. An simul illa species differunt? etenim lato species habet, si illud super quod mouetur, species habeat. Amplius autem, si per quod. vt si pedes, ambulatio: si alæ, volatio. An non. sed figuris latio est. Quare quæ in æquali tempore mouentur per eandem magnitudinem, æque velocia sunt. eandem autem indifferentem specie. ¶Quare hoc consyderandum, quæ sit differẽtia motus. Et significat sermo iste † quòd genus non vnum quid est. sed ob hoc latẽ multa. Sunt autem † æquiuocationum aliæ quidem

† a.l. tãtũ. si. igitur ſẽ. gitudinis in hoc aliud. Tex.30.

Tex.31. † Genus nõ eſt vnũquid ſed ob hoc la tens multa. † Æquiuocationes plures modo.

multum

multum distantes, aliæ autem habentes quandam similitudinem, aliæ vero propinquæ, aut genere aut similitudine rationis. quapropter non videntur æquiuocationes esse, cum sint. Quando igitur altera est species, si idem in alio, aut si aliud in alio? Et quænam definitio, aut quo discernemus quòd idem est album, & dulce, aut aliud, ex eône quia in alio videtur alteratum, an qui omnino non idem?

Tex.32. ¶ De alteratione autem quomodo est æque velox alteri alterat? Si itaque est sanari alterari, est autem hunc quidem velociter, illum autem tarde sanari, & simul quosdam, quare est alteratio æque velox. in æquali enim tempore alteratum est. Sed quid alteratum est? æquale enim hîc non dicitur: sed, vt in quantitate æqualitas, ita hic similitudo. Sed sit idem, quod mutatur in æquali tempore, æque velox. Vtrum ergo eo, in quo passio, an passione oportet contemparare? hîc igitur, quòd sanitas eadem sit, est accipere, aut quòd neque magis, neque minus, sed similiter existit. Si autem altera passio sit, vt alteratur id, quod dealbatur, & id, quod sanatur, his nihil inest idem, neque æquale, neque simile, vt iam hæc species faciunt alterationis: & non est vna, vt neque latio. quare considerandum est quot sunt species alterationis, & quot lationis. Si igitur quæ mouentur, specie differunt, quorum sint motus secundum se, & non secundum accidens, & motus ipsi specie differunt: si autem genere, genere: si vero numero.

Vt æqualitas in quantitate, ita si similitudo in qualitate.

Comparandorum motuũ regula.

Tex.33. ¶ Sed vtrum oportet ad passiones respicere, si eadem sit, aut similis, si æque veloces sint alterationes? an ad id, quod alteratur? †*a.tantũ.* vt si huius quidem † tale dealbatum sit, huius autem

autem tantum, an ad vtrumque? Et eadem quidem, aut alia passione, si passio eadem sit: æqualis autem, aut inæqualis si illud sit inæquale.

¶ Et in generatione quoque, & corruptione Tex.34. idem considerandum est, quomodo æque velox generatio est, si in æquali tempore generatur idem, & indiuisibile, vt homo, sed non animal. velocior autem, si in æquali aliud. non enim habemus aliquod duorum, in quibus ipsa diuersitas, vt dissimilitudo. Et, si est numerus substantia, maior, & minor numerus eiusdem speciei est. sed est innominatum quod commune est, & vtrumque, vt maior passio, aut excedens magis, quantum autem malus.

Caput Secundum. Quo pacto mouetia, & quæ moueantur, proportionem inter se habeant in motu.

QVoniam autem mouens, mouet semper aliquid, & in aliquo, & vsque ad aliquid. di- Tex.35. co autem in aliquo, quia in tempore: vsque ad aliquid autem quia per quantam aliquam longitudinem. semper enim simul mouet, & mouit. quare quantum aliquid erit, per quod motum est, & in quanto. si igitur A est mouens, B autem id, quod mouetur, per quam autem motum est, longitudo C, in quanto autem tempus, in quo D. In æquali igitur tempore æqualis potentia ipsi A dimidium ipsius B per duplum ipsius C mouebit: per C autem in dimidio ipsius B. sic enim erit proportio.

¶ Et, si eadem potentia idem in hoc tempo- Tex.36. re per tantam mouet, & per dimidiam in dimidio mouebit: & dimidia virtus per dimidium mouebit in æquali tempore per æquale. vt ipsius

A poten

Universidad de Deusto
Biblioteca

A potentiæ sit dimidia, quæ ipsum E, & ipsius B ipsum F dimidium. Similiter igitur se habet & secundum proportionem virtus ad grauitatem, quare per æquale, & in æquali tempore mo-

Tex. 37. uebunt. ¶ Et si, ipsum E ipsum F mouet in ipso D per ipsam C, non necessarium est in æquali tempore id, in quo E, duplum ipsius F mouere per dimidiam ipsius C. Si igitur ipsum A ipsam B mouebit in ipso D per tantam, quanta est ipsa C, dimidium ipsius A, in quo E, ipsum B non mouebit in tempore, in quo D, neque in aliquo ipsius D per aliquid ipsius C, secundum quòd analogum est ad totam C, vt A est ad E. omnino enim, si contigerit, non mouebit aliquid. si enim tota virtus per totam mouit, dimidia non mouebit, neque per quantauis, neque in quantouis. vnus enim mouebit nauem, si nauem quidem trahentium diuidatur virtus in numerum, & in longitudinem, per quam omnes mouerunt. Propter hoc Zenonis ratio non est vera, quòd sonet milij quæuis pars. nihil enim prohibet non mouere eum aërem in vllo tempore, quem mouit, dum caderet totus modius, neque itaque pars tantum, quantum mouebit cum toto, si sit per se, † hoc mouet. neque enim vlla est, nisi potentia in toto.

Zenonis ratio confutatur.

† *a. l. hoc nõ mouet.*

Tex. 38. ¶ Si vero duo, & vtrunque horum vtrunque mouet per tantum in tanto, & compositæ potentiæ compositum ex ponderibus per æqualia mouebunt longitudinem, & in æquali tempore: analogum enim est.

Tex. 39. ¶ Num igitur sic est & in alteratione, & in augmentatione? Aliquid enim est augens, aliquid autem & id, quod augetur. in quanto autem tempore, & quantum, aliud quidem augens, aliud

aliud autem augetur. Et alterans, & id, quod alteratur similiter. & aliquid, & quantum secundum ipsum magis, & minus alterata sunt, & in quanto tempore, in duplo duplum, aut duplam in duplo: dimidium autem in dimidio tempore, aut in dimidio dimidiũ, aut in æquali duplum. Si vero alterans, aut augens tantum, in tanto, aut auget, aut alterat, non necesse est & dimidium in dimidio, & in dimidio dimidium. sed, si contigerit, nihil alterabit, aut augmentabit, sicuti & in ponde re.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV, LIBER OCTAVVS.

SVMMÆ LIBRI.

Summa prima demonstrat motum ante, retrôque sempiternum fore.

Summa secunda, quòd primus motor sit penitus immobilis, perpetuus & vnus.

Summa tertia quærit an detur motus continuus, & quis motuum sit primus.

Summa quarta est de primo motore, indiuisibili, & impartibili, nullâq; prorsus habente magnitudine.

Summa prima Caput primum. Propriam de sempiternitate motus sententiam comprobat: vbi eorum Antiquorum inserit oppinionem.

Tex.1. VTrum autem factus est aliquando motus, cum non esset prius, & corruptitur rursus, adeo, vt mouentur nihil sit neq; factus est, neque corruptitur, sed semper erat, & semper erit, & hoc immortale, & sine quiete iis ineſt, quæ sunt, veluti vita quibusdam, quæ ineſt natura subsistentibus omnibus. Esse igitur motum omnes affirmant, de natura aliquid dicentes, propterea quòd mundum dicunt, & de generatione, & corruptione est contemplatio omnibus ipsis, quam impossibile esse, nisi sit motus. Sed quotquot quidem mundos & esse dicunt, & quosdam quidem fieri, quosdam autem corrumpi mundos, semper dicunt esse motum. necessarium enim est generationes, & corruptiones ipsorum esse cum motu. Quicúque autem vnum, aut non esse semper, etiam de motu supponunt secundum ratiónem. ¶ Si igitur contingit aliquando nihil Tex.2. moueri, dupliciter necesse est hoc accidere. Aut enim vt Anaxagoras dicit. inquit enim ille, simul omnibus existentibus, aut quiescentibus infinito tempore, mentem fecisse motum, & distinxisse. Aut vt Empedocles, in parte moueri, & *Anaxag.* *Empedocl.* rursus quiescere. moueri quidem, cum amicitia ex multis facit vnum, aut iis multa ex vno: quiescere vero in intermediis temporibus, sic dicens,

Quatenus vnum quidem ex pluribus consurgit natum,
Et rursus vno crescente plura persecuntur. Eatenus quidem & fiunt, & non est ipsis firmum animum,
Quatenus vero permutantur omnino, neque simul desinunt, Eatenus semper sunt immobiles secundum circulum.

Hoc enim, quatenus permutantur, hinc illuc dicere ipsum opinandum est.

¶ Considerandum igitur de hoc quo modo Tex.3. se habet. operæpretium enim est non solum ad eam, quæ de natura est, considerationem aspicere veritatem, sed & ad methodum; quæ de principio primo est. ¶ Incipiemus autem Tex.4. primum ex definitis à nobis prius in physicis. Dicimus itaque motum esse actum mobilis, secundum quòd est mobile. Necesse est ergo existere res, quæ possint moueri secundum vnumquemque motum. Et sine etiam motus definitione omnis vtique confitebitur necessarium esse moueri id, quod potest moueri secundum vnumquemque motum. vt alterari quidem alterabile,

ferri autem secundum locum mutabile, quam prius oportet combustibile esse antequam comburatur, & combustiuum, prius quam comburat

Tex. 5. ¶Ergo & hæc necessariũ est aut facta aliquando esse, cum non essent, aut perpetua esse,

Tex. 6. ¶Si igitur factum est mobilium, ac motiorum vnumquodque, necessarium est prius, quàm accepta, aliam esse factam mutationem, & motum, secundum quem factum est id, quod potest esse motum, aut mouisse. ¶Si autem quæ fiunt, ante erant semper, motu non existente, irrationabile quidem videtur etiam iis, qui à sophia sciunt. At vero magis vltra progressis hoc necessarium est accidere. Si enim, aliis quidem talibus existẽtibus, aliis autẽ motiuis, aliquando quidem est quid primum mouens, aliquid autem, quod mouetur, aliquando autem nihil, sed quiescit, oportet hoc mutari prius, erat enim aliquid causa quietis. quies enim priuatio motus est. quare ante primam mutationem erat

Tex. 8. mutatio prior. ¶Alia enim mouent singulariter, alia autem & secundum contrarios motus, vt ignis quidem calefacit, frigefacit autem non, scientia autem videtur contrariorum esse vna. Videtur igitur & illic esse aliquid eiusmodi, frigidum enim calefacit, versum quodammodo, & abscedens, sicut & peccat voluntarius scientia, quando e contrario vtitur scientia; At vero quæcunque possunt facere, aut pati, aut mouere, aut moueri, ea moueri non penitus possunt, sed si sic se habeant, & appropinquent sibi inuicem. quare, cum propinqua fuerint, & ita fuerit, vt sit hoc quidem motiuum, illud autem mobile, aliud quidem mouet, aliud autem mouetur.

Scientia cõtrariorũ vi detur vna esse.

Tex. 9 ¶Si igitur non semper mouebatur, manifestum est quòd non sic se habebant, vt

posset hoc quidem mouere, illud autem moueri, sed oportebat mutari alterum ipsorum. necesse enim est in iis, quæ sunt ad aliquid, hoc accidere. vt, si non erat duplum, nunc duplum est, mutari, si non vtrunque, alterum, erit ergo quædam mutatio prior prima. ¶Ad hæc autem, Tex 10.

prius, & posterius quonammodo erunt, tempore non existente, aut tempus, non existente motu? si vero tempus est ipsius motus numerus, aut motus quidam si quidem tempus semper est, necesse est & motum perpetuum esse. At vero de ipso quidem tempore, præter vnum, concordes esse videntur omnes. ingenitum enim esse dicunt. & propter hoc Democritus monstrat quòd impossibile est omnia esse facta, tempus enim ingenitum esse. Plato vero ipsum generat solum, simul enim ipsum cum cœlo factum esse; cœlum autem factum esse ait.

Democritus.

Plato solus generat tempus.

Ad. impossibile est genitum esse. Vide contr. Zim.

¶Si igitur impossibile est & esse, & intelligere tempus sine ipso nunc: nunc autem est medium quoddam, & principium, & finem habens simul, principium quidem futuri temporis, finem vero præteriti: necesse est semper esse tempus. vltimum enim finiti accepti temporis in aliquo ipsorum nunc erit, nihil enim est accipere in tempore, præter nunc. Quare, quoniam est & principium, & finis ipsum nunc, necesse est ipsius vtraque ex parte semper esse tempus. at vero, si tempus, manifestum est quòd necesse est & motum esse. siquidem tempus passio quædam motus est. ¶Eadem autem est ratio & de eo, quòd est incorruptibilem esse motum. Vt enim se so, quod est factum esse motum, accidit quandam esse priorem mutationem prima: sic

Tex. 11.

Nihil est accipere in tempore, præter nunc.

Tempus est quædã passio motus.

Tex. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hic posteriorem vltima. non enim simul desinet moueri, & esse mobile, vt comburi, & esse combustibile. cõtingit enim combustibile esse, quod non comburitur, nec motiuum, & mouens.

Tex.13. ¶Et ipsum autem corruptibile oportebit corruptum esse, cum corrumpitur. & huius corruptiuum rursus posterius. corruptio enim mutatio quædam est. Si igitur hæc impossibilia sunt, manifestum est quòd est perpetuus motus, & non aliquando quidem est, aliquando autem non. etenim sic dicere figmento magis assimilatur. ¶Similiter autem & dicere quod aptum natura sic est, & hoc oportere putare principium esse. quod quidem videtur Empedocles dixisse, quòd vincere, & mouere in parte amicitiam, & litem ineſt rebus ipsis ex necessitate, quiescere vero in medio tempore.

Tex.14. *Empedocl.*

Tex.15. *Anaxago. Nihil mordacius est rerũ, quam natura, & secundum naturã fiunt. † Natura causa est ordinis omnibus.*

¶Fortassis autem & vnum principium faciebat, vt & Anaxagoras, sic vtique dixerint. Attamen nihil inordinatum est eorum, quæ natura, & secundum naturam fiunt. † Natura enim causa ordinis est omnibus: infinitum autem ad infinitum nullam rationem habet. ordo autem omnis ratio est. Infinito autem tempore quiescere, postea motum esse aliquando, huius autem nullam esse differentiam: quare nunc potius quàm prius, neque rursus aliquem ordinem habere non amplius naturæ est opus, aut enim simpliciter se habere oportet id, quod natura est, & non aliquando quidem sic, aliquando vero aliter: (vt ignis sursum natura fertur, & non aliquando quidem, aliquando vero non:) aut rationem habere quod non simpliciter. Quare melius est vt Empedocles, & si quis alius dixit, sic se habere, in parte vulueršum quiescere, & rursus

Empedocl.

rursus moueri. ordinem enim iam quendam habet quod tale est. Sed & hoc dicentem oportet non affirmare solum, sed & causam ipsius dicere, & non ponere, neque censere vllam sententiam irrationabilem, sed aut inductionem, aut demonstrationem afferre. hæc enim, quæ supposita sunt, causæ non sunt. neque hoc erat litis, vel amicitiæ esse, sed huius quidem congregare, illius vero disgregare. Si vero insuper determinetur ipsum in parte, dicendum est in quibus sic: vt quòd est aliquid, quod congregat homines, scilicet amicitia, & fugiant inimici abinuicem. hoc enim supponitur & in toto esse. videtur enim in quibusdam sic esse. hoc autem & per æqualia tempora indiget aliqua ratione. Omnino autem existimare principium esse hoc sufficiens, quòd semper aut est sic, aut fit, non recte est opinari: ad quod Democritus reducit de natura causas, quòd sic & prius fiebat: ipsius autem semper non vult principium quærere, dicens in quibusdam recte, in omnibus autem non recte. etenim triangulus habet duobus rectis semper angulos æquales. sed tamen est quædam perpetuitatis huius altera causa. principiorum tamen, quæ perpetua sunt, non est altera causa. Quòd igitur nullum tempus aut erat, aut erit, quando motus non erat, aut non erit, aut dicta sunt.

Democritus.

Principiorum, quæ perpetua sunt, non est altera causa.

Caput Secundum. Soluit rationum apparentiam, motum non esse continuentium.

Contraria autem hit non difficile est soluere. Videbitur autem ex hisce considerantibus contingere maxime motum esse aliquãdo, Tex.16.

cum non esset omnino. Primo quidem, quia nulla perpetua mutatio est. mutatio enim omnis apta natura est esse ex quodam in quodam. quare necesse est omnis mutationis terminum esse contraria, in quibus sit: in infinitum autem Tex.17. moueri nihil. ¶Amplius, videmus quòd possibile est id moueri, quod neque mouetur. neque habet in seipso vllum motum: vt in inanimatis, quorum neque pars vlla, neque totum mouetur, sed quiescens mouetur aliquando. oportebat autem aut semper moueri, aut nunquam, si non sit, cum non esset. Multo autem magis quòd tale est in animatis manifestum est. cum enim in nobis nullus insit motus aliquando, sed quiescamus, mouemur tamen aliquando, & fit aliquando in nobis ex nobisipsis principium motus, & si nihil extrinsecus moueat. hoc enim in inanimatis similiter non videmus, sed semper mouet ipsa aliquid aliud eorum, quæ sunt extra: animal autem ipsum dicimus seipsum mouere. quare, si quiescit aliquando penitus, ita immobili motus vtique fiet à seipso, & non ab externo. Si autem in animali hoc possibile est fieri, quid prohibet idem hoc accidere & in vniuerso? si enim in paruo mundo fit, & in magno: &, si in mundo. & in infinito: si contingit quidem moueri infinitum totum, & quiescere.

Tex.18. ¶Horum igitur id, quod primum dictum est, non eundem semper, & vnum numero esse motum, qui ad opposita fit, recte dicitur. hoc enim fortassis necessarium est, si non semper vnum, & eundem esse possibile est vnius, & eiusdem motum. dico autem, vt vtrum vnius chordæ vnus, & idem sonus sit, an semper alius, ipsa similiter se habente, & mota. Attamen qualitercumque

cumque eadem se habeat, nihil prohibet vnum, & eundem esse aliquem, quo continuus est, atque perpetuus. manifestum autem erit magis ex iis, quæ posterius. ¶Moueri autem id, quod non Tex.19. mouetur, nullum est inconueniens, si aliquando quidem sit id, quod mouet, extrinsecus, aliquando autem nō. Hoc tamen, quomodo vtique erit inquirendum est. dico autem, vt idem ab eodem motiuo existente aliquando quidem moueatur, aliquando autem non. nihil enim aliud habitat hoc dicens, quàm propter quid nō semper eorum, quæ sunt, alia quidem quiescunt, alia vero mouentur.

¶Maxime autem videbitur Tertium habere Tex.20. dubitationem, propterea quòd fit, cum non esset prius, motus: id videlicet, quod accidit in animatis. quiescens enim prius postea vadit, mouente exteriorum nullo, vt videtur. Hoc autem falsum est. conspicimus enim semper aliquid eorum, quæ congenita sunt, moueri in animali. huius autem motus ipsum animal causa non est, sed continens fortasse. Ipsum autem dicimus seipsum mouere non secundum omnem motum, sed secundum motum secundum locum. Nihil igitur prohibet, magis autem fortasse necessarium est in corpore multos fieri motus à continente. horum autem quibusdam intellectum, aut appetitum mouere: illo autem totum iam animal mouere, quale accidit circa somnos, sensibili enim nullo inexistente motu, inexistente tamen aliquo rursus excitantur animalia. sed manifestum erit & de his ex sequentibus.

Summa Secunda. Quòd primus motor sit penitus immobilis, perpetuus, & unus.

Caput Primum. Divisionem examinat verum omnium, quæ ad motum, & quietem: probatq; non omnia quiescere, nec omnia moueri continuè.

Tex.11. PRincipium autē consyderationis id erit, quod & dictæ dubitationis, quare quædam eorum, quæ sunt, aliquando quidē mouentur, aliquando autē rursus quiescunt. Necesse est autē, aut omnia quiescere semper, aut omnia semper moueri, aut alia quidem moueri, alia autem quiescere. Et rursus horum aut ea, quæ mouentur, moueri semper: quæ vero quiescunt quiescere, aut omnia aptata esse similiter moueri, & quiescere, aut reliquum adhuc & tertium. contingit enim eorum, quæ sunt, alia quidem semper immobilia esse, alia vero semper moueri, alia autē vtraque participare. quod quidem à nobis dicendum est, hoc enim habet solutionem omniū dubitatorum, & finis nobis est huius negotij. ¶Dicere igitur omnia quiescere, & huius rationem quærere, dimittentes sentiūm, infirmitas quædam est ingenij. & de toto aliquo, sed nō de parte ambigere est. neque solum contra Physicum, sed ad omnes scientias (vt ita dicam) & omnes opiniones propterea quòd motu vtuntur omnes. Amplius autem de principiis instātiæ, vt in his, quæ circa Mathemata sunt, rationibus nihil sunt ad Mathematicum, similiter autē & in aliis, sic neque de eo quod nunc dictum est, ad Physicum. Est positio enim est quòd natura principium motus est. ¶Ferē autem & omnia dicere moueri, falsum quidem est, minus autem hoc præter methodum. posita enim est natura in naturalibus principium sicuti motus, & quietis: tamen physicum magis est motus. Et dicunt quidam moueri eorum, quæ sunt, non aliqua quidem, alia vero non, sed omnia, & semper, sed latere hoc nostrum sensum. Ad quos, quamuis non determinent, quo motu dicant, an omnibus, non est difficile occurrere. neque enim augeri, neque minui possibile est continue, sed est & medium. Est autem similis ratio illi, quæ est de eo, quod est guttam conterere, & enascentia lapides discindere. non enim si tantum expulit, aut remouit gutta, & dimidium in dimidio tēpore prius, sed vt nauis tractio, ita & guttæ tot tantum mouere: pars autem illarum in nullo tempore tantum. diuiditur enim quod remotum est in plura, sed nihil eorum motum est secorsum, sed simul. Manifestum est igitur quòd non est necessarium semper aliquid abire, quia diuiditur ipsa diminutio in infinita, sed totum aliquando abire, similiter autem & in alteratione qualibet. non enim si partibile est in infinitum id, quod alteratur, ob id & alteratio, sed simul vnigenerata fit sæpe, sicut congelatio. Amplius, cum aegrotauerit aliquis, necesse est tempus fieri, in quo sanabitur, & non in termino temporis mutari, necesse est autem in sanitatem mutari, & in aliud nihil. Quare dicere continue alteratari valde manifestis est aduersari. in contrarium enim alteratio est. Atque lapis neque durior fit, neque mollior.

¶Et de ipso ferri mirabile est, si latuit lapis qui decorum ferrur, aut manens in terra. Amplius autem

Tex.11. *Quærere tamē, & dimittere sēsum infirmitas quædam est intellectus.*

Tex.13.

Necaugeri, nec minui possibile est cōtinue, sed est & medium. Vide cōtra. Tex.

Tex.14

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem terra, & aliorum vnumquodque ex necessitate manent quidem in propriis locis, moueuntur autem violente ex his. Si igitur quædam ipsorum sunt in propriis locis, necesse est neque secundum locum omnia moueri. Quòd igitur impossibile sit aut semper omnia moueri, aut semper omnia quiescere, ex his, & aliis similibus crediderit vtique aliquis. At vero neque alia quidem contingit semper quiescere, alia vero semper moueri: aliquando autem quiescere, & aliquando moueri nihil. Dicendum est autem quòd impossibile sit quemadmodum & in dictis prius, & in his videmus enim in eisdem fieri dictas mutationes. Et ad hæc: quia aduersatur manifestis qui contendit. Nec enim augmentatio, neque violentus erit motus, si non mouebitur præter naturam quiescens prius. Generationem igitur auferr, & corruptionem hic sermo. Fert autem & ipsum moueri, fieri quippiam, & corrumpi videtur omnibus. in quod enim mutatur, fit hoc, aut in hoc. ex quo autem mutatur corrumpitur hoc, aut hinc.

Tex.15. ¶ Quare manifestum est quòd alia quidem mouentur, alia vero quiescunt. censere autem omnia aliquando quidem quiescere, aliquando vero moueri, hoc iam confingédum est ad omnes dictas rationes. Principium autem rursus idem faciendum est à nunc determinatis, à quo quidem incœpimus prius. Tex.16. ¶ Aut enim omnia quiescunt, aut omnia mouentur, aut eorum, quæ sunt, hæc quidem quiescunt, hæc autem mouentur. Et si eorum, quæ sunt, alia quidem quiescunt, alia vero mouentur, necesse est aut omnia aliquando quidem quiescere, aliquando vero moueri: aut ipsorum quædam quidé semper quiescere,

scere, alia vero semper moueri, alia autem aliquando quidem quiescere, aliquando vero moueri. Quòd igitur non possibile sit omnia quiescere dictum quidem est, & prius: dicamus autem & nunc. Et si enim secundum veritatem sic se habet, sicut quidam dicunt, esse id, quod est infinitum, & immobile, attamen non videtur aliquid secundum sensum, sed mouentur multa eorum, quæ sunt. Si igitur sit opinio falsa, aut omnino opinio, & motus est & si imaginatio sit, & si aliquando quidem sic videatur esse, aliquando autem aliter. imaginatio enim & opinio motus quidam esse videntur. Sed de hoc quidem considerare, & quærere rationem eorum, quæ melius habemus, quàm si ratione indigeremus, magis iudicare est id, quod melius est & potius, & credibile & non credibile, & principium & non principium. Similiter autem impossibile est & omnia moueri, aut alia quidem semper moueri, alia vero semper quiescere. Ad omnia enim hæc sufficiens est vna fides. videmus enim quædam aliquando quidem moueri, aliquando autem quiescere. Quare manifestum est, quòd impossibile sic similiter omnia quiescere, & omnia moueri contingit, † eò quòd alia quidem semper mouentur, alia vero quiescunt semper.

Imaginatio, & opinio motus. quidem videtur esse.

† a.l.&.

Caput Secundum. Omne, quod mouetur, ab aliquo moueri.

Reliquum est igitur consyderandum, vtrum omnia sint huiusmodi vt moueantur, & quiescant: an alia quidem sic aliqua vero sem per quiescant, aliqua autem semper mouentur. hoc enim demonstrãdum est à nobis. Mouentiũ igitur, & eorum, quæ mouentur, alia quidem per

Tex.17.

acci

Universidad de Deusto
Biblioteca

accidens mouent, & mouentur, alia autē per se. Per accidens quidem, vt quæcunque ex eo, quæ sunt in mouentibus, aut iis, quæ mouentur, & quæ per partem. Per se autem, quæcunque non ex eo, quia sint in mouente, aut in eo, quod mouetur, neque ex eo, quia pars aliqua ipsorum mouet, aut mouetur. Eorum autem, quæ per se, alia quidem à seipsis, alia vero ab alio. Et alia quidē natura, alia vero violentia, & præter naturam. quod enim ipsum à seipso mouetur, natura mouetur, vt vnumquodque animalium. mouetur enim animal ipsum à seipso. quorunconque autem motus principium in seipsis est, hæc natura dicimus moueri. quapropter animal quidem totum natura ipsum seipsum mouet. corpus tamen contingit & natura, & præter naturam moueri. refert enim & quali motu moueatur, & ex quali elemento constet. Et eorum, quæ ab alio mouentur, alia quidem mouentur natura, alia vero præter naturam. Præter naturam quidem, vt terra sursum, & ignis deorsum. Amplius autem partes animalium sæpe mouētur præter naturam iustas positiones & motus modos.

Vide cōtradictionem Zimar.

Tex.28. ¶Et maxime moueri ab aliquo id, quod mouetur, in iis, quæ præter naturam mouentur, manifestum, propterea quòd manifestum est ab alio moueri. Postea autem quæ sunt præter naturam eorum, quæ sunt secundum naturam, vt quæ à seipsis, vt animalia. non enim hoc est manifestum an ab aliquo mouentur, sed quomodo opottet accipere id ipsius, quod mouetur, & id, quod mouetur. † Videtur enim vt in animalibus, & in iis, quæ non natura constant, sic & in animalibus esse diuisum id, quod mouet, & id, quod mouetur, & sic totum ipsum seipsum mouere. Maxime autem dubitatur reliquum dictæ vltimæ diuisionis. eorum enim, quæ ab alio mouentur, hæc quidem præter naturam posuimus moueri, alia autem relinquuntur opponi, quia natura. Hæc autem sunt, quæ dubitationem afferunt, à quo moueantur, vt leuia, & grauia. hæc enim ad opposita quidem loca violenta mouentur. ad propria autem, leue quidem sursum, graue autem deorsum natura.

† *a.l. addit verū vt separata & natura, & loco, antalis modo quodam.*

¶ A quo autem non adhuc manifestum, vt eū mouentur præter naturam. etenim ipsū à seipsis dicere impossibile est. vitale enim hoc, & animatorum est proprium. Et sistere posse seipsa. dico autem, vt si ambulandi causa sit tibi, & non ambulandi. quare, si in ipso igne est sursum ferri, manifestum quòd in ipso & deorsum irrationabile autem est illud, vno motu moueri solum à seipsis, si ipsa seipsa mouent. Tex.29.

Moueri ex se animatorum est proprium.

Quod ex se mouetur, nō tantum vno motu mouetur.

¶ Amplius quomodo contingit continuum aliquod & compositum ipsum seipsum mouere? quatenus enim vnum, & continuum, non tangit, eatenus impassibile est. sed quatenus separatum est, eatenus hoc quidem aptum natum est facere, illud vero pati. Neque ergo horum vllum ipsum seipsum mouet (consita enim sunt) neque aliud continuum vllum: sed necesse est diuidi mouens in vnoquoq; ab eo, quod mouetur. vt in inanimatis videmus, cum aliquod animatorum moueat illa. Tex.30.

¶ Sed accidit & hæc ab aliquo semper moueri. fiet autem vtique manifestum diuidentibus causas. Est autem & in mouentibus accipere quæ dicta sunt. Alia enim præter naturam ipsorum motiua sunt, vt vectis non mania ponderis motiuus est: Alia vero natura, vt achu calidum motiuum est calidi potētia. Tex.31.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia similiter autē & in aliis huiusmodi. Et mobile quoque similiter natura, quod est potentia quale, aut quantum, aut vbi, cum habeat principium tale in seipso, & non secundum accidēs. erit enim idem, & quantum, & quale, sed alterum alteri accidit, & non secundum se inest. Ignis itaque, & terra mouentur ab alio, violenta quidem, cum præter naturam, natura autē cum ad suos ipsorum actus potentia existunt.

Tex.32. *Potētia esse multifariā dici.*

¶ Quoniam autem quod potentia est, multipliciter dicitur, hæc causa est, vt non sit manifestum à quo hæc moueantur vt ignis, sursum, & terra deorsum. Est autē potentia aliter scientia qui dicit, & qui habet iam, & non contemplatur. semper autem, cum simul actiuum, & passiuum sint, fit aliquando actu, quod est potentia. vt ipsum dicens. & ex eo, quod potentia est, alterum fit potentia. qui enim habet scientiam, non autem contemplatur, potentia est scientia quodammodo, sed non vt & antea quām disceret. cum autem sic se habet, si aliquid non prohibeat, operatur, & contēplatur, aut erit in contradictione, & ignorantia. Similiter autem hæc se habent & in Physicis. frigidum enim potentia calidum est. cum autē fuerit mutatum, iam ignis est: vrit autem, nisi quid prohibeat, & impediat. similiter autem se habet & circa graue, & leue. leue enim sit ex graui, vt ex aqua aër. Hoc enim potentia primum, & iam leue est, & operabitur confestim, nisi quid prohibeat. actus autē ipsius leuis est alicubi esse, & sursum. prohibetur autem, cum in contrario loco est. & hoc similiter sese habet & in quanto, & in quali. Attamen quæritur hoc, quare ad suum locum mouentur leuia, & grauia. Causa autem est, quia

Actus ipsius leuis est alicubi esse, & sursum.

quia acta natura sunt aliquó. & hoc ineſt ipsi graui, & leui esse, hoc quidem ipso sursum, illud autem ipso deorsum determinatum. Potentia autem est & leue, & graue multipliciter, sicut dictum est. cum enim est aqua potentia, quodammodo est leue: &, cum aër est, adhuc potentia. contingit enim impeditum, & non sursum esse. sed, si auferatur impediens, agit, & semper superius fit. Similiter autem & quale, vt actu sit, mutatur. illico enim contemplatur sciens, nisi aliquid prohibeat: & ipsum quantum extenditur, nisi quid prohibeat. Qui autem id, quod sustinet, & prohibet, mouit, est vt mouear, est vero vt non. vt qui columnam diuulsit, aut qui lapidem remouit à vase in aqua. secundum accidens enim mouet: sicut resiliens sphæra non à pariete mota est, sed à proficiente. Quòd igitur nihil horum ipsum mouet seipsum, manifestum est, sed motus habet principium, non mouendi, neque faciendi, sed patiendi.

¶ Si igitur omnia, quæ mouentur, aut natura mouentur, aut præter naturam, & violentia: & quæ vi & præter naturam, omnia à quodam, & ab alio: eorum autem, quæ natura sursus, & quæ ab à seipsis mouentur. ab aliquo mouentur, & quæ quòd generauit, & fecit leue, aut graue: aut ab eo, quod impedientia, & prohibentia soluit. omnia vtique, quæ mouentur, ab aliquo mouebuntur. Hoc autem dupliciter. Aut enim non per seipsum mouens, sed per alterum, quod mouet mouens aut per seipsum. Et hoc, aut primum post vltimum, aut per plura. vt baculus mouet lapidem, & mouetur à manu mota ab homine: hic autem non amplius ex eo, quia ab

Tex.33.

Universidad de Deusto
Biblioteca

alio mouetur. Vtraque igitur mouere dicimus, & primum, & vltimum mouentium, sed magis primum. illud enim mouet vltimum, sed non hoc primum. & sine primo quidem vltimo non mouebit, illud autem sine hoc. vt baculus non mouebit non mouente homine.

Caput Tertium. Quòd necesse sit deuenire ad primum aliquod, quod vel sit immobile, vel moueat seipsum.

Tex.34. SI ergo necesse est omne, quod mouetur, ab aliquo moueri, & aut ab eo, quod mouetur ab alio, aut non, & si ab alio quidé, quod mouetur: necesse est aliquid esse primum mouens, quod non ab alio. Si autem huiusmodi est primum, non necesse est esse alterum. impossibile enim est in infinitum abire mouens, & ipsum quod mouetur ab alio. infinitorum enim nihil est primum. Si ergo omne quidem, quod mouetur, ab aliquo mouetur, primum autem mouens mouetur quidem, non autē ab alio necesse est ipsum à seipso moueri.

Infinitorū nihil est primum.

Tex.35. ¶ Amplius autem & sic ipsam hanc rationem est aggredi. Omne enim mouens & aliquid mouet, & aliquo. aut enim seipso mouet ipsum mouens, aut alio. vt homo seipso, aut baculus & ventus deiecit aut ipse, aut lapis, quem impulit. impossibile est autem mouere sine eo, quod seipso mouet id, quo mouet. Sed si ipsum seipso mouet, non necesse est aliud esse quo mouet. si vero sic alterum id, quo mouet, est aliquid, quod mouebit, non quodam, sed seipso, aut in infinitum abibit. Si igitur aliquid quod mouetur, mouet, necesse est stare, & non in infinitum ire. si enim baculus mouet ex eo, quia mouetur à manu, manus mouet baculum, si autem & hanc aliud mouet, & hunc aliud aliquid mouens est. Cum itaque aliquo moueat semper alterum necesse est prius ipsum esse seipso mouens. Si igitur mouetur quidem hoc, non autem est aliud mouens ipsum, necesse est ipsam seipso mouere. quare & secundum hanc rationem, aut mox id, quod mouetur ab eo, quod ipsum seipso mouet, mouebitur, aut venit aliquando ad aliquid tale.

¶ Postea autem, quæ dicta sunt, & sic contingentibus accident hæc eadem. Si enim ab eo, quod mouetur, mouetur omne, quod mouetur, aut hoc tebus ipsis inest secundum accidens, vt moueat quidem id, quod mouetur, non tamen propterea quòd mouetur ipsum semper, aut non, sed per se. Primum igitur, si secundum accidens, non est necesse moueri id, quod mouetur. Si autem hoc est, manifestum est quòd contingit aliquando nihil moueri eorum, quæ sunt. nō enim necessarium est accidens, sed contingit non esse. si ergo ponamus possibile esse, nullum impossibile accidet, falsum autem sortassis. sed motum non esse impossibile est. ostensum enim est prius hoc, quod necesse est motum semper esse.

Tex.36.

¶ Et rationabiliter hoc accidit. Tria enim necesse est esse, quod mouetur, & mouens, & id, quod mouet. Id igitur, quod mouetur, necesse est quidem moueri, mouere autem non necesse est. Id autem, quo mouet, & mouere, & moueri. prius enim mutatur hoc, simul, & secundū idem cum eo, quod mouetur, existens. manifestum autem est in mouentibus secundum locum. tangunt enim seinuicem necesse est sic vsque ad

Tex.37.

aliquid. mouens autem sic, vt sit non id, quo mouet, immobile. Quoniam autem videmus vltimum, quod moueri quidem potest, motionis autem principium non habet, & quod mouetur quidem, ab alio autem. sed non à seipso, rationabile est (vt ne necessarium dicamus) & vltimum esse, quod mouet quidem, cum sit immobile. Quapropter & Anaxagoras recte dicit mentem impassibilem inquiens, & immistam esse, quoniam motus principium ipsum facit esse. sic enim vtique solum mouebit, cum sit immobilis, & vincet, cum sit immistus.

Tex. 38. ¶At vero, si non secundum accidens, sed ex necessitate mouetur mouens, si autem non moueatur, non vtique mouebit, necesse est mouere, quatenus mouetur, aut sic moueri, vt secundum eandem speciem motus, aut secundum alteram.

† in. dico autem, † quale est aut calefaciens & ipsum calefieri, & sanans sanari, & ferens ferri, aut decrescens ferri, ferens autem augeri. Sed manifestum est quòd impossibile est. oportet igitur vsque ad individua diuidentem dicere. vt si quid docet Geometrice operari, hoc docet Geometrice operari secundum idem: aut si proficit, proficit secundum eundē modum prolectionis. Aut non sic quidē, sed secundum aliud ex alio genere. vt quod ferri quidem augeri, quod autem hoc alterari ab alio quod autē hoc alterat. secundum aliud quendam moueri motum. sed necesse est flare. finiti enim sunt motus ipsi. Rursus autem reflectere, & alterans dicere ferri idem factum est. ac si mox dicat ferens ferri, & docere docens. manifestum enim est quòd & à superiore mouente mouetur id, quòd mouetur omne, & magis à primo mouētium. At vero hoc quidem impossibile est. docens enim accidit discere, quorū hoc quidem non habere: illud autem habere scientiam necessarium est. Amplius autem, his motionis irrationabile est, quòd accidit, omne motiuū esse mobile, si omne, quod mouetur, ab eo, quod mouetur, moueatur. erit enim mobile. vt, si aliquis dicat quòd omne sanatiuum & sanans, & sanabile erit: & ædificatiuum ædificabile, aut flatiuum, aut per plura. dico autem, vt si mobile quidem ab alio est omne motiuum, sed non secundum eundem motum mobile, quo mouet propinquum, sed secundū alterum, vt sanatiuum ædificabile. sed hoc ascendendo perueniet aliquādo ad eandem speciem, vt diximus prius. Alterum igitur horum impossibile est. alterum autē figmentum. inconueniens enim est alteratiuum augmentabile ex necessitate esse. ¶Non ergo necesse est semper moueri quod mouetur ab alio, eoque moto. stabitur ergo. quare aut à quiescente mouebitur id, quod mouetur primum, aut ipsum seipsum mouebit. At vero, si oportet etiam considerare verum causa motionis sit, & principium ipsum seipsum mouens, an id, quod ab alio mouetur, illud omnis vtique ponet. id enim, quod per se est causa, semper prius est eo, quod secundum alterum, & ipso existente.

Tex. 39.

Quod per se causa est, semp prius est eo, quod secundum alterum.

Caput Quartum. Quod, etsi peruenimus ad primum seipsum mouens, necesse tamen sit deuenire ad mouens penitus immobile.

QVare hoc considerandum est, sumpto alio principio, si quid mouet se ipsum, quomodo mouet, & secundū quē modum. Necesse

Tex. 40.

Omne quod mouetur est diuisibile. idem in 6. text. 44. & 6. physi. 32. & 5. physic. 62.

igitur est omne, quod mouetur, esse diuisibile in semper diuisibilia. hoc enim ostensum est prius in iis, quæ vniuersaliter de natura, quod omne, quod per se mouetur, continuum est. Impossibile igitur est ipsum mouens seipsum penitus mouere ipsum seipsum seretur enim totum, & feret secundum eandem lationem, vnum existens, & indiuiduum specie, & alterabitur, & alterabit: quare docebit vtique, & docebitur simul, & sanabit, & sanabitur secundum eandem sanitatem. Amplius autem determinatum est quòd mouetur id, quod mobile est, hoc autem est potentia, cum mouetur, non actu. quod autem potentia est, ad actum pergit. est autem motus actus mobilis imperfectus: mouens autem iam actu est: vt calefacit calidum, & omnino id, quod habet formam, generat. quare simul idem, & secundum idem calidum erit, & nõ calidum. similiter autem & aliorum vnumquodque eorum, quæ necesse est mouens habere vnius cuiusque eius ergo, quod seipsum mouet, hoc quidem

Tex. 41.

mouet, illud autem mouetur. ¶ Quod autem non est ipsum seipsum mouens sic, vt vtrumque ab vtroque mouentur, ex his manifestum est. neque enim erit primũ mouens vllum, si vtrumque, vtrumque mouebit. quod enim prius magis causa est mouendi, quàm sequens, & mouebit magis. Dupliciter enim mouere est, aliud quidem id ipsum, quod ab alio mouetur, aliud autem seipso. proximius autem est quod longius est ab eo, quod mouetur à principio, quàm quod in medio est. Amplius non necesse est mouens moueri, nisi à seipso. secundum accidens ergo contra mouet alterum. si sumpsi contingere non mouere. erit ergo aliud quidem, quod mouetur, aliud autem mouens immobile. Amplius non necesse est mouens cõtra moueri, sed aut immobile aliquid mouere necesse est, aut ipsum à seipso moueri: si necesse quidem est semper motum esse. Amplius secundum quem mouet motum, etiam vtique mouebitur. quare calefaciens calefit.

Quod prius est magis est causa mouendi, quã sequens. ut supra textu com. 38.

An quod mouet, moueri etiã cõtra necesse.

¶ At vero neque ipsius primo seipsum mouentis aut vna pars, aut plures mouebunt ipsa seipsam vnaquæque. totum enim si mouetur ipsum à seipso, aut ab aliquo eorum, quæ sunt ipsius, mouebitur, aut totum à toto. Si igitur, quia mouetur aliqua pars ipsa à seipsa, hæc vtique erit illud primum ipsum seipsum mouens. separata enim hæc quidem mouebit ipsa seipsam, totum autem non amplius. Si vero totum à toto mouetur, secundum accidens hæ mouebunt ipsæ seipsas. Quare, si non necessario, assumamus non moueri à seipsis. Ipsius igitur totius aliud mouebit, cum immobile sit, aliud autem mouebitur. solum enim sic possibile est aliquid per seipsum motiuum esse. Amplius, si totum ipsa seipsam mouet, hoc quidem mouebit ipsius, illud autem mouebitur. Quæ igitur A B, & à seipsa mouebitur, & ab A. ¶ Quoniam autem mouet aliud quidem, quod mouetur ab alio, aliud autem immobile existens, & mouetur hoc quidem mouens, illud autẽ nihil mouens, ipsum seipsum mouens, necesse est ex immobili esse, mouente tamen, & adhuc ex eo, quod mouetur, nõ mouet autẽ ex necessitate, sed qualitercunque eueniat. Sit enim A mouens quidẽ, & immobile, quo C, hoc autẽ motum quidẽ ab ipso B, mouens autem nihil. si enim & per pluta veniat aliquã-

Tex. 42.

Tex. 43.

Universidad de Deusto
Biblioteca

do in C, sic per vnum solum totum ergo ABC ipsum seipsum mouet. sed, si aufero ipsum C, ipsum quidem A B mouebit ipsum seipsum: ipsum enim A est mouens, B vero, id quod mouetur. ipsum autem C non mouebit ipsum seipsum, neque penitus mouebitur. At vero neque B C mouebit ipsa seipsam sine ipso A. nam si mouet ex eo, quia mouetur ab alio, non quia à seipso patte aliqua. ipsum igitur A B solum seipsum mouet. Necesse est igitur ipsum seipsum mouens habere mouens, immobile tamen, & id, quod mouetur, nihil autem mouet ex necessitate, tangentia autem aut vtraque seinuicem, aut alterum alterum. Si igitur continuum est id, quod mouetur: (quod enim mouetur continuum esse necessarium est:) manifestum est quòd totum ipsum seipsum mouet, non eo, quòd ipsius aliquid huiusmodi sit, vt ipsum seipsum moueat, sed totó mouet ipsum seipsum, & mouens, & motum, eò, quòd ipsius aliquid est ipsum mouens, & id, quod mouetur. non enim totum mouet. neque totum mouetur, sed mouet quidem ipsum A, mouetur autem ipsum B solum. ipsum autem C ab ipso B non amplius impossibile enim est. ¶ Dubitationem autem habet, si ferat aliquis aut ab ipso A, si continuum est, id, quod mouet quidem, sed immobile est, aut ab ipso B, quod mouetur, an reliquum vtique ipsius A mouebit, aut reliquum ipsius B mouebitur. si enim hoc, non vtique erit, quæ primo mouetur à seipsa, quæ A B. remota enim ab A B adhuc mouebit seipsam reliqua A B. An potentia quidem vtrumque nihil prohibet, aut alterum, id scilicet, quod mouetur, diuisibile esse. actu autem indiuisibile. si autem diuidatur, non

Tex. 44.

vlectius esse eandem habens potentiam. quare nihil prohibet in iis, quæ diuidi possunt, potentia primo inesse. Manifestum est igitur ex his quod est primum mouens immobile. siue enim consistum id, quod mouetur, ab aliquo autem mouetur, stet ad immobile primum, siue ad id, quod mouetur quidem, ipsum autem seipsum mouens est. & sistens, vtroque modo accidit vtique id, quod primum mouet, in omnibus esse motis immobile.

Caput Quintum. Primum mouens esse perpetuum, & vnum, ipsumque nec per se, nec per accidens mouere.

QVoniam autem oportet motum semper esse, & non intermitti, necessarium est esse aliquid perpetuum, quod primum mouet, siue vnum sit, siue plura, & primum mouens immobile esse. ¶ † Vnumquodque igitur immobilium quidem, mouentium autè, perpetuum esse nihil ad præsentem sermonem. Quòd autem necessarium est esse aliquid, quòd semper immobile quidem ipsum sit omni extranea mutatione, & simpliciter, & secundum accidens, motiuum autem alterius, manifestum est consyderantibus sic. Sit autem, si quis velit, in quibusdam contingens, vt sit aliquando, & non sit sine generatione, & corruptione. fortassis enim necessarium est, si quid impartibile aliquando quidem est, aliquando autem non est, sine motione aliquando quidem esse, aliquando autem non esse omne tale. Et principiorum immobilium quidem, motiuorum autem quædam aliquando quidem esse, aliquando autem

Tex. 45.

Tex. 46.

† al. Ab vnumquoque.

non esse, contingat & hoc. sed nequaquam omnia quidem possibile est. manifestum enim est, quòd causa quędam iis, quæ ipsa seipsa mouent, ineſt, vt aliquando quidem sint, aliquando autem non sint. quod enim ipsum seipsum mouens est, omne necesse est magnitudinem habere, si nihil mouetur impartibile. id autem, quod mouet, nulla necessitate est ex dictis. Vt igitur alia quidem generentur, alia vero corrumpantur, & hoc sit continue, nulla causa est immobilium quidem, non semper autem existentium. neque rursus eorum, quæ semper quidem hæc mouent, horum autem alia. ipsius enim, quod semper est, & continui neque vnumquodque ipsorum causa est, neque omnia. nam sic se habere perpetuum, & ex necessitate est. omnia autem ipsa, & non simul omnia sunt.

Tex.47. ¶Manifestum est igitur quòd quamuis decies milliesaliqua principia immobilium quidem, mouentium autem, & multa eorum, quæ ipsa se ipsa mouent, corrumpantur, alia vero insuper generentur, & hoc quidem immobile existens hoc mouet, alterum autem hoc, at nihilominus aliquid esse, quod continet. & hoc præter vnumquodque esse id, quod est causa, vt alia quidem sint, alia vero non, & continuæ mutationis. & hoc quidem his, hæc autem aliis causa motus sint. ¶Si igitur perpetuus motus est, perpetuum erit & mouens primum, si vnum est, sin vero plura, plura perpetua. Vnum autem magis quàm multa, & finita quàm infinita oportet existimare. eisdem enim accidentibus semper finita magis accipere oportet. in iis enim quæ natura sunt, oportet finitum, & id, quod melius est, si contingat, esse magis. sufficiens au-

Tex.48. *Eisdem accidentibus semper finita magis accipere oportet.*

tem est, etiam si vnum, quod. cum primum immobilium perpetuum sit, erit aliis principium mouendi. ¶Manifestum autem est ex hoc, quòd necesse est esse aliquid vnum, & perpetuum primum mouens. Ostensum est enim quòd necesse est semper motum esse. si vero semper, necesse est & continuum esse. etenim quod semper est, continuum est: quod autem consequenter est, non est continuum. At vero, si continuus est, vnus est. vnus autem, si & ab vno mouente, & vnus sit, quod mouetur. si enim quiddam aliud, & aliud mouebit, non continuus totus motus, sed consequenter erit. Ex his igitur credideris aliquis esse quid primum immobile. Tex.49.

¶Et rursus, cum respexerit ad principia motuum. Esse igitur quædam entium, quæ aliquando quidem mouentur, aliquando vero quiescunt, manifestum est. Et per hoc factum fuit manifestum quòd neque omnia mouentur, neque omnia quiescunt, neque alia quidem semper quiescunt, alia vero semper mouentur. quæ namque ad ambo prona sunt, & potentia habent vt aliquando quidem moueantur, aliquando vero quiescant, demonstrant de ipsis. Quorum autem huiusmodi omnibus sunt manifesta: volumus autem demonstrare & duorum vtrorumque naturam, quòd sunt alia, quidem semper immobilia, alia autem, quæ semper mouentur: procedentes autem ad hoc, & ponentes omne, quod mouetur ab aliquo moueri, & hoc esse aut immobile, aut quod mouetur, & quod mouetur aut à seipso, aut ab alio semper, procellentes vt accipiamus quod eorum, quæ mouentur, est principium. eorum quidem, quæ mouentur, id, quod ipsum seipsum mouet: omnium autem Tex.50.

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem id, quod immobile est. videmus autem & manifeste esse eiusmodi, quæ mouent ipsa seipsa, vt animatorũ, & animalium genus. Hinc igitur & opinionem præbebant, ne forte contingat motum fieri, cum non esset omnino: propterea quòd nos in his videmus hoc contigere.

Tex. 51. immobilia enim cum sint aliquando, mouentur rursus, vt videtur. ¶Hoc autem oportet accipere quòd secundum vnum motum ipsa mouent, & quòd secundum hunc non proprie. non enim ex ipsis est causa, sed insunt alij motus naturales animalibus, secundum quos non mouentur per seipsa: vt augmentatio, diminutio, respiratio, quibus mouetur animalium vnumquodque, cum quiescit, & non mouetur secundum eum motum, qui est à seipso. Huius autem causa est continens, & multa ingredientium, vt quorundãm alimentum. nam, dum concoquitur, dormiunt, dum autem digeruntur, excitantur, & mouent seipsa, cum primum principium ab externo sit. quapropter non semper mouentur continua à seipsis. aliud enim est mouens ipsum, quod mouetur, & mutatur ad vnumquodque mouentium seipsa. In omnibus autem his mouetur primum mouens, & causa vt ipsum seipsum moueat à seipso, secundum accidens tamen. mutat enim locum corpus: quare & quod in corpore existit: & quod in vecte mouens seipsum. ¶Ex quibus credere licet quòd, si quid est immobilium quidem, mouentium autem, & ipsorum, quæ mouentur secundum accidens, impossibile est continuo motu mouere. Quare, si necesse est quidem continue esse motum, esse quid oportet primum mouens immobile, & non secundum accidens, si futurum est (vt dicimus)

Quia corpus mutat locum, & id, quod existit in corpore.

Tex. 52.

mus) in iis, quæ sunt, vt sit incessabilis quidam, & immortalis motus, & manere ens ipsum in seipso, & in eodem. principio enim manente necesse & omne manere, continuum existens ad principium. Non est autem idem moueri secundum accidens à seipso, & ab altero moueri enim ab alio, & eorũ, quæ sunt in eorio, quibusdam principiis inest, quæ secundum plures secundum lationes: alterum autem corruptibilibus solum. ¶At vero, si aliquid est semper huiusmodi, mouens quidem, immobile autem, & ipsum perpetuum, necesse est & ipsum primum, quòd ab hoc moueatur, perpetuum esse. Est autem hoc manifestum quidem & ex eo, quòd non aliter esset generatio, & corruptio, & mutatio in aliis nisi aliquid moueat id, quod mouetur. immobile enim eodẽ, & vno modo semper mouebit eodem modo, tanquam nihil ipsum mutetur ad id, quod mouetur. quod autem mouetur ab eo quidem, quod mouetur, ab immobili autem mouetur iam, propterea quòd aliter, ac aliter se habet ad res ipsas, non eiusdem motus erit causa: sed propterea, quòd in contrariis est loco, aut forma, contrarie præsubit vt moueatur vnumquodque aliorum, & aliquando quiescat, aliquando autem moueatur. Manifestum igitur ex iam est ex dictis & quod in principio dubitamus, cur nam non omnia aut mouentur, aut quiescunt, aut alia quidem moueantur semper, alia vero quiescunt, sed quædam aliquando quidem, aliquando autem non. Huius enim causa manifesta nunc est, quòd alia quidem ab immobili sempiterno mouentur, quapropter semper mutantur: alia vero ab eo, quod mouetur, & mutatur: quare & ipsa necessarium

Principio manẽte, ne esse & eum ne manere, continuum existens ad principiũ.

Tex. 53.

Universidad de Deusto
Biblioteca

factum est mutari. Immobile autem, vt dictum est, tanquam simpliciter, & eodem modo, & in eodem permanens, secundum vnum, & simpliceem mouebit motum.

Summa tertia. An detur motus continuus: & quis motuum sit primus.

Caput Primum. Lationem esse cæterii motibus priorem.

Tex. 54. AT vero & alio facto principio, magis erit de his manifestum. Considerandum enim est, vtrum aliquem motum contingat esse continuum, an non. &, si contingit, quis est hic, & quis primus est motuum. Manifestū enim est quòd, si necessariò quidem est semper motum esse, primus autē hic, & continuus est, quòd primum mouens mouet secundum hunc motum, quem necessarium est vnum, & eundē esse, & continuum, & primum.

Tex. 55. *Motus triplex.* ¶ Tribus autem existentibus motibus, alio quidem secundum magnitudinem, & alio secundum passionem, & alio secundum locum, quem vocamus lationem, hunc necessarium est esse primum. Impossibile enim est augmentationem esse, alterationē non præexistente. quod enim augmentatur, est quidem vt simili augeatur, est autem vt dissimili. contrarium enim alteratum dicitur esse contrario. adiungitur autem omne factum simile simili. necesse igitur est alterationem esse eam, quæ in contrarium est, mutationem. At vero, si alteratur, oportebit esse alterans, & agens ex potentia calido actu calidum

dum. Manifestum est igitur quòd mouens non similiter se habet, sed aliquando quidem propinquius est, aliquando autem longius ab eo, quod alteratur, est. hæc autem sine latione non contingit esse. si ergo necesse est semper motum esse, necesse est & lationem esse semper primam motuum. &, si lationis alia quidem prior, alia vero posterior est, primam. Amplius autem omnium passionum principium est densitas, & raritas, etenim graue & leue, & molle & dutum, & calidum & frigidum, densitates videntur esse, & raritates quædam; densitas autem, & raritas congregatio, & disgregatio, secundum quas generatio & corruptio substantiarum dicitur. quæ autem congregantur, & disgregantur, necesse est & secundum locum mutari. At vero & eius, quod augmentatur, & diminuitur, mutatur secundum locum magnitudo. *Vide contr. Zima.*

¶ Amplius & hinc considerantibus erit manifestum quòd latio prima est. primum enim, vt & in aliis, sic & in motu dicetur vtique multiplicium. Dicitur autem prius, & quo non existente non erunt alia, illud vero sine reliquis, et quod tempore. Et quod secundum substantiam. Quare, quoniam motum quidem necessarium est esse continuum, est autem continue, aut simpliciter qui continuus est, aut qui consequenter, magis autem qui continuus est, & melius est continuum, quàm consequenter esse: quod autem melius est, semper arbitramur in natura esse, si possibile est: possibile autem est continuum esse, demonstrabitur autem posterius, nunc autem hoc supponatur. & hunc nullum posse esse nisi lationem: necesse est itaque lationem esse primam. nulla enim necessitas est aut augmentari, Tex. 56. *Prius quot modis dicatur, vide in fine 5. Metaph. t. 16. Dignius.*

aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut alterari id, quod fertur: neque igitur generari, aut corrumpi. horum autem nullum esse contingit si continuus non sit, secundum quem mouet primum mouens.

Tex.57. ¶ Adhuc, tempore primum. perpetuis enim solum competit moueri secundum hunc. Sed in vnoquoque eorum quidem, quæ habent generationem lationem necesse est postremum esse motuum. post enim generationem primum alteratio est, & augmentatio. sed latio iam perfectorum motus est. Sed alterum necesse est moueri secundum lationem prius, quod & generationis causa erit iis, quæ fiunt, non generatis, vt id, quod genuit, eo, quod generatum est. Videbitur autem generatio vtique esse prima motuum, propterea quòd factam esse oportet ante primum. hoc autem in vno quidem quouis eorum, quæ fiunt, sic se habet, sed alterum quid necesse est prius moueri ex iis, quæ fiunt, quod & ipsum non fit, & hoc alterum prius. Quoniam autem generationem impossibile est esse primam (omnia enim, quæ mouentur, essent corruptibilia) manifestum est quòd neque eorum, quæ consequenter sunt, motuum vllus prior est. Diuisio autem cõsequenter, augmentationem, posteà alterationem, & diminutionem, & corruptionem. omnes enim posteriores sunt generationes. Quare, si neque generatio prior latione est, neque aliarum vlla mutationum.

Motus loco lis est motuum perfectissimus.

Tex.58. *Quod generatione posterius, natura prius. Idem vide 2. de partibus anim. cap. 4.*

¶ Omnino autem videtur, id, quod fit, esse imperfectum, & ad principium vt quo fit, vt quod generatione posterius est, natura prius sit. vltimo autem latio ineſt omnibus iis, quæ sunt in generatione. Quapropter viuentium aliquidem omnino immobilia sunt, propter latio-

nem instrumenti, vt plantæ, & multa genera animalium: aliis autem, cum perficiuntur, ineſt. Quare, si magis ineſt latio iis, quæ magis entia sunt naturam, motus hic primus alio-rum erit secundum substantiam.

¶ Et propter hæc, & quia minime, motuum, id quod mouetur, dum fertur, à substantia discedit. secundum enim solam nihil mutatur ab esse. vt, cum, quid alteratur, quale: cum vero augetur & diminuitur, quantum. Tex.59.

¶ Maxime autem manifestum est, quòd motuum ipsum seipsum maxime secundum hunc mouet proprie, qui secundâ locum est. & etiam dicimus hoc esse eorum, quæ mouentur, & mouent, principium, & primum iis, quæ mouentur, id scilicet, quod ipsum seipsum mouet. Tex.60.

Caput Secundum. Quòd motus alij à latione non sint continui.

QVòd igitur latio primus motuum sit, manifestum est ex his. Quæ autem latio prima sit, nunc demonstrandum est. simul autem & quod nunc, & quod prius suppositum est, quòd contingit quendam motum continuum esse, & perpetuum, manifestum erit eadem methodo. Tex.61.

¶ Quòd igitur aliorum motuum continuum nullum contingit esse, ex his manifestum est. Omnes enim ex oppositis ad apposita fiunt, & motus, & mutationes. vt generationi quidem, & corruptioni ens, & non ens termini sint. alterationi autem contrariæ passiones. augmentationi veto, & diminutioni aut magnitudo, & parilitas, aut perfectio magnitudinis, & imperfectio. contrarij autem, qui in contraria. Tex.62.

Universidad de Deusto
Biblioteca

id autem, quod non semper mouetur hac motione, existit autem prius, necesse est prius quiescere. manifestum est igitur quòd quiescere contrariò id, quod mutatur. similiter autem & in mutationibus. opponuntur enim generatio, & corruptio simpliciter, & singularis singularibus. Quare, si impossibile est simul motari secundum oppositas, non erit continua mutatio, sed inter ipsas medium erit tempus. nihil enim differt contrarias, aut non contrarias esse, quæ secundum contradictionem sunt, mutationes. si modo impossibile sit simul eidem adesse. hoc enim rationi nihil vtile est. Nec si non necesse est quiescere in contradictione, neque est necessitatio quieti contrarium: non enim fortasse quiescit, quod non est, corruptio autem est ipsius non entis, sed si solum medio sic tempus: sic enim non est mutatio continua. neque enim in proximis contrarietas vtilis erat, sed non contingere simul esse. Non oportet autè turbari quòd idem plurib⁹ erit contrarium. vt motus ipsius status, & motui, qui est in contrarium: sed solum hoc accipere, quod opponitur quodammodo & motui, & quieti motus contrarius, vt æquale, & modiocre excedenti, & ei, quod excedit: & quòd non contingit simul oppositos esse, aut motus, aut mutationes.

Tex.5. ¶ Amplius autem & in generatione, & corruptione etiam penitus abhorrium esse videtur, si factum confestim necesse est corrumpi, & nullo tempore permanere. Quare ex his vtique fides aliis fiet. physicum enim est similiter se habere in omnibus.

Caput

Caput Tertium. Nullam lationem, nec rectam, neque etiam reflexam aliquâ, siue rectam, siue circularem posse esse perpetuo continuam.

QVòd autem contingit esse quendam infinitum vnum existentem, & continuum, & hic est circularis, nunc dicamus: Omne enim, quod fertur, mouetur aut circulari, aut recto aut mixto. quare, si neque illorum alter continuus est, neque illum, qui ex vtrisque compositus est, esse est possibile, quòd autem id, quod fertur recto, & finito, non ferantur continue, manifestum est: reflectitur enim. reflexum autem recto contrariis mouetur motibus. contrarius enim secundum locum est is, qui est sursum, ei, qui est deorsum: & qui est in ante, ei, qui est in retro: & qui est ad sinistra, ei, qui est ad dextra. loci enim contrarietates hæ sunt. Quis autem est vnus, & continuus motus, prius definitum est, quòd is, qui est vnus, & in vno tempore, & in non differenti secundum speciem. Tria enim sunt, & quod mouetur, vt homo, aut Deus: & quando, vt tempus: & tertium id, in quo. hoc autem est aut passio, aut forma, aut locus, aut magnitudo. contraria autem differunt specie, & non vnum sunt. loci autem sunt dictæ differentiæ. Signum autem est quòd motus contrarius est, qui est ab A ad B ei, qui est ab ipso B ad A, quia desinunt, & cessare faciũt seinuicem, si simul fiant. & in circulo similiter. vt qui est ab A ad B ei, qui est ab A ad C. sistunt enim, si continui sint, & non fiat reflexio, propterea quòd contraria mouio se corrumpunt, & impediunt: sed non is, qui est in latus, ei, qui est sursum.

Reflexum recto contrariatur motibus.

Ad motũ requiruntur.

Tex.61. ¶ Maxime autem manifestum est quòd im-

Universidad de Deusto
Biblioteca

possibile est eum motum esse continuum, qui super recta fit. quia reflexum necessarium est. flexere, non solum super recta, sed etiam si secundum circulum feratur. non enim idem est circulo ferri, & circulum. est enim aliquando quidem vt id continuet, quod mouetur, aliquando autem vt in idem protectum, vnde mouere cœpit, reflectatur iterum. Quod autem necesse est stare, fides est non solum in sensu, sed & in ratione. Principium autem hoc est. tribus enim existentibus principio, medio, & fine, medium ad vtrunque ambo est, & numero quidem vnum, ratione vero duo. Amplius autem aliud est esse potentia, & esse actu. Quare rectè quodlibet signum eorum, quæ inter extrema sunt, potentia quidem est medium: actu autem non est, nisi diuiserit hanc, & superstans iterum cœperit moueri. sic autem medium ipsum principium est, & finis principium quidem posterioris, huius autem prioris. Dico autem, vt si A, quod fertur, stet in B, & iterum feratur in C. cum autem continue feratur, neque adesse, neque abesse potest A in B signo, sed solum esse in ipso nunc. in tempore autem nullo, nisi cuius ipsum nunc diuisio est, in toto. Si autem assuisse ponat aliquis, & abfuisse, semper stabit A, quod fertur. impossibile enim est simul & assuisse A in B, & abfuisse. in alio ergo, & alio signo temporis. tempus igitur erit, quod in medio est. quare quiescet A in B. similiter autem & in aliis signis. eadem enim ratio est & in omnibus. Cum autem feratur ipsum A, quod fertur, ipso B medio, & fine & principio, necesse est stare, propterea quod duo facit similitet, atque si cogitauerit. sed ab A quidem signo abfuit, principio, in C autem assuit, cum finierit, & steterit.

¶ Quapropter & ad dubitationem hoc est dicendum. haber enim dubitationem hanc. Si enim sit ipsa E ipsi F æqualis, & A feratur continue ab extremo ad C, simul autem sit A in B signo, & D feratur ab F extremo ipsius ad G regulariter, & velocitate eadem ipsi A, ipsum D ante veniet ad ipsum G, quàm ipsum A ad C. prius enim se mouens, & discedens prius venire necesse est. Non ergo simul assuit A in B, & abfuit ab eodem. quapropter & posterius sit. si enim simul, non posterius erit, sed necesse erit stare. Non ergo ponendum est, cum A assuit in B, ipsum D moueri simul ab F extremo. si enim assuerit A in B, erit & abfuisse, & non simul, sed erat in sectione temporis, & non in tempore. Hinc igitur est impossibile sic dicere in continuo, sed in eo, quod reflectitur, necesse est sic dicere. Si enim G feratur ad ipsum D, & iterum reflectens deorsum feratur, extremo D fine, & principio vtetur vno signo, vt duobus. quapropter stet necesse est, & simul assuit in ipso D, & abiit ab ipso D. sibi enim simul esset, & non esset in eodem nunc. ¶ At vero quæ olim illata fuit solutio, non dicenda est. Non enim contingit dicere quòd est in D ipsum G in sectione neque assuit, neque abfuit. necesse enim est ad finem vsque, qui actu est, non potentia. quod igitur in medio est, potentia est, hoc autem actu, & finis quidem à deorsum, principium autem deorsum. Et motum ergo similiter. necesse est ergo stare quod reflectitur super recta. non igitur contingit continuum motum esse perpetuum super recta. Eodem autem modo occur-

Tex.66.

Tex.67.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Zenonis ratio.

tendum est & iis, qui interrogant Zenonis rationem, & volunt si semper dimidium transire oportet: hæc autem infinita sunt: infinita autem transire impossibile est. Aut vt eandem hanc rationem quidam aliter interrogant, volentes simul, cum quid mouetur, dimidium prius numerare, cum adest, secundum vnumquodque dimidium: quare, cum pertransierit totam, infinitum accidit numerasse numerum. hoc autem in confesso est impossibile esse.

Tex.68. ¶In primis ergo de motu sermonibus soluebamus, quia tempus infinita habet in serpsa. nihil enim absurdum est, si in infinito tempore infinita transit aliquis. similiter autem infinitum & in longitudine est, & in tempore. sed hæc solutio ad interrogantem quidem se habet sufficienter. interrogabatur enim, si in finito tempore contingit infinita transire, aut numerare: ad rem autem ipsam, atque veritatem non sufficienter. si enim aliquis dimittens magnitudinem, & interrogationem, si in finito tempore contingit infinita transire, interroget de ipso tempore hæc habet enim tempus infinitas diuisiones) non amplius sufficiens erit hæc solutio, sed verum illud dicendum est, quod quidem diximus in nuper dictis sermonibus. Si enim aliquis continuam diuiserit in duo dimidia, hic vno signo, tanquam duobus, vtitur. facit enim ipsum & principium, & finem. sic autem facit & qui numerat, & qui in dimidia diuidit. Sic autem diuidente, neque erit continua linea, neque motus. continuus enim motus continui est: in continuo autem insunt quidem infinita dimidia, sed non actu, sed potentia. Si vero faciat actu, non faciet continuum, sed stabit. quod

In continuo insunt infinita dimidia potentia, non actu.

quod quidem in numerante dimidia: manifestum est quod accidit. vnum enim signum necesse est ipsi numerare duo. alterius enim dimidij principium, alterius autem finis erit, si non vnum numeret continuum, sed duo dimidia. Quare dicendum est ad interrogantem, si contingit infinita transire, aut in tempore, aut in longitudine, quòd est quidem sic, est autem non sic. actu enim si sint, non contingit, potentia autem contingit. qui enim continue mouetur secundum accidens, infinita transiuit, simpliciter autem non accidit enim lineæ infinita dimidia esse. substantia autem ipsa altera est, & esse. ¶Manifestum autem est & quòd, nisi aliquis faciat temporis signum (quod prius, & posterius diuidit) semper posterioris ad ipsam rem erit simul idem ens, & non ens, &, quando fadum erit, non erit. signum igitur vtriusque commune est, & priori, & posteriori, & idem, & vnum numero, ratione autem non idem. huius enim finis est, alterius autem principium: ad ipsam autem rem semper posterioris passionis est. sit enim tempus, in quo A C B, res in quo D. hæc in A quidem tempore alba, in B vero nõ alba, in C ergo alba, & nõ alba in quolibet enim ipsorum A verum est dicere albam, si toto hoc tempore erat alba, & in B non albam: C autem in vtrisque, non ergo dandum est in toto, sed præterito tempus nunc, in quo C: hoc autem iam posterius. &, si fiebat non album, & si corrumpebatur album in toto A, factum est, aut corruptum in C. quare album, aut non album prius autem in illo verum est dicere, aut cum est factum, non erit, &, cum corruptum est, erit. aut semel album, & non album, & omnino ens, &

Tex.69.

non ens esse necesse est. Si verò quod fierit prius non ens, necesse est fieri ens, &, cum fit, non est, non est possibile in impartibilia tempora diuidi tempus. si enim in A tempore fiebat D album, factum est autem simul & in altero impartibili tempore, sed contiguo, in B, si in A fiebat & non erat, in B verò est, g neratione nem oportet esse quandam mediam. quare & tempus erat, in quo fiebat. Non enim eadem ratio erit & iis, qui non impartibilia dicunt ipsius temporis, in quo fiebat, factum est, & est in vltimo signo, cui nullum est contiguum, aut consequenter: impartibilia autē tempora consequenter sunt. Manifestum autem quòd, si in A toto tempore fiebat, quòd non est maius tempus, in quo factum est, & fiebat, quàm id, in quo
Tex.70. toto solum fiebat. ¶Quibus igitur aliquis tanquàm propriis credet rationibus, hæ, & huiusmodi quædam sunt. Logice autem considerantibus & ex his videbitur alicui idem hoc accidere. Omne enim, quod continuè mouetur, si à nullo prohibeatur, in quod quidem venit secundum lationem, in hoc & prius ferebatur. vt, si ad B venit, ferebatur ad B: & non, cum prope erat, sed mox vt cœpit moueri. cur enim magis nunc, quàm prius? similiter autem & in aliis. Quod autem ab A ad C fertur, cursus vbi diet ad A, continuè motum. Cum ergo ab A ad C ferebatur, tunc & ad A fertur, eo, qui à C est motu. quare simul contrarijs. contrarij enim sunt, qui secundum rectam fiunt. simul autem & ex hoc mutatur, in quo non est. si igitur hoc impossibile est, necesse est sterui in C. non est ergo vnus motus. qui enim statu intercipitur,
Tex.71. non est vnus. ¶Amplius autem & ex his ma-

nifestum est vniuersaliter magis de omni motu. Si etiam omne, quod mouetur, moueatur aliquo dictorum motuum, & quiescat aliqua oppositarum quietum: (non enim erat alius præter ipsos:) quod autem non semper mouetur secundum hunc motum, dico autem quicunque sunt diuersi specie, & non si qua pars est totius, necesse est prius quiescere secundum oppositam quietem. quies enim priuatio motus est. Si igitur contrarij quidem motus sunt, qui secundum rectam fiunt, simul autem non contingit moueri contrarijs motibus, quod ab A ad C fertur, non vtique feretur simul & ab ipso C ad A. Quoniam autem non simul fertur, manifestum autem secundum hunc motum, necesse est prius quiescat apud C. hæc enim est oppositio quies, ei, qui est à C, motui. Manifestum igitur est ex iis, quæ dicta sunt, quòd non est continuus motus.

¶Amplius autem & hæc ratio magis propria Tex.72.
est iis, quæ dicta sunt. simul enim corruptum est non album, & factum est album. si igitur continua alteratio est ad album, & ex albo, & non album, & factum est non album. trium enim erit aliquo tempore, simul corruptum est non album, & factum est non album. trium enim erit idem tempus. Amplius non si continuum est tempus, & motus, sed consequenter. quomodo enim erit vltimum idem contrariorum, vt dealbationis, & denigrationis?

Caput Quartum. Quòd motus solus circularis possit esse continuus.

QVi autem super circularem sit, erit vnus, & Tex.73.
continuus. nihil enim impossibile con-

tingit. Quod enim ex A mouetur, simul mouebitur ad A, secundum idem propositum. ad quod enim veniet, & mouetur ad hoc: sed non simul mouebitur contrariis, neque oppositis. Non enim omnis, qui est ad hoc, et, qui est ex hoc, contrarius est, aut oppositus. Sed contrarius quidem est, qui super recta fit. huic enim est contrarius secundum locum, vt qui secundum diametrum fit: distat enim plurimum: Oppositus autem est, qui est secundum eandem longitudinem. quare nihil prohibet continue moueri, & nullo tempore deficere. Circularis enim motus est, qui †ab eodem in idem: Rectus autem, qui ab eodem in aliud. Et qui in circulo quidem fit, numquam in eisdem est: qui vero secundum rectam sæpe in eisdem. Eo igitur, qui semper in alio, & alio fit, contingit moueri continue: ro vero, qui in eisdem sæpe, non contingit, necesse enim rursus mouerí oppositis. Quare neque in semicirculo, neque in alia circunferentia vlla contingit moueri continue. sæpe enim necesse est secundum eadem moueri, & contrariis mutari mutationibus. non enim copulatur principio finis: qui autem circuli est, copulatur, & solus est perfectus.

Circularis motus quis: †Rect⁹ quis.

† a l. à seipso in seipsum.

† a l. à seipso.

Tex.74. ¶ Manifestum autem est & ex hac diuisione quod nõ aliter contingit motus esse continuus. In omnibus enim accidit secundum eadem moueri sæpe. vt in alteratione per media, & in eo, qui est quantitatis, per medias magnitudines, & in generatione, & corruptione similiter. nihil enim differt ea pauca, vel multa facere, in quibus est mutatio, aut medium addere quippiam, vel auferre. vtro que enim modo accidit peredem moueri sæpe. Manifestum est igitur ex his, quod neque qui de natura differunt, bene dicunt, qui omnia

omnia sensibilia moueri semper dicunt. moueri enim necesse est aliquo illorum motuum, & maxime secundum illos est alterari. fluere enim dicunt semper, atque diminui, amplius autem & generationem, & corruptionem, alterationem esse dicunt. Ratio autem nunc dixit vniuersaliter, de omni motu, quòd nullo motu contingit moueri continue, præterquàm circulari. quare neque secundum alterationem, neque secundum augmentationem. Quòd igitur neque infinita sit mutatio vlla, neque continua, præter circularem lationem, tot à nobis dicta sint.

Caput Quintum. Quòd circulatio primus sit motuum.

QVòd autem lationum circulatio prima sit manifestum est. Omnis enim latio, sicut & prius diximus, aut circularis est, aut super recta, aut mista. Hac autè necesse est priores esse illarum ex illis enim constat. Recta autem circularis simplex enim, & perfecta est magis. infinitum igitur non est secundum rectam latiTex.75. onem. quod enim sic est, infinitum non est. sed neque, si esset, moueretur vtique aliquid. non enim id, quod impossibile est transire autem infinitam impossibile est. Ea autem latio, quæ super finita recta fit, si reflectatur quidem, composita est, & duplex motus: si vero non reflectatur, imperfecta est, & corruptibilis. Prius autem & natura, & tempore, quod perfectum quidem & ingenerato est, corruptibili autem incorruptibile. Amplius, motus prior est, quem contingit perpetuum esse, eo, quem non contingit. Circularem autem igitur contingit perpetuum esse, alio-

Prius & natura & tempore. & perfecto. & ingenerato & incorruptibile. corruptibile.

Circularem motũ cõmunem

rum

gitperpetuũ esse, alias ve rorum.

rationabiliter.

rationem.

Tex.76.

†al. aut quo

rum autem neque † corruptionem, neque alterum. statum enim oportet fieri. si autem status est, corruptus est. ¶ Rationabiliter autem accidit circularem vnum esse, & continuum, & non eum, qui super recta fit. Eius enim, qui super recta fit, determinatum est & principium, & medium, & finis, & omnia habet in seipso quare est vnde id incipiat, quod mouetur, & vbi desinat. apud enim terminos quiescit omne, aut vnde † aut vbi. Ipsius autem circularis, indeterminata sunt. cur enim magis quoduis eorum quæ sunt in linea, terminus erit? similiter enim vnumquodque & principium, & medium, & finis est, vt semper quædam sint in principio, & fine, & nunquam. Quare mouetur, & quiescit quodammodo sphæra: eundem enim occupat locum. Causa autem est, quoniã omnia hæc accidunt ipsi centro: principium enim, & medium magnitudinis, & finis est. Quare fit vt, propter ea quòd hoc extra circunferentiam est, non sit vbi id, quod fertur, quiescat, quasi transeat. semper enim fertur circa medium, sed non ad extremum. propterea autem, quòd hoc manet,

Circũlatio mensura est motuum. Omnia mẽsurãtur prima.

& semper quiescit quodammodo totum, & mouetur continue. Accidit autem econuerso. mensura enim, quoniam mensura motuum circularium est, primum necesse est ipsam esse: omnia enim mensurantur primo. &, quia primus est, mensura est aliorum. Amplius autem & regularem contingit circularem esse solum. qui enim super recta fiunt, irregulariter, & à principio feruntur, & ad finem. omnia enim quanto plus distant ab eo, quod quiescit, feruntur velocius. circularis autem solius neque principium, neque finis in ipso natura est, sed extra.

¶ Quòd

¶ Quòd autem ea, quæ est secundum locum latio, primus motuum sit, testantur omnes, quicunque de motu fecerunt mentionem. principia enim ipsius tribuunt mouentibus secundum huiusmodi motum. Disgregatio enim, & congregatio motus secundum locum sunt. sic autem mouent amicitia, & lis: ipsarum enim hæc disgregat, illa autem congregat. Atque mentem primum mouentem dicit Anaxagoras disgregare. Similiter autem & quicunque talem quidem nullam causam dicunt, sed propter vacuum moueri dicunt. etenim hi eo, qui secundum locum est, motu naturam moueri dicunt. motus enim, qui propter vacuum fit, latio est. & vt in loco: aliorum autem nullum inesse primis, sed ea, quæ sunt ex his, putant. augmentati enim, & diminui, & alterari, cum congregantur, & disgregantur, impartibilia corpora dicunt. Eodem autem modo & quicunque per densitatem, aut raritatem conficiunt generationem aut corruptionem: congregatione enim, & disgregatione hæc disponunt. Amplius autem & præter hos, qui animam causam motus faciunt: ipsum enim seipsum mouens principium esse dicunt eorum, quæ mouentur. mouet autem animal seipsum, & omne animatum eo, qui secundum locum est, motu. Et proprie quoque moueri dicunt solum quod mouetur eo, qui secundum locum est, motu. si autem quiescat quidem in eodem, augmentetur autem, aut diminuatur, aut alteretur, quodammodo moueri, simpliciter autem moueri, non dicimus. Quod igitur semper & motus erat, & erit omni tempore, & quodnam sit principium perpetui motus, adhæc autem quis motus primus, & quem motum perpetuum

Tex.77.

Anaxagoras.

petuum contingit solum esse, & quòd primum mouens immobile sit dictum est.

Summa Quarta. Primum motorem indiuisibilem esse, & impartibilem, nullámque prorsus habere magnitudinem.

Tex.78. QVòd autē hoc necesse est impartibile esse, & nullam habere magnitudinem, nunc dicamus, primum de prioribus ipso determinantes. Horum autem vnum quidem est, quòd impossibile est vllā finitam mouere infinito tēpore. tria enim sunt, quod mouetur, & mouens, & tertium, in quo scilicet, tempus. hæc autem, aut omnia infinita sunt, aut omnia finita, aut aliqua, vt duo, aut vnum. Sit igitur A mouens, quod autem mouetur B, tempus infinitū, in quo C. Ipsum igitur D mouerit aliquam partem ipsius B, quæ sit in quo E. Non igitur in æquali ipsi C. in maiore enim maius. quare non est infinitum tempus illud, quod est ipsius E. sic itaque ipsi D addendo consumam ipsum A, & ipsi E ipsum B: tempus autē non consumam, semper remotis æquale: infinitum enim est: quare totum A totum B mouebit in tempore finito ipsius C. Non ergo possibile est à finito motoris aliquid secundum infinitum motum. Quòd igitur non contingit finitum infinito tempore

Tex.79. mouere manifestum est. ¶ Quòd autem omnino non contingit in magnitudine finita infinitam esse potentiam, ex his manifestum est. sit enim maior potentia semper, quæ æquale in minori tempore facit, vt quæ calefacit, aut dealbat, aut

est ergo & à finitio quidem, infinitam autē habebit potentiam, pati aliquid patiens, & plus quàm ab alio. maior enim est infinita potentio. At verò tempus quidem non contingit esse vllum. si enim sit in quo A, tempus, in quo infinita vel calefecit, aut pepulit, A B, autem, in quo finita quædam, ad hanc, maiorem semper et accipiendo finitam, peruenīā aliquando ad id, quod est in A tēpore mouisse. ad finitū enim semper addens excedam omne determinatum: & auferens semper deficere faciam similiter: inæquali ergo tempore mouebunt finita, ac infinita. hoc autem est impossibile. nullum itaque finitum contingit infinitam potentiam habere.

¶ Neque igitur nec in infinito finitam attamen contingit in minori magnitudine maiorē potentiam esse: sed adhuc magis in maiori magnitudine. Sit igitur id, in quo A B, infinitum. pars igitur B C habet potentiam aliquam, quæ in aliquo tempore mouit D, in tempore, scilicet in quo E F. Si igitur ipsius B C duplum accipiam, in dimidio mouebit tempore ipsius E F: sic enim hæc proportio: quare in F H mouebit. ergo sic accipiendo, semper ipsum A B nūquam transibo tēpore autē dato, semper minus accipiam: infinita ergo potentia est: omnem enim finitā potentiam excedit. Omnis autem finitæ potentiæ necesse est finitum esse & tempus. si enim in quodam tanta, maior in minori quidem, sed determinato mouebit tempore, secundum continuationem proportionis. Infinita autem omnis potentia est, vt & multitudo, & magnitudo, quæ excedit omnem finitam. ¶ Est autem & ad demonstrare hoc. accipiemus enim quandā potentiam, eandem genere ei, quæ est in infinita ma-

Tex.80.

Omnis finitæ potentiæ necesse est finitum esse tempus.

Tex.81.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta magnitudine, in magnitudine finita existentem, quæ mensurabit eam, quæ in infinita est, finitam potentiam. Quòd igitur non infinitam contingit esse potentiam in finita magnitudine, neque finitam in infinita ex his palam est.

Tex.81. ¶ De iis autem, quæ feruntur, bene se habet dubitare quandam dubitationem primum. Si enim omne quod mouetur, mouetur ab aliquo, quæcunque non ipsa seipsa mouent, quomodo mouent aliqua continue, non tangéte eo, quod mouit, vt proiecta. Si autē simul mouet & aliud quid is, qui mouit, vt aërem, qui, cum mouetur, mouet, similiter impossibile est primo non tangente, neque mouente moueri, sed simul omnia & moueri, & quiescere, cum id, quod primum mouet, cessauerit. & si facit, quemadmodum lapis, veluti si mouet id, quod mouit. Necesse autem est hoc quidem dicere, quòd primum moués facit, vt possit mouere aut aër hic, aut aqua, aut aliud quid huiusmodi, quod aptum natum est mouere, & moueri, sed non simul cessat mouere, & moueri. sed moueri quidem simul, cum mouens cessauerit moueri. mouens autē nō desinet qua propter mouetur quid alij contiguum. & in hoc eadem ratio est. Cessat autem, cum in ipsō cōtiguo minor fuerit virtus, quàm vt moueat. tandem autem cessat, cum non amplius leuauerit prius mouens, sed motum patiens. solum. hæc autem necesse est simul cessare. hoc quidē mouere, hoc autem moueri, & totam motionem. Hic igitur in iis, quæ possunt aliquando quiescere moueri, aliquando autem quiescere. sit motus & non continuus, sed videtur. aut enim existentium consequenter est, aut se tangentium: omne enim vnum mouens est, sed contigua adinuicem

cem sunt. Quapropter & in aëre, & in aqua fit huiusmodi motus, quem dicunt quidam circumobsistentiam esse. Impossibile autem est aliter dubitata soluere, nisi dicto modo. Circumobsistentia autem simul omnia moueri facit, & mouere: quare & cessant: nunc autem videtur vnū aliquid continue moueri: ab aliquo igitur: non enim ab eodem. ¶ Quoniam autem in iis, quæ Tex.82. sunt, necesse est semper motum esse continuum: hic autem vnus est: necesse autem est vnum & magnitudinis alicuius esse: (non enim mouetur quod magnitudine caret:) & vnius, & ab vno. non enim esset continuus, sed contiguus alter alteri, & deinceps: mouens igitur, si vnum est, aut subiens motum mouet, aut immobile existens. Si igitur motum subiens, consequi oportebit, & mutatio ipsum, simul autem moueri ab aliquo: quare stabit, & perueniet ad id, quod est mouens ab immobili. hoc enim non necesse est simul moueri, sed semper potest aliquid mouere. nam sine labore est sic mouere. Et regularis hic motus, aut solus, aut maxime. non enim habet mutationem vllam id, quod mouet. oportet autem id, quod mouetur ab illo, non habere mutationem, vt similis sit motus. ¶ Necesse est autem Tex.84. aut in medio, aut in circulo esse. hæc enim principia sunt. sed celerrime mouentur quæ proxima sunt mouenti: huiusmodi autem est ipsius totius† motus: illic ergo ipsum mouens.

¶ Habet autem dubitationem, si contingat aliquid, quod mouetur, mouere continue, sed non, vt id, quod pellit, iterum & iterum, & eo quod consequenter fit, cōtinue. Aut enim ipsum oportet pellere, aut trahere, vel vtrunque. aut iterum aliquid excipiens aliud ab alio, sicut

ἀντιπε-
ρισ-
τασιν.

Primus motus sedes in circulo.

†*alias, circuli motus.*

Tex.83.

dudum dictum est in iis, quæ proiiciuntur, &, cum diuisibilis sit aër, aut aqua, mouet, sed vt quæ semper mouetur. vtroque autem modo non possibile est vnum esse, sed contiguum. Solus itaque is continuus est, quo ipsum immobile mouet. semper enim similiter se habens, & ad id, quod mouetur similiter se habebit, & continue.

Tex.86. ¶ Determinatis autem his manifestum est quòd impossibile est primum mouens, & immobile habere aliquam magnitudinem. Si enim magnitudinem habet, necesse est aut finitam ipsam esse, aut infinitam. Quòd igitur infinitam non contingat magnitudinem esse, ostensum est prius in Physicis. Quòd autem finitam impossibile est habere infinitam potentiam, & quòd impossibile est à finita moueri aliquid infinito tempore, demonstratum est nunc: primum autem mouens perpetuo mouet motu, & infinito tempore: manifestum itaque est quòd indiuisibile est, & impartibile, & nullã habens magnitudinem.

Librorum Octo de Physico auditu, Finis.

ARIST

ARISTOTELIS STAGIRITÆ, PERIPATETICORVM PRINCIPIS DE COELO LIBER PRIMVS.

SVMMÆ LIBRI.

In primo tractatu istius libri continentur decem summæ magnæ. Prima est de subsistentia istius artis.
Secunda de definitione corporis naturalis, eo quòd ipsum solum inter omnia alia corpora est completum.
Tertia in demonstratione, quòd mundus est perfectus.
Quarta in demonstratione eius, quòd est corpus esse simplex rotundum, dissimilis naturæ cuiuslibet corporum simplicium moturum motu recto.
Quinta in demonstratione, quòd hoc corpus non est graue neque leue.
Sexta in demonstratione, quòd non accipit generationem neque corruptionem, neque aliquam speciem motuum, nisi localem tantum. & quòd numerus simplicium est quinque.
Septima, quòd totum est finitæ quantitatis.
Octaua, quòd mundus est vnus numero tantum.
Nona, quòd non est extra mundum neque vacuum neque plenum.
Decima in demonstratione, quòd mundus neque generabilis est, neque corruptibilis, neque habet potentiam corruptionis: & quòd impossibile est aliquod generabile esse incorruptibile, neque aliquod incorruptibile esse corruptibile.

Tex.1.  cientia de natura ferè plurima videtur circa corpora, & magnitudines, & horum passiones, atque motus, adhuc autem circa principia, quæ talia sunt substantiæ sunt. natura enim cõstantium hæc quidem sunt corpora, & magnitudines, hæc autem corpus habent, & magnitudinem, hæc vero principia eorum, quæ habent, sunt.

Summa secunda de definitione Corporis naturalis & eius perfectione, & Tertia de mundi perfectione.

Tex.2. *Continuum quid Corpus. Vide tãtra. Zamora.*  ontinuum igitur est, quod diuisibile est in semper diuisibilia. Corpus verò, quod omniquaque diuisibile est. Magnitudinis autẽ ea quidem, quæ ad vnum, linea: quæ autem ad duo, planum: quæ vero ad tria, corpus. & præter hæc non est alia magnitudo, propterea quòd ipsa tria omnia sunt, & ipsum ter omniquaque. Quemadmodum enim aiunt & Pythagorei, ipsum omne, & omnia tribus determinata sunt. huius enim medium, & principium numerum habent eum, qui ipsius omnis est: hæc autem eum, qui trinitatis est. Quapropter à natura accipientes, tanquam leges illius, & ad sacrificia deorum hoc vtimur numero. Assignamus autem & appellationem ad hunc modum. duo enim ambo quidem dicimus. & duos ambos, omnes autem non dicimus: sed de tribus hanc appellationem dicimus primum. hæc autem, quemadmodum dictum est, sequimur, propterea quòd natura ipsa sic introducit.

Ternary perfectio.

¶ Quapropter, quoniam omnia, & omne, & perfectum secundum formam non differunt abinuicem, nisi in ipsa materia, & in quibus dicuntur, corpus vtique solum erit è magnitudinibus perfectum. solum enim terminatum est tribus: hoc autem est omne. tripliciter autem rum sit diuisibile, omniquaq; diuisibile est. aliorum autem, hoc quidem ad vnum, hoc autem ad duo. vt enim numerum adepta sunt, sic & diuisionem, & continuitatem. hoc enim ad vnum continuum est, hoc autem ad duo, hoc vero omniquaque tale. Tex.3.

¶ Quæcunque igitur magnitudines diuisibiles sunt, & continuæ hæ sunt. Si autem & continuæ, omnes diuisibiles sint, nondum manifestum est ex iis, quæ nunc. Sed illud quidem manifestum est, quòd noa est in aliud genus transitio, quemadmodum ex longitudine in superficiem. si in corpus autem, ex superficie. non enim adhuc talis perfecta erit magnitudo. necesse enim est fieri egressum secundum defectionem. non est autem possibile perfectum deficere: omniquaque enim est. Vnum quodque igitur corporum, quæ in partis forma sunt, secundum rationem talẽ est. omnes enim habet dimensiones: sed ad propinquum tactu terminatum est, quapropter modo quodam multa corporum vnum quodque est. Ipsum autem omne: cuius hæ partes sunt, perfectum necesse est esse, & quemadmodum nomen ipsum significat, omniquaque, & non hac quidem, hac autem modos. De ipsius igitur vniuersi natura, siue infinita sit secundum magnitudinem, siue finita sit secundum totam molem, posterius consyderandum est. Tex.4.

Summa Tertia de Mundi perfectione.

Summa quarta. Demonstrat circulare, simplicium dari corpus, ab vnoquoque simplicium naturalium motu recto sua natura diuersum.

Tex 5. DE iis autē, quæ secundum speciē ipsius partes sunt, nunc dicamus, hoc facto principio. Omnia enim naturalia corpora, & magnitudines, secundū se, mobiles secundum locū esse dicimus. naturam enim motus principiū ipsis esse dicimus. Omnis autem motus, qui secundū locum fit, quē vocamus lationem, aut rectus, aut circularis, aut ex his mistus est: simplices enim hi duo solū. causa autem est, quoniam & magnitudines hæ simplices solum sunt, recta, & circularis. Circularis igitur est, qui circa mediū fit. Rectus autē, qui sursum, & deorsum. Dico autē sursum quidem eum, qui à medio: Deorsum verò eum, qui ad mediū.

Tex.6. ¶ Quare necesse est omnem esse simplicem lationem, hanc quidem à medio, hanc verò ad medium, hanc autem circa medium. & videtur sequi secundum rationem hoc ea, quæ à principio texenim & corpus perfectum est in tribus

Tex.7. & motus ipsius. ¶ Quoniam autem corporum illa quidem sunt simplicia, hæc autem composita ex his: (dico autem simplicia quidem, quæcunque motus principium habent secundum naturam, vt ignem, & terram, & horum species, & cognata his:) necesse est & motus esse illos quidem simplices, hos autem mistos quodammodo: simplicium quidem simplices, mistorum autem compositorum: moueri autem secundum prædominans. ¶ Si igitur est simplex motus, simplex autem est circularis motus, & simplicis cor

Definitio corporis simplicis.

Composita secundum prædominantiam nominantur elementum.

Tex.8.

corporis simplex est motus, & simplex motus simplicis corporis: (etenim, si compositi fit, secundum prædominans erit:) necessarium est esse aliquod corpus simplex, quod natum est ferri circulari motu secundum suam ipsius naturam. ¶ Violentia enim contingit illo, qui alterius, & alterius est, secundum naturam autem impossibile: si vnus quidem sit vnius cuiusque simplicium motus is, qui secundum naturam.

Tex.9.

Tex.10. *Vnus vni est contrarius. idem. 2. meteor. xviij. & xvij.*

¶ Amplius, si motus præter naturam contrarius est ei, qui secundum naturam est, & vnum vni contrarium necesse est, cum simplex circularis sit, si non erit secundum naturam lati corporis, præter naturam ipsius esse. Si igitur ignis, aut aliud quippiam talium est circulatim latum, contrarium, quæ secundum naturam ipsius est latio, erit circularis. sed vnum vni contrarium est, quæ autem sursum, & deorsum inuicem contrariæ sunt. ¶ Si vero alterum est

Tex.11.

Tex.12. *Perfectum prius natura est imperfecto. 1. de cœlo. text. 8. Phy. text. 17. & 18. Cœli. text. 27.*

corpus, quod circulariter feratur præter naturam, erit ipsius aliquis alius motus secundum naturam. sed hoc impossibile est. si enim qui sursum, ignis erit, aut aër: si autem qui deorsum, aqua, aut terra. ¶ At verò & primam quidem necessarium est esse talem lationem. perfectum enim prius natura est imperfecto. circulus autem perfectorum est, recta verò linea nulla. neque enim infinita: haberet enim terminum, atque finem, neque finitarum vlla: extra enim omnes aliquid est: augeri enim contingit quantumcunque. Quare, si prior motus prioris sit natura corporis, circularis autem prior recto, qui verò super recta simplicium corporum est (& enim ignis super recta sursum fertur, terræ verò deorsum ad medium) necesse est & circularem

motum alicuius simplicium esse corporum. mistorum enim lationem diximus esse secundum prædominans in mistione simplicium.

Tex.13. ¶ Ex his igitur manifestum est quod esse nata est quædam substantia corporis alia, præter ea, quæ hic sunt, consistentias, diuinior, ac prior

Tex.14. his omnibus. ¶ Atque, si quis adhuc accipiat omnem esse motum aut secundum naturam, aut præter naturam, & eum, qui alij præter naturam est, esse alteri secundum naturam, quale qui sursum, & qui deorsum fiunt, patiuntur: ille enim igni, hic autem terræ præter naturam, & secun-

Vide contr. Zimarra. dum naturam est. quare necessarium est & circularem motum (quoniam his præter naturam est) alterius cuiusdam esse secundum naturam.

Tex.15. ¶ Ad hæc autem. si est circularis alicui latio secundum naturam, palam est quòd erit vique aliquod corporum simplicium, ac primorum quod natum est, quemadmodum ignis sursum, & terra deorsum circulariter ferri secundum naturam. Si autem præter naturam feruntur ea, quæ feruntur circulariter, circulari latione, mirabile, & omnino irrationabile est continuum solum hunc motum, & sempiternum exi-

Quapropter naturam sunt. consistentes eorum fiunt. stentem, præter naturam esse. videntur enim in aliis citissime corrumpi quæ præter naturam sunt. Quare, si est ignis id, quod circunfertur, quemadmodum aiunt quidam, non minus ipsi motus iste præter naturam est, quàm qui deorsum: ignis enim motum, eum videmus esse, qui à medio secundum rectam.

Tex.16. ¶ Quapropter ex omnibus his aliquis ratiocinando crediderit, quòd est aliquod præter corpora, quæ hic, & circa nos sunt, alterum separatum, tanto honorabiliorem habens naturam,

tam, quanto quidem plus distat ab iis, qui hic sunt.

Summa Quinta. Corpus circulare, & simplex non graue esse, nec leue.



Voniam autem eorum, quæ dicta Tex 17.
sunt, hæc quidé supponuntur, hæc autē ostenta sunt, manifestum est quòd neque leuitatem, neque gra-

Vide contr. Zimarra uitatē habet corpus omne. Oportet autē supponere quid dicimus graue, & leue, nunc quidem sufficienter quoad in præsentia est opus, diligentius autem rursus, cum

Graue quid. consyderabimus de substantia ipsorum. Graue igitur sit, quod ferri natum est ad medium. Leue

Leue quid. autem, quod à medio. Grauissimum autem, quod omnibus subsstat, quæ deorsum feruntur. Leuissimum vero, quod omnibus supereminet, quæ sursum feruntur. Necesse est autem omne, quod ferre, aut deorsum, aut sursum, aut leuitatem habere, aut grauitatem, aut ambo, nō autem ad idem: ad alia enim sunt grauia, & leuia, vtpote ad aquam, & ad terram aqua.

¶ Corpus igitur, quod circulariter fertur, Tex.18.
impossibile est habere grauitatem aut leuitatem. neque enim secundum naturam, neque præter naturam contingit ipsum moueri, aut ad medium, aut à medio. Nam secundum naturam ineſt ipsi quæ super recta fit latio: vna enim erat vniuscuiusque simplicium: quare erit idem alicui eorum, quæ sic feruntur. præter naturam autem lato aliquo. si qui deorsum fit, præter naturam est qui sursum fit, erit secundum naturā. si vero qui sursum præter naturā, qui deor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum secundum naturam. posuimus enim contrariorum, cui aliter præter naturam est, alterum esse secundum naturam. ¶Quoniam autē ad idem fertur totum, & pars secundum naturam. vt tota terra, & parua gleba, accidit primo quidē ipsum neque leuitatem habere vllam, neque grauitatē, aut enim ad medium, aut à medio posset ferri secundum suam ipsius naturam. Deinde, quod impossibile sit moueri eo, qui secundum locum fit, motu aut sursum, aut deorsum detractum. neque enim secundum naturam contingit moueri motu alio, neque præter naturam, aut ipsum, aut particularum vllam. eadem enim ratio est de toto, & parte.

Tex.19. *Idem esse totum, & partes, quod quale sit intelligē dū sit, vide cō. 32. tertij Physic. pro hoc vide dū 1. 1. cō. 71. & cō. 19. & 30. & 2. Cœ li 35. & 97. 100. & 102 105. & 4. Cœ. 1. c. 22.*

Summa Sexte. Circulare, simplexque corpus, nec generabile, nec corruptibile, nec alterius mutationis, præterquam loralis motus. susceptiuum esse: simpliciaque corpora quatuor esse numero.

Tex.20. Similiter autē rationabile est existimare de ipso, & quòd ingenerabile, & incorruptibile, & inaugmentabile, & inalterabile sit, propterea quòd sit quidem omne id, quod generatur, & ex cōtrario, & subiecto quodā: & corrūpitur, similiter & subiecto quodam, & à contrario, & in cōtrarium, quēadmodum in primis dictum est sermonibus. cōtrationum autem & lationes contrariæ. Si igitur huic nihil contrarium contingit esse, ex eo quia lationi circulari non sit aliquis contrarius motus, recte videtur natura id, quod futurum esset ingenerabile, & incorruptibile, exemisse à contrarijs.

Contrariæ lationes contrariæ.

trarijs. In contrarijs enim est generatio, atque corruptio. ¶At vero & id omne, quod augmentatur, augetur à cognato aduenīente, & resoluto in materiam. huic autem non est, ex quo fiat hoc sit. Si autem est & inaugmentabile, & incorruptibile, eiusdem intelligentiæ est existimare & inalterabile esse: est enim alteratio motus secundum qualitatem. qualitatis autem hūius quidem, & dispositiones non sine mutationibus fiunt, quæ secundum passiones fiunt, vt sanitas, & morbus. secundum autem passionem quæcunque transmutantur naturalium corporum habentia, videmus omnia & augmentationem, & diminutionem, vt & animalium corpora, & partes ipsorum, & plantarum, similiter autem & elementorum. Tex.21. *Vide contr. Zimarra.*

¶Quare, si circulare corpus neque augmentationem habere contingit, neque diminutionem, rationabile est & inalterabile esse. Quòd igitur sempiternum, & neque augmentationem habens, neque diminutionem, sed insenescibile, & inalterabile, & impassibile est primum corporum, si quis suppositis credit, manifestum ex dictis est. Videtur autem & ratio his, quæ apparent, attestari: & ea, quæ apparent, rationi. Omnes enim homines de Dijs habent existimationem: & omnes eum, qui sursum est locum Deo tribuunt, & Barbari, & Græci, quicunque putant esse Deos, tanquam videlicet immortali immortale coaptatum sit. impossibile enim aliter. si igitur est aliquid diuinum, quemadmodum & est, & nunc dicta de prima substantia corporum dicta sunt bene. Accidit autem & hoc per sensum sufficienter, quo ad humanam dixisse fidem, in omni enim præterito tempore, secundum Tex.22. *Deorum locus quare cœlum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum traditam inuicem memoriam, nihil videtur transmutatum, neque secundum totum vltimum cœlum, neque secundum partem ipsius propriam vllam. Videtur autem & ipsum nomen ab Antiquis traditum esse vsque ad tempus præsens, hoc modo existimantibus, quo & nos dicimus. neque enim semel, neque bis, sed infinities oportet putare eadem peruenire opiniones ad nos. Quapropter tanquam altero quodam existente primo corpore præter tertam, & ignem, & aërem, & aquam, æthera appellauerunt supremum locum, à currendo semper sempiterno tempore ponentes ipsi denominationem. Anaxagoras autem abutitur nomine hoc non bene: nominat enim æthera pro igne.

Non semel, nec bis, sed infinities oportet putare eadem opiniones adue nire ad nos. Idem. 1. Meteorologicorum.

Cosimile apud Platonem in Cratylo.

¶Manifestum est autem ex dictis, & cur maiorem impossibile sit esse numerum dictorum corporum simplicium. simplicis enim corporis necesse est motum simplicem esse: solos autem hos

Tex. 23. esse dicimus simplices, eum, qui circularis est, & eum, qui super recta fit: & huius duas partes, hanc quidem à medio, hanc vero ad medium.

Idē infra. huius. & sup. 7. & 8.

¶Quòd autem non est circulari lationi con-

Tex. 24. tria alia latio ex multis vtique quispiam accipiat fidem. Primum quidem, quòd circumflexæ rectam opponi maxime ponimus.

Tex. 25. ¶Concauum enim & connexum non solum adinuicem opponi videntur, sed & recto, combinata, adeptique compositionem. Quare, si contrarius aliquis est, eum, qui super recta fit, maxime necessarium est contrariū esse circulari mo-

Tex. 26. tui. ¶Qui autem super recta fiunt, inuicem opponuntur propter loca. sursum enim & deorsum

Tex. 27. & loci est differentia, & contrarietas. ¶Deinde si quis existimet eandem esse rationem, quæ &

in recta, & in circumflexa est (eam enim quæ ab A ad B fit, lationem contrariam esse ei, quæ à B ad A) eam, quæ super recta fit, dicit. hæc enim finita est, circumflexæ autem infinitæ vtique eiunt circa eadem signa. ¶Similiter autem & Tex. 28. quæ in semicirculo vno fit, vt quæ à C ad D, & quæ à D ad C. eadem enim est ei, quæ super diametro est. semper enim vnumquodque distare secundum rectam ponimus. ¶Similiter autem Tex. 29. & si quis, circulum faciens, eam, quæ super alteto semicirculo est, lationem contrariam ponat ei, quæ in altero, vt in toto circulo eam, quæ ab E ad F, semicirculi G, ei quæ ab F ad E in semicirculo H. Si autem & istæ sunt contrariæ, at non profecto ex, quæ super toto circulo fiunt lationes, inuicem propter hoc contrariæ sunt.

¶Ac vero neque ea, quæ ab A ad B est, circularis Tex. 30. latio, contraria est ei, quæ ab A ad C. ex eodem Tex. 31. enim in idem motus est. contraria autem latio determinata est ex contrario in contrarium esse.

¶Si autem circularis circulari esset contraria, frustra vtique esset altera. In idem enim præterea necesse est quod circulariter fertur, vndecunque incipit, ad omnia similiter peruenire contraria loca. Sunt autem loci contrarietates sursum & deorsum, ante & retro, dextrum & sinistrum: lationis autem contrarietates secundum locorum sunt contrarietates.

¶Si enim æquales essent, non vtique esset motus ipsarum. si autem alter motus dominaretur, aliter vtique non esset. quare, si ambo essent, frustra vtique alterum esset corpus, non motum suo motui. † frustra enim calceamentum hoc dicimus, cuius non est calceatio. † Deus autem, & natura nihil frustra faciunt.

† *Frustra calceamentum dicimus, cuius nō est calceatio.*

† *Deus & natura nihil agūt frustra. Idē 2. Cœli. 50. 59 & 2. de Part. ani. capi. 1. & 3. de Animal. 1. c. 42. & 2. Meta. cō. 3710.*

Summa

Universidad de Deusto
Biblioteca

Summa Septima. Mundum finita esse quantitate.

Tex.31. SEd, quoniam manifestum est de his, & de reliquis cõsyderandum est. Et primum vtrũ sit quoddam corpus infinitum, quemadmodũ plurimi Antiquorum † Philosophorũ putauerunt, an hoc sit vtiquid impossibiliũ. sic enim aut illo modo se habere, nõ aliquid parum, sed totum refert, ac omnino ad eam, quæ de veritate est, speculationem. ferè enim hoc est principium contrarietatũ omnibus, qui aliquid de tota natura enunciarunt, & fuit, & erit vtique. siquidem modica transgressio à veritate discedentibus fit longe decies millies maior. vt si quis minimam quandam esse dicat magnitudinem: hic enim minimum introducens, maxima vtique amoueret Mathematicorum. Huius autem causa est, quia principium virtute maius est, quàm magnitudine. quapropter quod in principio modicum est, in fine fit perquam magnum. infinitum autem & principij, & quantitatis virtutem habet maximam. quare nihil absurdum est, neque irrationabile admirabilem esse differentiam ex eo, quòd sumptum sit, quòd est aliquod corpus infinitum.

†e.l. delet Philosophorum.

Parmus error in principio i fine fit maximus.

Principium virtute maius est, quã magnitudine.

Tex.34. ¶Quapropter de ipso dicendum est, à principio resumentibus. Necesse est igitur omne corpus aut simplicium, aut compositorum esse. quare & infinitum aut simplex erit, aut compositum. At vero & quòd finitis simplicibus necesse est finitum esse compositum manifestum est. quod enim ex finitis & multitudine, & magnitudine componitur, finitum est & multitudine,

tudine, & magnitudine. tantum enim erit, quãta sunt, ex quibus est compositum.

¶Restat igitur videre vtrum contingat alicuius simplicium infinitum esse magnitudine, an hoc impossibile. prius itaque, cum tractauerimus de primo corporum, sic consyderemus & de reliquis. Quòd igitur necesse sit omne corpus, quod circulariter fertur, finitum esse, ex his manifestum est. Si enim infinitum sit corpus, quod circulariter fertur, infinitæ erunt quæ à medio eiiciuntur: infinitorum autem distantia infinita est: distantiam autem dico lineãrum, extra quam nullam est sumere magnitudinem, tangentem lineas: hanc ergo necesse est infinitam esse: finitarum enim semper erit finita. Amplius autem semper est data maiorem accipere quare quemadmodum numerum dicimus infinitum, quia maximus non est, eadem ratio & de distantia. Si igitur infinitum non est pertransire, infinito autem existente, necesse est distantiam infinitam esse, non vtique contingeret cœlum moueri circulariter, cœlum autem videmus circulo ferri. & ratione etiam determinauimus quòd alicuius est circularis motus.

Tex.35.

¶Amplius à finito tempore, si abstuleris finitum tempus, necesse est & reliquum esse finitum, & habere principium. si tempus autem incessus habet principium, est principium eiusdem motus: quare & magnitudinis, super qua incessit. similiter autem hoc & in aliis. Sit itaque linea, in qua A C E, infinita ad alteram partem, qua est E. alia autem, in qua B B, ad vtramque partem infinita. Si itaque describat circulum linea A C E, à centro C feretur circulariter linea A C E, secans aliquando li-

Tex.36.

neam

Universidad de Deusto
Biblioteca

neam B B tempore finito : totum enim tempus, in quo circulariter latum est cœlum, finitum est : & ablatum igitur, quo secans ferebatur. erit igitur aliquod principium, quo primum linea A C E lineam B B secuit. sed impossibile est. non est igitur circulariter verti infinitum : quare neque mundum, si esset infi-

Tex.37. nitus. ¶ Amplius autem & ex his manifestum est quòd infinitum impossibile sit moueri. Sit enim linea A, quæ feratur iuxta lineam B, finita iuxta finitam. necesse est igitur simul & lineam A à linea B abscedere, & lineam B à linea A. quantum enim altera acceperit alterius, & altera illius tantum. Si igitur æqualiter moueantur in contrarium, velocius vtique absoluentur. si autem iuxta manentem ferantur, tardius eadem celeritate moto eo, quod iuxta

Tex.38. fertur. ¶ Sed illud quidem manifestum est quòd impossibile sit infinitam pertransire in tempore finito. in infinito ergo. ostensum enim est hoc prius in iis, quæ de motu. Restat autem nihil, aut finitam ferri iuxta infinitam, aut infinitam iuxta illam. cum enim hæc mouetur iuxta illam, & illa mouetur iuxta hanc similiter mota, & non mota. verum si moueantur ambæ, citius absoluentur : quamuis aliquando nihil prohibeat eam, quæ mouetur iuxta quiescentem, velocius pertransire, quàm eam, quæ contra mouetur, si quis fecerit eam, quæ contra mouentur, ambas ferri lente : eam autem, quæ iuxta quiescentem, multo illis ferri velocius. Nullum est igitur ad rationem impedimentum quòd iuxta quiescentem : quandoquidem motam contingit lineam A iuxta motam lineam B tardius transire. Si igitur infinitum

infinitum est tempus, quo finita, quæ mouetur, absoluitur, & id in quo infinita per finitam mota est, necesse est infinitum esse. Impossibile est igitur infinitum moueri omnino. si enim etiam per minimam moueatur, necesse est vt infinitum fiat tempus : at vero cœlum circumit, & pertransit totum circulo in tempore finito : quare circumit circuli totam, quæ intus est, vt A B, finitam. Impossibile est igitur id infinitum esse, quod circulo fertur. ¶ Insuper, quemadmodum lineam, cuius finis est, impossibile est esse infinitam, sed, si ad longitudinem, & superficiem similiter, qua finis est, non contingit. cum autem fuerit finita nusquam. vt quadrangulum infinitum, aut circulum, aut sphæram, quemadmodum neque pedale infinitum. Si igitur neque sphæra, neque quadrangulum, neque circulus est infinitus, non existente autem circulo, neq; vtique circularis latio erit. similiter autem non infinito existente, neque vtique erit infinitus. si vero circulus infinitus non sit, non vtique mouebitur circulariter infinitum corpus.

Tex.39.

¶ Amplius autem, si C centrum sit, linea autem A B infinita, & linea E ad rectum infinita, & linea C D, quæ mouetur, nusquam absoluetur à linea E, sed semper se habebit quemadmodum linea C E. secat enim, qua est F. non igitur circulariter fertur infinita.

Tex.40.

¶ Præterea si infinitum sit cœlum, moueatur autem circulo, in tempore finito infinitum erit pertransire. Sit enim cœlum quidem, quòd magnitudo, infinitum : quòd autem in hoc mouetur, æquale. quare si transit circulariter, infinitum eam sit, infinitum æquale sibi pertransiuit in tempore finito. sed hoc erat impossibile.

Tex.41.

Tex.42. ¶ Est autem conuertim dicere quòd, si finitum est tempus, In quo reuolutum est, & magnitudinem eam, quam pertransiuit, necesse est esse finitam: æquale autem sibi pertransiuit finitum igitur & ipsum est.

Tex.43. ¶ Quòd igitur id, quod circulo mouetur, non est interminatum, neque infinitum, sed habet

Tex.44. finem, manifestum est. ¶ At verò neque id, quod ad medium, neque quod à medio fertur, infinitum erit. contrariæ enim sunt lationes,

Contrariorum si alterum determinatum est, & alterum.

quæ sursum, & quæ deorsum: contrariæ autem ad contraria loca. contrariorum autem, si alterum determinatum est, & alterum determinatum est: medium autem determinatum est. si enim vndecunque feratur deorsum id, quod substat, non contingit transire vltra medium determinato ergo medio, & eum, qui sursum est, locum necesse est determinatum esse, sibi verò loca definita sunt, & terminata, & corpora

Tex.45. erunt terminata. ¶ Amplius, si sursum, & deorsum definita sunt; & medium necesse est esse definitum. Si enim non est definitum, infinitum vtique erit motus. hoc autem quòd impossibile sit, ostensum est prius. determinatum ergo est medium, quare & corpus, quod in hoc aut est, aut fore potest. at verò, quod sursum, & deorsum fertur, corpus potest in hoc fore natum ad

Tex.46. medium. ¶ Ex his itaq; manifestum est, quòd non contingit corpus esse infinitum. Et ad hæc, si grauitas non est infinita, neque vtique horum corporum vllum erit infinitum. necesse enim est infiniti corporis infinitam esse & grauitatem. Eadem autem ratio erit & de lenitate. si enim est infinita grauitas, est & leuitas, & infinitam sit, quod supertertur.

¶ Patet autem ex his. Sit enim finita, & sumatur infinitum quidem corpus, in quo A B Tex.47. grauitas autem ipsius, in quo C. auferatur igitur ab infinito finita magnitudo, in qua B D: & grauitas eius sit in quo E. Ipsum igitur E ipso C minus erit: minoris enim grauitas minor est. mensuret itaque minor quotiescunque libet: & vt grauitas minor ad maiorem, ita B D ad B F fiat: contingit enim auferri ab infinito quantumuis. Si ergo proportionales sunt magnitudines grauitatibus, minor autem grauitas minoris est magnitudinis, & maior vtique erit maioris: æqualis ergo erit finiti, & infiniti grauitas. Amplius, si maioris corporis maior est grauitas, ipsius G B maior erit grauitas quàm ipsius, F B. quare finiti grauitas quàm infiniti maior erit, & inæqualium etiam magnitudinum eadem grauitas erit: inæquale enim finito est infinitum. ¶ Nihil autem refert grauitates com- Tex.48.

Pars huius quæ ad tex. 49. desiit in textu Aueroys.

mensurabiles sint, aut incõmensurabiles. etenim, si incommensurabilia sint eadem erit ratio. vt si E tertio mensurans excedat C grauitatem: magnitudinibus enim B D tribus totis sumptis maior erit earum grauitas, quàm ea, in qua C. quare idem erit impossibile. ¶ Amplius au- Tex.49. tem contingit & commensurabiles sumere. nihil enim refert incipere à grauitate, an à magnitudine. Vt si sumatur commensurabilis grauitati ipsi C, ea in quo E, & ab infinito auferatur id quod habet grauitatem, in quo E, vt B D, deinde vt grauitas ad grauitatem B D, ita ad aliam fiat magnitudinem, vt ad B F, contingit etiam infinita existente magnitudine quantumuis auferri. his enim sumptis commensu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tabiles erunt & magnitudines, & grauitates
Tex.50. inuicem. ¶Nihil igitur refert ad demonstra-
tionem magnitudo, similis sit grauitatis, an
dissimilis. semper enim est assumere æque gra-
uia corpora ipsi B D, ab infinito quantauis aut
auferendo, aut addendo. Quare manifestum
est ex dictis quòd non erit infiniti corporis fini-
ta grauitas. infinita igitur. si ergo hoc impos-
bile est, & infinitum aliquod esse corpus impos-
Tex.51. sibile est. ¶At verò quod infinitam quandam
esse grauitatem impossibile sit, ex his manife-
stum est. Si enim tanta grauitas per tantum in
hoc tempore mouetur, tanta & adhuc in minori,
& eam analogiam, quam grauitates habent,
tempora econtrario habebunt. vt, si dimidia
grauitas in hoc, dupla in dimidio huius.
Tex.52. ¶Præterea finita grauitas omnem finitam li-
neam transibit in quodam tempore finito. Ne-
cesse est igitur ex his, si qua est infinita grauitas,
moueri quidem, quatenus tanta est, quanta finita, & amplius: non moueri autem, quatenus
proportione quidem secundum excessus oportet
Infiniti ad finitum nul la est ratio. moueri: contrariæ autem maiorem in minori
ratio autem nulla est infiniti ad finitum, neque
Idē 8. Phy. tex. 15. & in sua tex. 84. tis autem temporis ad maius finitum, sed semper
in minori: minimum autem non est.
¶Neque, si esset, vtilitas vlla vtique esset.
Tex.53. alia enim quæpiam finita maior sumpta huius
set in eadem ratione, in qua infinita ad alte-
tam esset: quare in æquali tempore, per æqua-
le vtique moueretur infinita finitæ. sed impossi-
bile est. At verò necesse est, si in quantouis tem-
pore, finito autem, mouetur infinita, & aliam in
eodem hoc finitam grauitatē moueri per quā-
dam finitum.

Impossi-

¶Impossibile est igitur infinitam esse grauitatem, similiter autem & leuitatem. & corpora
ergo infinitam habentia grauitatem, & leuita-
tem est impossibile. Quòd igitur non est infini-
tum corpus, palam est & per ea, quæ particula-
riatim fuerunt speculantibus hoc modo, & vniuersali-
ter consyderantibus, non solum secundum ra-
tiones, quæ in iis, quæ circa principia dictæ
sunt à nobis. determinatum est enim & in vni-
uersaliter prius de infinito quomodo est, & quo-
modo non est, sed & nunc alio modo.
¶Post hæc autem consyderandum est etiam, Tex.55.
si infinitum quidem corpus non sit vniuersum
ipsum, verum enim vero tantum quidem sit,
vt plures sint cœli. Forte enim vtique quis hoc
dubitabit, quòd quemadmodum, qui circa nos,
mundus constitutus est, ita nihil prohibeat &
alios esse plures cœlos, plures quidem vno, non
tamen infinitos. ¶Primum autem dicamus Tex.56.
vniuersaliter de infinito. Necesse est itaque cor-
pus omne aut infinitum esse, aut finitum. &, si
infinitum, aut dissimilare omne, aut similare.
& si dissimilare, aut ex finitis speciebus, aut ex
infinitis. ¶Quòd igitur non possibile est ex Tex.57.
infinitis, manifestum est, si quis nobis sinat ma-
nere primas suppositiones. Finitis enim primis
corporibus existentibus, necesse est & species sim-
plicium corporum esse finitas. simplex enim est
motus simplicis corporis motus. simplices autem si- *Omne cor-*
nitti motus sunt. necesse autem semper est mo- *pus necesse*
rem habere omne corpus naturale. At verò, si *est motū ha*
ex finitis erit infinitum, necesse est & partium *bere. Idem*
vnamquamque esse infinitam. dico autem, vt *infra. cō. 81.*
aquam, aut ignem. sed impossibile est: ostensum *& 3. Cæ. 21.*
est enim quòd neque grauitas, neque leuitas est *18 & 19.*

Tex.58. infinita. ¶ Amplius necessarium est infinita magnitudine esse & loca ipsarum. quare & motus infinitos omnium esse. hoc autem est impossibile, si ponamus veras esse primas suppositiones, & neque quod deorsum fertur in infinitum posse ferri, neque quod sursum secundum eandem rationem. impossibile enim est id fieri, quod non contingit esse factum, similiter in ipso, tale, & tantum, & ipso, vbi. dico autem, si impossibile est factum esse album, aut cubitale, aut in Ægypto esse, & fieri aliquid horum impossibile est. Impossibile est igitur & ferri illuc, quò nullum, quod fertur, peruenire potest.

Impossibile est fieri quæ non contingit factum esse.

Tex.59. ¶ Præterea, etsi discretæ sunt, nihilominus contingeret, qui ex omnibus, ignem infinitum esse.

Tex.60. ¶ Sed corpus est quod vndique dimensionem habet. Quare, quomodo possibile est plura quidem esse dissimilia, vnumquodque autem eorum infinitum esse? omni enim ex parte vnumquodque infinitum esse oportet.

Tex.61. ¶ At vero neque infinitum totum similare contingit esse. Primum enim non est alius præter istos motus: habebit igitur vnum horum. si autem hoc, accidet aut grauitatem infinitam esse, aut leuitatem infinitam. at vero non potest corpus, quod circulo fertur, esse infinitum: impossibile enim est infinitum ferri circulo. nihil enim refert hoc dicere, aut dicere cœlum infinitum esse. hoc autem ostensum est quod sit impossibile.

Tex.62. ¶ At vero neque omnino contingit infinitum moueri. aut enim secundum naturam mouebitur, aut violentia. & si violentia, est ipsi & qui secundum naturam est: quare & locus alius proprius, in quem feratur. hoc autem impossibile est. ¶ Quòd autem omnino impossibile Tex.63.

sit infinitum à finito pati aliquid, aut finitum facere, ex his manifestum est. Sit enim infinitum, in quo A, finitum autem, in quo B, tempus autem, in quo mouit aliquid, aut motum est, in quo C. si itaque ab ipso B ipsum A calefactum est, aut pulsum, aut aliquid aliud passum, aut etiam quoduis motum in tempore, in quo C, sit D ipso B minus, & minus in æquali tempore minus moueat. sit autem id, in quo E, ab ipso D alteratum. quod itaque est D ad B, hoc erit E ad finitum aliquod.

¶ Sit itaque quod æquale quidem est, in æquali tempore æquale alterans: quod autem, minus est in æquali minus: quod autem maius maius: tantum autem, quantum proportionale erit id quidem, quod maius est ad minus. Non igitur infinitum ab vllo finito mouebitur in vllo tempore, minus enim aliud in æquali tempore à minori mouebitur ad quod id, quod proportionale est. finitum erit. infinitum enim ad finitum in nulla proportione est. Tex.64.

¶ At vero neque infinitum vllo in tempore mouebit finitum. Sit enim in quo A infinitum, B vero finitum, tempus, in quo C. igitur D in C minus ipso B mouebit. sit F. quod itaque est B, & F totum ad F, ipsum E eandem rationem sit habens ad D. mouebit igitur E ipsum B F in C. finitum igitur, & infinitum in æquali tempore alterabunt, sed impossibile est. in minori enim quod maius est supponebatur, sed sumptum tempus idem semper faciet: quare non erit tempus vllum, in quo mouebit. At vero in infinito quidem non est mouisse, neque motum esse: finem enim non habet, actio autem, & passio Tex.65. *Finitum ab infinito non mouebit.*

habent. ¶Neque infinitum igitur ab infinito contingit aliquid pati. Sit enim A infinitum, & B, tempus autem, in quo passum est B ab A, in quo C D. Pars igitur infiniti, in quo E, quia totum B passum est non in tempore æquali idem, supponatur enim in minori tempore moueri quod minus est. sit E motum ab A in tempore D. quod itaque est D ad C D, hoc est ipsum E ad aliquid ipsius B finitum. hoc igitur necesse est ab A motum esse in tempore C D. ab eodem enim supponatur in maiori, & minori tempore maius, & minus pati quæcunque proportionaliter tempori diuisa sunt.

Tex.66. *Infinitū ab infinito non pati.*

Tex.67. ¶In nullo igitur tempore finito possibile est infinitum ab infinito motum esse. in infinito ergo. sed infinitum quidem tempus non habet finem: quod autem motum est, habet.

Tex.68. ¶Si igitur omne corpus sensibile habet virtutem actiuam, aut passiuam, aut ambas, impossibile est corpus infinitum sensibile esse.

Tex.69. *Quæcunq; corpora in loco sunt. omnia sensibilia.*

¶At vero & quæcunque quidem corpora in loco sunt, omnia sensibilia non est igitur vllum corpus infinitum extra cœlum. At vero neque vsque ad aliquid: nullum igitur omnino corpus extra cœlum est. Si enim intelligibile fuerit in loco: extra enim, & intra locum significant. quare erit sensibile: sensibile autem nullum est non in loco.

Extra, & intra locum significant.

Tex.70. ¶Rationabilius autem est aggredi & sic. Neque enim circulo possibile est moueri infinitum, similare existens. medium enim infiniti non est: quod vero circulo circa medium mouetur. At vero neque super recta possibile est ferri infinitum. oportebit enim alterum esse tantum locum infinitum, in quem feretur secundum

cundum naturam, & alium tãtum, in quem præter naturam.

¶Amplius, siue natura habeat motum eundi Tex.70
in rectum, siue violentia moueatur, vtroque modo oportebit infinitam esse mouentem potentiam. etenim infinita infiniti est, & infiniti infinita vis: quare erit & mouens infinitum. Ratio autem est in iis, quæ de motu, quod nihil finitorum virtutem habet infinitam, neque infinitorum quicquam virtutem habet finitam. Si igitur id, quod secundum naturam, & præter naturam contingit moueri, erunt duo infinita, & quod mouet sic, & quod mouetur.

¶Amplius, quid est id, quod infinitum mo- Tex.71.
ueri? Si enim ipsum seipsum mouear, animatum erit. hoc autem quomodo possibile, infinitum esse animal? Si autem aliud quid est mouens, duo erunt infinita, & mouens, & quod mouetur, differentia secundum formam, & potentiam.

¶Si autem vniuersum non sit conti- Tex.71.
nuum, sed, quemadmodum dicit Democritus, *Democritus.*
& Leucippus, distermnata sunt vacuo, necessa- *tus.*
rium est omnium vnum esse motum: distermi- *Leucippus.*
nata enim sunt figuris. naturam autem esse diuersorum vnam, quemadmodum si aurum esset vnumquodque, segregatum. Horum autem, *Idem est*
quemadmodum diximus, necessarium est eun- *motus totius,*
dem esse motum. quo enim vna gleba, & tota *& partis.*
terra fertur, atque totus ignis & scintilla in eundem locum. quare neque leue simpliciter vllum erit corporum, si omnia habent grauitatem. si autem leuitatem, graue nullum erit.

¶Præterea, si grauitatem habet, aut leuitatem Tex.74.
erit aut vltimum quid vniuersi, aut medium. hoc autem est impossibile, cum infinitum sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnino autem, vbi non est medium, aut vltimum, neque hoc quidem est sursum, hoc autem deorsum, nullúsque lationis locus erit corporibus. hoc autem non existente, motus non erit. necesse enim est moueri aut secundum naturam, aut præter naturam. hæc autem determinata sunt locis, & propriis, & alienis.

Tex.75. ¶Præterea, si vbi præter naturam aliquid manet, aut fertur, necesse est cuiusdam alterius esse hunc locum secundum naturam (hoc autem credibile est ex inductione) necesse sanè est non omnia grauitatem habere, aut leuitatem, sed hæc quidem, hæc vero non. Quòd igitur infinitum non sit corpus ipsius vniuersi, ex his manifestum est.

Summa Octaua. Mundum vnum numero esse.

Caput Primum. Propositiones enumerantur, quibus hæc quæstio absolvitur.

Tex.76. VT autem neque plures esse cœlos possibile est dicamus. hoc enim diximus considerandum esse, siquis non putat vniuersaliter ostendium esse de corporibus quòd impossibile est extra mundum hunc esse quoduis ipsorũ, sed solũ de indefinite positis dictam esse rationẽ. Omnia enim & manent, & moueantur violentia, & secundum naturam. & secundum naturam quidem, in quo manent non violentia, & feruntur, & in quẽ feruntur, & manent in quo autem violentia, & feruntur violentia: & in quem violentia feruntur, violentia & manent. Amplius, si violentia hæc latio sit, contraria secundum naturam.

Caput Secundum. Demonstrationem assignat, ostendentem vnum esse mundum.

AD medium autem, quod hic est, si violentia feratur terra illinc, hinc feretur illuc secundum naturam. &, si manet hic, motus, qui illinc fit, non violentia fit, & feretur huc secundum naturam, vnus enim est motus secundum naturam. Tex.77. ¶ Præterea necesse est omnes Tex.78. mundos ex eisdem esse corpotibus, similiter autem existentes secundum naturam. At vero & corporum vnumquodque necessarium est eandem habere potentiam, vt dico ignem, & terram, & quæ inter hæc media sunt. Si enim æquiuoca hæc sunt, & non secundum eandem speciem dicuntur ea, quæ illic, & quæ apud nos sunt, & ipsum vniuersum æquiuoce dicetur mũdus. Palam est igitur quòd hoc quidem à medio ferri natum est, hoc autem ad medium ipsorum, si omnis ignis eiusdem speciei cum igni est, & aliorum vnumquodque, quemadmodum &, quæ in hoc sunt, partes ignis. Quòd autem necesse sit sic se habere ex iis, quæ circa motus dictæ sunt, suppositionibus manifestum. nam & motus finiti sunt: & vnumquodque elementorum dicitur secundum vnumquemque motum. *Iliad. Fur.* *mam.*

¶Quare, si & motus iidem sunt, & elemẽta ne- Tex.79. cesse est esse vbique eadem. Natæ sunt igitur ferri & ad hoc quidem medium terræ partes, quæ in alio mundo sunt, & ad hoc quidẽ extremum, qui ibi est, ignis. sed impossibile est. Si enim hoc accidat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dat, necesse est ferri sursum quidem terram in proprio mundo, ignem autem ad medium. similiter autem & eam, quæ hic est, terram à medio ferri secundum naturam, dum ad medium, quod illic est, fertur, propterea quòd mundi sic posito
Tex.80. sunt adinuicem. ¶Aut enim non ponendum est eandem esse naturam simplicium corporum in pluribus cœlis, aut dicentes sic medium vnum, & extremum facere necesse est: hoc autem, cum sit absurdum, impossibile est mundos vno plures esse.

Caput Tertium. Dubitationes soluit, quibus existimari potest plures esse mundos.

Tex.81. EXistimare autem aliam esse naturam simplicium corporum, si distent minus, aut plus à propriis locis, irrationabile est. quid enim refert tanta dicere longitudine distare, an tantò? different enim secundum rationem eo magis,
Tex.82. quo plus: forma autem eadem est. ¶At verò necesse est aliquem esse motum ipsorum. Quòd enim mouentur, manifestum est. Vtrum igitur vi omnibus moueri, & contrariis dicemus? sed quod non natum est omnino moueri, impossibile est hoc vi moueri. Si igitur est aliquis motus ipsorum secundum naturam, necesse est eorum, quæ eiusdem sunt speciei, & singulorum ad vnum numero locum existere motum, vt ad hoc aliquod medium, & ad hoc aliquod extremum. ¶Si autem ad specie eadem, plura
Tex.83. autem, quia & singula plura quidem sunt, specie autem vnumquodque indifferens est, non huic quidem partium, huic autem non, tale esset, sed similiter omnibus. similiter enim eiusdem

secundum speciem indifferentes sunt adinuicem, numero autem altera est quæcunque à quacunque. ¶Dico autem hoc, quoniam si Tex.84.
partes, quæ hic sunt, & quæ in altero mundo, adinuicem similiter se habent. & sumpta hinc nihil differenter se habet ad aliquam earum partium, quæ in aliquo alio mundo sunt, & quæ in hoc ipso, sed similiter. differunt enim nihil specie adinuicem. ¶Quare necessarium est aut Tex.85.
dimouere has suppositiones, aut medium vnum esse, & extremum. hoc autem existente, necesse est & cœlum vnum solum esse, & non plures, his eisdem argumentis, & eisdem necessitatibus.

Caput Quartum. Quæstiam, quibus concludebatur Vnitas mundi, propositiones explanat.

QVod autem sit aliquid, quo nata est terra ferri, & ignis, palam est & ex aliis. omnino Tex.86.
enim quod mouetur, ex quodam in quiddam mutatur. & hæc, ex quo, & in quod, specie differunt. omnis enim mutatio finita est: vt quod sanatur ex morbo in sanitatem, & quod augmentatur ex paruitate in magnitudinem. & quod fertur igitur: etenim hoc fit alicunde aliquo, oportet igitur specie differre. ex quo, & in quod natum est ferri (quemadmodum id, quod sanatur) non quò contigerit, neque quò vult mouens. & ignis ergo, & terra non in infinitum feruntur, sed ad opposita: opponuntur autem secundum locum sursum, & deorsum: quare ista sunt termini lationis.
¶Quandoquidem & qui circulo habet quo- Tex.87.
dammodo opposita ea, quæ secundum diametrum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

trum, vniuerſo autem non eſt contrarium quicquam: quare & his aliquo modo motus ad oppoſita ſit, & finita. Neceſſe eſt igitur eſſe aliquem finem, & non in infinitum ferri.

Tex.88. ¶ Coniectura autem eſt non in infinitum ferri, & terram quidem, quanto propinquior fuerit medio, velocius ferri, ignem autem quanto ei, quod eſt ſurſum. ſi autem infinitum eſſet, infinita vtique eſſet & velocitas. ſi vero velocitas, & grauitas, & leuitas, vt enim quod inferius magis tendit velocitate, quàm alterum, grauitate vtique eſt velox, ſic, ſi infinitum eſſet huius incrementum, & velocitatis incrementum infinitum vtique eſſet. ¶ At vero neque ab alio

Tex.89. hoc quidem ipſorum ſurſum fertur, hoc autem deorſum, neq; vi (quemadmodũ quidam aiunt) per extruſionem. tardius enim moueretur ma-

Motus violentus remittitur ſine. ior ignis ſurſum, & maior terra deorſum: nunc autem contra ſemper maior ignis velocius ferretur, & maior terra in ſuum locum. Neque velocius vtique prope finem ferrentur, ſi vi, & extruſione mouerentur. omnia enim ab eo, quod vim attulit, longius exiſtentia, tardius ferunntur. & vnde vi, illuc ferunntur non vi.

Caput Quintum. Ex prima Philoſophia demonſtrationem aſſignat.

Tex.90. QVare ex his ſpeculantibus eſt accipere fidem de iis, quę diximus, ſufficienter. Poſterea autem & per eas, quæ ex prima Philoſophia ſunt rationes, oſtendetur vtique, & ex eo, qui circulatiter fit, motu, quem neceſſarium eſt ſempiternum ſimiliter hic eſſe, & in aliis mundis. Manifeſtum autem etiam ſic ſex

conſyderantibus quòd neceſſe eſt vnum eſſe cœlum.

Caput Sextum. Demonſtrationem tertiam, virtute prima propinquam affert.

TRibus enim exiſtẽtibus corporeis elemen- Tex.91.
tis, tria erunt & loca elementorum. Vnus quidem ſubſiſtẽtis corporis, qui circa medium eſt. Alter autem eius, quod circulatiter *Vide comm. Zim.*
ferretur, qui quidem eſt extremus. Tertius, qui inter hæc medius eſt, qui medij eſt corporis. neceſſe eſt enim in hoc eſſe id, quod ſupertertur. ſi enim non in hoc, extra erit, ſed impoſſibile eſt extra: hoc enim ſine grauitate, hoc autem habens grauitatem. magis autem deorſum eſt cuiuſus corporis grauitatem habentis locus, ſi qui in medio eſt, ipſius grauis eſt. At vero neque præter naturam: alij enim erit ſecundum naturam, aliud autem non eſt. neceſſe eſt igitur vt in medio ſit. huius autem ipſius quæ ſint differentiæ, poſterius dicemus. De corporeis igitur elementis, & quæ ſint, & quot, & quis vniuſcuiuſque locus, inſuper autem omnino quot ſecundum multitudinem ſint ipſa loca, manifeſtum eſt nobis ex dictis. ¶ Quòd autem non Tex.92.
ſolum vnus eſt, ſed & impoſſibile eſſe plures, inſuper autem quòd ſempiternus, cum incorruptibilis ſit, & ingenerabilis, dicamus, primum dubitatione facta de ipſo.

Caput Septimum. Dubitationem commemorat, qua dubitari poteſt plures eſſe cœlos, eámque ſolvit.

VIdebitur enim vtique ſic conſyderantibus impoſſibile vnum, & ſolum eſſe ipſum.

In

Universidad de Deusto
Biblioteca

In omnibus enim, & quæ natura, & quæ ab arte facta sunt, & constant, aliud est ipsa per seipsam forma. & mista cum materia. vt sphæræ alia forma, & aurea, & æneasphæra. & tursus circuli alia forma, & æneus, & lineus circulus. nam quod quid erat esse sphæræ, aut circulo dicentes, non dicemus in ratione aurum, aut æs, tanquam non existant hæc de substantia. si vero æneam, aut auream dicemus: etiam si non possumus intelligere, aut sumere aliud aliquid præter singulare. quandoque enim nihil probibet hoc accidere, vt si solus vnus sumatur circulus: nihilo enim minus aliud erit esse circulo & huic circulo & illud quidem forma, hoc autem forma in materia, & eorum, quæ singularia sunt. Quoniam igitur cœlum est sensibile, singularium vtique erit: sensibile enim omne in materia existit. si autem singularium, aliud erit esse huic cœlo, & cœlo simpliciter. Alterum igitur est hoc cœlum, & cœlum simpliciter: & hoc quidem vt species, & forma, illud autem vt cum materia mistum. Quorum autem est forma quædam, & species, eorum aut sunt, aut esse possunt plura singularia. Siue enim sint species, quemadmodum dicunt quidam, necesse est hoc accidere. siue etiam separatum nihil talium sit, non minus. in omnibus enim sic videmus, quorumcunque substantia in materia est, plura, & infinita esse ea, quæ eiusdem sunt speciei. quare aut sunt plures cœli, aut cõtingit plures esse. Ex his igitur suspicabitur vtique aliquis & esse, & contingere plures esse cœlos.

Alterũ est hoc cœlum, & cœlũ simpliciter.

In omnibus, quorũ substãtia est in materia. plura sunt, quæ sunt eiusdem speciei.

¶ Consyderandum autem est tursus quid bonum dicitur bene, & quid non bene. Aliam igitur esse formæ rationem eam, quæ sine materia est, & eam, quæ in materia est, bene dicitur. atque hoc verum. sed nihilominus nulla necessitas est propter hoc plures esse mundos: neque contingit esse plures, si iste ex tota est materia, quemadmodum & est. Tex.93.

¶ Sic autem magis forte erit, quod dicitur, manifestum. Si enim similitas curuitas est in naso, aut carne, & caro est materia similitatis, si ex omnibus carnibus vna fiat caro, & existat in hac similitas, nihil vtique aliud aut esset simum, aut cõtingeret fieri. similiter autem & si carnes, & ossa materia sunt in homine, si ex omni carne, & ossibus non potentibus dissolui homo fieret, non vtique contingeret alium esse hominem. similiter autem & in aliis. omnino enim quoruncunque substantia est in subiecta quadam materia, horum nihil contingit fieri, non existente aliqua materia. ¶ Cœlum autem est quidem eorum, quæ singularia sunt, & eorum, quæ ex materia. sed, si non ex parte ipsius constat, sed ex vniuersa, esse quidem ipsius cœli, & huius cœli aliud erit, non tamen aut erit aliud, aut vtique contingeret fieri plures, propterea quòd hoc materiam comprehendit vniuersam. Hoc igitur ipsum tursus ostendere quòd ex vniuerso naturali, & sensibili constat corpore. Tex.94. Tex.95.

Quoruncũque substãtia est in subiecta quadam materia, horum nihil contingit fieri, non existente aliqua materia.

Cœlũ quid. & quot modis dicatur.

Caput Vltimum. Ostenditur causa, quare Mundus sit vnus, & non plures.

Dicamus autem primum quid dicimus esse cœlum, & quotupliciter, vt magis nobis manifestum fiat quod quæritur. Vno igitur modo cœlum dicimus substantiam extremæ vniuersi circumlationis, aut corpus naturale, quod Tex.96.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in extrema est circumlatione vniuersi. consueuimus enim maxime extremum, & sursum vocare cœlum, in quo & diuinum omne collocatum esse dicimus. Rursus autem alio modo corpus continuum extremæ circumlationi ipsius vniuersi, in quo Luna, & Sol, & quædam astrorum sunt. etenim hæc in cœlo esse dicimus. Præterea aliter dicimus cœlum contentum corpus ab extrema circumlatione. totum enim, & vniuersum consueuimus dicere cœlum.

Tex.97. ¶Tripliciter igitur cum dicatur cœlum, torum ab extrema contentum circumlatione necesse est ex omni constare naturali, & sensibili corpore: propterea quòd neque vllum est extra cœlum corpus, neque contingit esse. Si enim est extra extremam circumlationem corpus naturale, necesse est ipsum, aut simplicium esse corporum, aut compositorum, & aut secundum naturam, aut præter naturam sese habere. Simplicium igitur nullum vtique erit. quod enim circulariter fertur, ostensum est quòd nō potest permutare suum ipsius locum. At vero neque sub, quod à medio, esse potest, neque quod subtus. secundum enim naturam non vtique erunt, alia enim ipsorum sunt propria loca. Præter autem naturam si sunt, alij cuidam erit secundum naturam, qui extra est, locus. cum enim, qui huic præter naturam est, necessarium est alij esse secundum naturam. sed non est aliud corpus præter hæc. Non ergo est possibile vllum simplicium corporum extra cœlum esse. si autem non simplicium, neque mistorum: necesse est enim & simplicia esse misto existente.

Tex.98. ¶At vero neque esse est possibile. aut enim præter naturam erit, aut secundum naturam, & aut

aut simplex, aut mistum. quare rursus eadem vetustet ratio, nihil enim refert considerare si est, an fore potest. Manifestum est igitur ex dictis quòd neque est extra, neque fore contingit vllius corporis molem, ex tota enim est propria materia totus mundus. materia enim ipsi est naturale corpus, & sensibile. Quare neque nunc sunt plures cœli, neque fuerunt, neque contingit fore plures, sed vnum, & solum, & perfectum est hoc cœlum.

Summa Nona. Extra mundum nec plenum, nec vacuum dari.

Tex.99. SImul autem manifestum est quòd neque locus, neque vacuum, neq; tempus est extra cœlum. in omni enim loco corpus esse possibile est. Vacuum autem esse dicunt, in quo non est corpus, possibile autē esse. Tempus autem est numerus motus, motus autem sine naturali corpore non est.

Extra Cœlū nō est neque locus, neque vacuū, neq; tempus. 1 de cœlo. text. com. 27.

Tex.100. ¶Extra autem cœlum quòd neque est, neque contingit esse corpus, ostensum est. Manifestum igitur est quòd neque locus, neque vacuum, neque tempus est extrinsecus. Quapropter neque quæ illic sunt, nata sunt in loco esse, neque tempus ipsa facit senescere, neque vlla transmutatio vllius eorum est, quæ super existentia disposita sunt latione, sed inalterabilia, & impassibilia, optimam habentia vitam, & per se sufficientissimam, perseverant toto æuo. Etenim hoc nomen diuine enunciatum est ab Antiquis. finis enim. qui cōtinet vitæ vniuscuiusque tempus, cuius nihil est extra secundum natu-

tam, æuum vniuscuiusque vocatum est. Secundum eandem autem rationem & totius cœli finis, & finis omne tempus, ac infinitatem continens, æuum est, ab eo, quòd sit semper, sumpta denominatione, immortale, & diuinū. vnde & aliis pendet, his quidem exactius, his autem obscurius esse; & viuere. Etenim, quemadmodum in vulgaribus sententiis circa diuina ἐγκυκλίοις φιλοσοφήμασι. declaratur rationibus, quòd diuinum ipsum intransmutabile esse necesse est omne. primum, ac maxime summum, quod sic se habeus, attestatur iis, quæ dicta sunt. neque enim aliud melius est, quod moueat: illud enim esset vtique diuinius. neque habet prauitatem vllam, neque indigens suorum bonorum vllo est. Et incessabili vtique motu mouetur rationabiliter. omnia enim quæ mouentur, quiescunt, cum veniunt in proprium locum. eius autem corporis, quod circulariter mouetur, idem est locus, vnde incepit, & in quem finit.

Summa Decima. Incorruptibilem esse mundum, eique nullam corruptionis inesse potentiam: & eiusmodi non posse aliquid esse genitum, non interiturum, nec quicquam perituruum esse, quod ingenitum existerat.

Caput Primum. Antiquorum de Mundi generatione, corruptioneque sententias examinat, eosque refellit.

Tex.101. IS autem determinatis dicamus postea hæc vtrum sit ingenerabile, an generabilis, & incorruptibilis, an corruptibilis, narratis prius aliorum opinionibus. contrarium enim demonstrationes dubitationes de contrariis sunt. simul autem & magis vtique credibilia erunt dicenda iis, qui ante audierint dubitatorum sermodū iustificationes. nam videri indicta causa condemnare, minus vtique nobis inerit. etenim oportet eos arbitros esse, non aduersarios, qui veritatem sunt iudicaturi sufficienter.

¶Genitum igitur omnes esse dicunt. Sed genitum, hi quidem sempiternum. Alij vero corruptibilem, quemadmodum quodcunque aliud eorum, quæ natura constant. Quidam autem vicissim, quandoque quidem sic, quandoque autem aliter se habere patientem corruptionem, & hoc semper perseuerare sic, quemadmodum Empedocles Agrigentinus, & Heraclitus Ephesius. Genitum igitur esse. sempiternum tamen esse dicere, impossibilium est. sola enim hæc ponenda sunt rationabiliter, quæcunque in multis, aut omnibus videmus esse. de hoc autem accidit contrarium. omnia enim, quæ generantur, & corrumpi videntur. Tex.102.

¶Amplius autem quod non habet principium sic se habendi, sed non potest aliter habere prius per omne æuum, impossibile est & mutari. erit enim aliqua causa, quæ, si prius esset, possibile vtique esset aliter habere quod impossibile est aliter sese habere. Si autem prius ex aliter habentibus constitutus est mundus, siquidem semper sic habentibus, & impossibilibus aliter habere, non vtique factus est. Si autem factus est, necesse est scilicet & illa possibilia esse aliter habere, & non semper sic se habere, quare & constituta dissoluentur, & dissoluta prius constituta fuerunt. & hoc infinities, aut sic habebat, aut poterat. Si autem hoc, nō vtique Tex.103.

Universidad de Deusto
Biblioteca

erit incorruptibilis, neque si aliter habebat aliquando, neque si possibile sit aliter habere.

Tex. 104. ¶ Auxilium autem, quod quidam eorum conantur afferre subtilis, qui dicunt incorruptibilem quidem esse, sed factum, non est verum. similiter enim dicunt iis, qui designationes defecturas sunt, & seipsos dixisse de generatione, non tanquam generato aliquando, sed doctrinæ gratia, tanquam qui magis cognoscant, si velut designationem, viderint factum.

Tex. 105. ¶ Hoc autem est, quemadmodum dicimus, non idem. in effectione enim designationum, positis omnibus esse simul, idem accidit, in horum autem demonstrationibus non idem, sed impossibile. quæ enim accipiuntur prius, & posterius, subcontraria sunt.

Tex. 106. ¶ Ex inordinatis enim aliquando ordinata facta esse dicunt. simul autem idem inordinatum esse & ordinatum impossibile est, sed necesse est generationem esse separantem. & tempus. in designationibus autem nihil tempore segregatum est. Quòd igitur est impossibile simul sempiternum esse ipsum, & factum, esse manifestum est. ¶ Vicissim autem constituere, atque dissoluere nihil aliud facere est, quàm extruere ipsum, sempiternum quidem, sed mutantem formam: quemadmodum si quis ex puero virum factum, & ex viro puerum, quandoque quidem corrumpi, quandoque autem esse putet. palam enim est quòd & seinuicem eadem mentis conuenientibus, non quiuis ordo sit, & constitutio, sed idem: præsertim & secundum eos, qui hunc sermonem dixerunt, qui dispositionis vtriusque causam faciunt ipsum conditorem. Quare, si totum corpus continuum existens,

sient, quandoque quidem sic, quandoque autem alio modo disponitur, & perornatur: vniuersi autem constitutio mundus est, & cœlum: non vtique mundus fiet, ac corrumpetur, sed dissoluentur positiones ipsius. ¶ Omnino autem factum corrumpi, & non reuerti, vno quidem existente, impossibile est. priusquam enim fieret, semper existebat, quæ ante ipsum erat, constitutio, quam non factam non possibile esse dicimus transmutari. infinitis autem existentibus contingit magis. At verò & hoc, vtrum impossibile sit, an possibile, erit manifestum ex iis, quæ posterius. Tex. 108.

¶ Sunt autem quidam, quibus fieri posse videtur, & ingenerabile quippiam existens corrumpi, & genitum incorruptibile perdurare, vt in Timæo. ibi enim ait Timæus cœlum factum quidem esse, non tamen esse corruptibile, sed forte quidem reliquo semper tempore. ad quos naturaliter quidem de cœlo solum dictum est, vniuersaliter autem de omni speculantibus erit & de hoc manifestum. Tex. 109.

Caput Secundum. An dari possit ingenitum corruptibile, aut genitum incorruptibile.

Pars Prima. Quot modis generabile, & corruptibile, ingenerabile, & incorruptibile dicatur: causaque assignatur, cur, vbi sunt nomina æquiuoca, eorum primum significata enumerare oporteat.

PRimum autem diuidendum est quomodo ingenerabilia & generabilia, dicimus, & corruptibilia, & incorruptibilia. Multipliciter enim cum dicantur, & si nihil refert ad ratio- Tex. 110.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem, necesse est intellectum indeterminate se habere, si quis eo, quod multipliciter dividitur, tanquam indivisibili vtatur: immanifestum enim est secundum quam naturam ipsi accidit quod dictum est. ¶Dicitur autem ingenerabile vno quidem modo, si sit aliquid nunc, quod prius non erat, sine generatione, & mutatione, quemadmodum quidam tangi, & moueri dicunt. non enim generari dicunt id, quod tangitur, neque id, quod mouetur. Vno autem, si quid, quod potest fieri, aut factum esse, non est, similiter enim & hoc ingenerabile, quia contingit fieri. Vno vero, si quid omnino impossibile est factum esse, vt quandoque quidem sit, quandoque autem non. Impossibile autem dicitur dupliciter. aut enim simpliciter, quia non verum est dicere quòd factum vtique erit, aut quia non facile, neque cito, aut bene.

Tex.111. *Ingenerabile tripliciter*

Impossibile dupliciter.

Tex.111. *Generabile.* ¶Eodem autem modo & Generabile. Vno quidem, si quod non erat prius, posterius sit, siue genitum, siue absque generatione quandoque quidem non sit, rursus autem sit. Vno autem, si possibile sit, siue veritate definito possibili, siue facilitate. Vno vero, si generatio ipsius sit ex eo, quod non est, in id, quod est, siue iam existente, sed per generationem existente, siue etiam nondum existente, verùm contingente.

Tex.111. *Corruptibile.* ¶Et Corruptibile autem, & Incorruptibile similiter. Aut enim quod prius aliquid est, posterius autem non est, aut contingit non esse, corruptibile esse dicimus, siue corruptionem habiens aliquando, & mutationem, siue non. Est autem quando & quod per corruptionem contingit non esse, corruptibile esse dicimus. Et adhuc aliter quod facile corrumpitur, quod di-

xerit aliquis vtique facile corruptibile.

¶Et de Incorruptibili eadem ratio. Aut enim quod sine corruptione quandoque quidem est, quandoque autem non est, vt tactus ipsos, quia, cum prius sine corruptione sint, posterius non sunt. Aut existens quidem, † impossibile autem non esse. Aut etiam non futurum aliquando, nunc autem existens. tu enim es, & tactus nunc, sed tamen corruptibiles: quia erit aliquando, quando neque te esse verum erit dicere, neque hæc tangere. Maxime autem proprie quod quidem est, sed impossibile est corruptum esse sic, vt nunc existens posterius non sit, aut contigat non esse. Aut & id, quod nondum corruptum est, contingit autem posterius non esse. Dicitur autem incorruptibile & quod non facile corrumpitur.

Tex.114. *Incorruptibile.*

† *a.l. possibile autem non esse.*

tactus sunt etiã non futurum aliquando.

Pars Secunda. Quo pacto aliquid dicatur habere potentiam, aut non habere. Quáve lege potentia, & impotentia definiantur.

ITaque, si hæc sic se habent, considerandum est quomodo dicimus possibile, & impossibile. Propriissime enim dictum incorruptibile est eo, quòd non possit corrumpi, neque aliquando quidem esse, aliquando autem non. Dicitur autem & ingenerabile quod impossibile est, & quod non potens est fieri sic, vt prius quidem non sit, posterius autem sit, vt diametrum commensurabilem. ¶Si igitur aliquid potest mouere per stadia centum, aut leuare pondus, sempet ad plurimũ dicimus. vt talenta leuare centum, aut per stadia ambulare centum: quamuis & partes, quæ infrà sunt, possit, si & excessum.

Tex.115.

Tex.116.

tanquam oporteat definiri potentiam ad finem excessus. necesse est igitur id, quod secundum excessum tot potest, & quæ infrà sunt, posse. vt si talenta centum leuare, & duo: & si per stadia centum, & per duo posse ambulare. Potentia autem ipsius excessus est. Et vtique si quid non potest tantum, secundum excessum nobis dicentibus, & plura non potest. vt non potens per mille ambulare stadia, manifestum est quòd neque
Tex.117. per mille & vnum. ¶ Nihil autem nos turbet. determinetur enim secundum excessus finem id, quod proprie posse dicitur. Forsitan enim instabit vtique quis quòd non necesse sit quod dictum est. Videns enim stadium, non vtique, quæ infra sunt, videbit magnitudines. sed contra potius potens videre punctum, aut patuum audire sonum, & maiorum habebit sensum. Sed nihil refert ad rationem. determinetur enim aut in potentia aut in re excessus. id enim, quod dicitur, manifestum est. visus enim, qui minoris est, excedit: velocitas autem, quæ est maioris.
Tex.118. ¶ Determinatis autem his, dicere oportet id, quod deinceps est. Si itaque sunt quædam possibilia & esse, & non necesse est tempus aliquod plurimum ipsius esse, & ipsius non esse determinatum esse. dico autè quo possibile est rem esse, & quo possibile est non esse, secundum quodcunque prædicamentum vt hominem, aut album, aut triciubitum, aut aliud quodcunque talium. si enim non erit quantum quoddam, sed semper proposito maius, & quo non est minus, infinito erit tempore idem possibile esse, & non esse alio infinito. sed hoc impossibile.

Tan

Pars Tertia. Impossibile esse aliquid esse perpetuum, & ei inesse potentiam ad privationem.

PRincipium autem sit hinc. Nam impossibile, & falsum non idem significat. est autem Impossibile & Possibile, & Falsum & Verum ex suppositione quidem: dico autem vt triangulum impossibile est duos rectos habere, si hæc. & diameter commensurabilis est, si hæc. sunt autem simpliciter & possibilia & impossibilia, & falsa & vera. Non igitur idem est, & falsum aliquid esse simpliciter, & impossibile simpliciter. te enim non stantem dicere stare falsum quidem est, non autem impossibile. similiter autem & citharizantem, non autem cantantem cantare dicere, falsum quidem est, sed non impossibile. simul autem stare, & sedere, & diametrum commensurabilem esse non solum falsum est, sed & impossibile. Non igitur idem est supponi falsum, & impossibile. accidit autem impossibile ex impossibili. Sedendi igitur, & standi simul habet potentiam. quia quando habet illam, & alteram: sed non sic, vt simul sedeat, & stet, sed in alio tempore. Tex.119. *Impossibile, & falsum non idem.*

¶ Si itaque aliquid infinito tempore plurium habet potentiam, non est in alio tempore, sed hoc simul. quare, si quid infinito tempore existens, corruptibile est, potentiam habebit vtique, vt non sit. Si itaque infinito tempore est, sit id, quod potest, scilicet non esse. simul igitur & erit, & non erit secundum actum. falsum igitur accidet vtique, quia falsum positum est: sed, si non impossibile esset, non vtique & impossibile esset id, quod accidit. Omne igitur, quod semper est, simpliciter incorruptibile est. similitor Tex.120.

autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem & ingenerabile. si enim generabile, erit possibile tempore aliquo non esse.

Pars Quarta. Nil dari æternum corruptibile, nec generabile æternum.

Tex.111. COrruptibile enim id est, quod prius quidem erat, nunc autem non est, aut quod contingit aliquando posterius non esse. Generabile autem est, quod contingit prius non esse. Sed in quo, id quod semper est, possibile sit vt non sit, nullum est tempus aut finitum, aut infinitum. etenim finito tempore potest esse, si & infinito. non igitur contingit vnum, & idem semper posse esse, & non esse. at vero neque negationem, ceu inquam non semper esse. impossibile est ergo & semper quidem aliquid esse, atque corruptibile esse. Similiter autem neque generabile. duorum enim terminorum si impossibile sit posteriorem sine priore existere, si hunc impossibile existere, & posteriotem. quare, si quod semper est, non contingit aliquando non esse, impossibile est & generabile esse.

Pars Quinta. Quibus in rebus inueniatur generatio, & corruptio. Et quòd generabile, aut corruptibile non possit esse æternum.

Tex.112. QVoniam autem negatio eius quidem, quòd semper potest esse, est, quod non semper potest esse: quod autem semper potest nõ esse, contrarium est cuius negatio est quod non semper potest non esse, necesse est negationes amborum eidem inesse, & esse medium eius, quod semper est, & eius, quod semper non est, id, quod possibile est esse, & non esse. vtriusque enim negatio quandoque existet, si non semper sit. Quare, si & quod non semper non est, erit quandoque, & non erit, & quod non semper potest esse sanè, sed quandoque est ita, vt & non sit. idem igitur erit possibile esse, & non. & hoc est ambotum medium. ¶Ratio autem vniuersalis hæc est. Tex.113. Sint enim A, & B nulli eidem possibilia inesse. omni autem A, aut C & B, aut D necesse est itaque, cui neque A ineſt, neque B omni inesse C D. sit itaque E medium inter A B. contrariorum enim quod neutrum est, medium est. huic itaque necesse est ambo inesse, & D, & C omni enim aut A, aut C inest. quare & ipsi E. quoniam igitur A impossibile, ipsum C inerit. eadem autem ratio & in ipso D.

¶Neque igitur quod semper est, neque quod Tex.114. semper non est, generabile, aut corruptibile est. Manifestum autem est quòd. & si generabile, non corruptibile est, non sempiternum est. simul enim erit possibile semper esse, & possibile non semper esse. hoc autem quòd impossibile sit, ostensum est prius.

Pars Sexta. Ingenerabile, & Incorruptibile conuenibiliter æterno competere.

NOnne igitur, si & ingenerabile est, atque Tex.115. eius hoc necesse est sempiternum esse? similiter autem & si incorruptibile sit, atque eius. Dico autem ingenerabile, & incorruptibile ea, quæ proprie dicuntur. Ingenerabile quidem, quod est nunc, & prius non erat verum dicere non esse. Incorruptibile autem, quod nunc existens, posterius non verum erit dicere non esse.

An si

An, si hæc quidem adinuicem sequuntur, & quòd ingenerabile incorruptibile est, & quòd incorruptibile est ingenerabile, necesse est & sempiternum vtrunque sequi, & si quid ingenerabile sempiternum, & si quid incorruptibile sempiternum.

Pars Septima. Generationem, & corruptionem conuersim dixit.

Tex.116. MAnifestum est autem & ex definitione ipsorum. etenim necesse est. si corruptibile sit, generabile esse. aut enim ingenerabile, aut generabile est. si enim ingenerabile est, & incorruptibile esse supponitur. &, si generabile, corruptibile esse necesse est. aut enim corruptibile, aut incorruptibile est. sed, si incorruptibile, ingenerabile esse supponebatur.

Tex.117. ¶Sin vero non inuicem se sequuntur incorruptibile, & ingenerabile, non necesse est aut ingenerabile aut incorruptibile, sempiternum esse. Quod autem necesse est sequi, ex his manifestum est. generabile enim, & corruptibile sequuntur seinuicem. Palam autem est & hoc ex prioribus. nam inter id, quod semper est, & quod semper non est, est medium id, quod neutrum sequitur: hoc autem est generabile, & corruptibile. possibile enim est & esse, & non esse vtrumque determinato tempore. dico autem vtrunque & esse, & non esse quanto quodam tempore.

Tex.118. ¶Si ergo est quid generabile, aut corruptibile, necesse est hoc medium esse. Sit enim A, quod semper est, B autem quod semper non est, C vero generabile, D autem corruptibile. necesse est itaque C medium esse inter A, & B, horum enim

enim ad neutrum terminum tempus est, in quo aut A non erat, aut B erat. generabile autem est necesse aut actu, aut potentia esse, ipsis autem A & B neutro modo. quanto igitur quodam, & determinato tempore ipsum C & erit, & rursus non erit. similiter autem & in ipso D corruptibile, generabile igitur, & corruptibile vtrunque est. sequuntur igitur seinuicem generabile, & corruptibile. ¶Sit itaque, in quo E, ingenerabile, id autem, in quo F, generabile, id vero, in quo G incorruptibile, id autem, in quo H, corruptibile. Ipsa igitur F H quòd sequuntur seinuicem, ostensum est. Quando itaque sic posita sunt, vt hæc, velut F quidem, & H consequentia, E vero, & F nullum eidem, quodlibet autem horum alterum, similiter autem & ipsa G H, necesse est & ipsa E G sequi seinuicem. Sit enim E non sequens G, ipsum igitur F sequetur: quodlibet enim aut E, aut F. at vero & H id, quod F, ipsum igitur G sequetur H. sed supponebatur impossibile esse. Eadem autem ratio est quòd G sequatur E. sed sic se habet ingenerabile, in quo E ad generabile, in quo F, vt quo H. ¶Dicere autem nihil prohibere ge- Tex.130. neratum quippiam esse incorruptibile, & ingenerabile existens corrumpi, semel existente, huic quidem generatione, huic autem corruptione, perimere est dictorum aliquid. Aut enim infinito, aut quanto quodam determinato tempore possunt omnia aut agere, aut pati, aut esse, aut non esse. & infinito, propterea quòd determinatum est aliquo modo infinitum tempus, quo non est maius. quod autem aliquo pacto est infinitum, neque infinitum est, neque determinatum

Tex.129.

Universidad de Deusto
Biblioteca

natum. ¶ Præterea, cur potius in hoc signo
id, quod semper erat prius, corruptum est, aut
id, quod non erat infinitum, generatum est? si
enim nihil potius, infinita autem sint signa, fa-
lam est quòd infinito tempore erat aliquid ge-
nerabile, & corruptibile. potest igitur non esse
infinito tempore. simul enim habebit potentiã
vt non sit, & sit, ipsum quidem prius, & corru-
ptibile, ipsum autem posterius, si generabile.
quare, si posuerimus esse quæ possunt, opposita
Tex.131. simul erunt. ¶ Amplius autem & hoc simili-
ter in omni signo existet. quare infinito tem-
pore existendi, & non existendi habebit potẽ-
tiam. sed ostensum est quòd impossibile est hoc.
Amplius, si prius potentia existit actu, omni
existet tempore & quod ingenerabile est, & non
ens infinito tempore, fieri autem potest. simul
igitur non erat, & existendi potentiam habe-
bat, & tunc existendi, & posterius infinito tẽpo-
Tex.133. pore. ¶ Manifestum est autem & aliter quòd
Ista pars, vsq; ibi, Est autem, videtur correspondere tex.cõ.134. impossibile sit quod corruptibile est non cor-
rumpi aliquãdo. semper enim erit simul & cor-
ruptibile, & incorruptibile actu. quare simul erit
possibile & semper esse, & non semper. corrum-
pitur igitur aliquando corruptibile. &, si genera-
bile est, factum est: possibile enim est factum
esse, & non semper esse.

Tex.137. ¶ Est autem & sic consyderare, quòd impos-
Ista pars, vsq; ibi, At vero, videtur correspondere tex.cõ. 138. sibile est aut factum aliquando quippiam incor-
ruptibile perdurare, aut quod ingenerabile est,
& semper prius existens corrumpi. nihil enim à
casu aut incorruptibile, aut ingenerabile esse
potest. ¶ Quod enim à casu est, & quod à fortu-
na, præter id, quod semper, & quod vt plu-
Tex.135. rimum, aut est, aut fit, quod autem in finito tem-

pore aut simpliciter, aut ab aliquo tempore est,
aut semper, aut vt plurimum existens est.
¶ Necesse est igitur natura talia quandoque Tex.136.
quidem esse, quandoque autem non. talium au-
tem eadem potentia est contradictionis. & ma-
teria causa est vt sint, & non sint. quare necesse
est simul existere actu opposita.
¶ At vero neq; verum est dicere nunc quòd Tex.137.
est in priore anno, neque in priore anno quòd
nunc est. Impossibile ergo est id, quod non est
aliquando, posterius sempiternum esse. habebit
enim posterius & eam, quæ est, non existendi
potentiam. ¶ Verum non eam, vt tunc non sit, Tex.138.
quando est (existit enim actu ens) sed in anno
priore, & præterito tempore. Sit itaque id, cuius
habet potentiam, existens actu. erit igitur ve-
rum dicere nunc quòd non est in priore anno,
sed impossibile est. nulla enim est potẽtia ipsius
fuisse, sed ipsius esse, aut futurum esse.
¶ similiter autem & si prius, sempiternum Tex.139.
existens, posterius non est. habebit enim potẽ-
tiam eius, quod actu non est. quare, si posueri-
mus quòd possibile est, verum erit dicere nunc
quòd hoc est in priore anno, vniuersaliter in
præterito tempore. ¶ Et naturaliter autem, & Tex.140.
non vniuersaliter consyderantibus, impossibile
est, aut quod sempiternum erat prius, corrumpi
posterius: aut quod prius non erat, posterius
sempiternum esse. corruptibilia enim omnia, & *Ex quibus constat quæ natura sint, eriã ab eisdẽ ipsis corrumpũtur.*
generabilia, & alterabilia sunt. alterantur
autem contrariis, & ex quibus con-
stant, quæ natura sunt, & ab
eisdem ipsis corrum-
puntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARISTOTELIS DE COELO

LIBER SECVNDVS.

SUMMÆ LIBRI.

Prima continet proœmium. Secunda de circulari corpore tractat. Tertia de stellis considerat. Quarta de Terra.

Summa primæ Caput primum. Cœlum non esse generabile neque corruptibile. Quod ex Antiquorum etiam testimonio comprobatur.

Tex.1. 

Vòd igitur neque factum sit vniuersum cœlum, neq; contingat ipsum corumpi, quemadmodum quidam dicunt, sed sit vnum, & sempiternum, principium quidem, & finem nõ habens vniuersi existentium, habens autem, & continens in seipso infinitum tempus, & ex dictis licet accipere fidem, & per opinionem eam, quæ ab alter dicentibus, & generantibus ipsum efficaxie. & enim sic quidem sese habere contingat, eo autem modo, quo illi dicunt, non contingat, magnum vtique habebit & hoc momentum ad fidem de † immortalitate ipsius, & sempiternitate. ¶ Quare bene se habet quenque sibi ipsi persuadere Antiquos, & maxime patrum nostrorum veros esse sermones, quòd est immortale aliquid, ac diuinum eorum, quæ mouentur quidem habent. talem tamen habent, vt nullus sit finis ipsius, sed potius iste aliorum finis fi-

† *Immortalitas vestigium vitæ, sempiternitatem vero stellis subiectis, Plato in Phædone.*

Tex.2.

nam & finis continentium est. & hic perfectus existens, continet imperfectos, & habentes finem ac quietem. ipse quidem neq; principium vllum habet, neque finem, sed incessabilis est infinito tempore. aliorum autem, horum quidem principij causa est, horum autem susciptēs quietem. Cœlum autem, & qui sursum est, locum, Antiqui quidem Diis attribuerunt, vtpote quòd solum est immortale.

Caput Secundum. Cœlestia corpora non fatigari, ideòque subiecto ea deferente non indigere.

PRæsens autem testificatur ratio quòd ingenerabile & incorruptibile. Amplius autem impossibile omnis mortalis difficultatis est. Amplius autem sine labore, propterea quòd nulla indiget violenta necessitate, quæ prohibens deuiaret ipsam aptum natura alitet ferri. omne enim, in tale laboriosum est, quo magis sempiternum fuerit, & dispositionis optimæ expers. Tex.3.

¶ Quapropter neque secundum Antiquorum fabulam arbitrandum est sese habere, qui dicunt Atlante quodam ipsi opus esse ad salutem. videntur enim & qui hunc constituerunt sermonem, eandem habere opinionem, quam posteri. nam quasi grauitatem haberent, terræ esse omnia, quæ sursum sunt, corpora, substituerunt ipsi fabulose necessitatem animalium. neque itaq; hoc modo existimandum est. Tex.4. *Atlas.*

Caput Tertium. Causam continuitatis motus in cœlo esse motus velocitatem: neque illorum permanentia, quia sint animata corpora.

NEque ob volutionem celeritatis lationis proprio motu existentem adhuc conser- Tex.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uari tanto tempore, quemadmodum Empedocles inquit. ¶At vero nec ab anima cogenda Tex.6.
rationabile est manere sempiternum. Neque
enim possibile est talem esse vitam animæ tum
tristitia, & beatam. necesse enim est motum cum
violentia existentem, si quidem mouet, cum
ferri actum natura sit primum corpus aliter, &
† a.l. & ab omni figura mente concepta liberum. mouet continue, negotiosum esse. † & omni carentem ocio, mente concepto. si quidem neque vt animæ mortalium animalium requies: haec ea, quæ circa somnum sit, corporis remissio, sed necesse est Ixionis cuiusdam fatum detinere ipsam, sempiternum, & indomitum. Sic itaque, quemadmodum diximus, contingit dictorie habere modo de prima latione, nō solum de ipsius sempiternitate sic existimare melius, sed & solum vtique habebimus sic consentanea dictationi ei, quę de Diis est, enuntiare conclusiones sermones. sed de talibus quidem sermonibus satis sint, quæ nunc dicta sunt.

Summa Secunda de Circulari corpore. Quæ sum Primum. Cœlum differentias omnes habet positionis.

Tex.7. QVoniam autem quidam sunt, qui dicunt esse quippiam cœli dextrum & sinistrum, quemadmodum veteri Pythagorei (illorum enim hic sermo est) consyderandum est vtrum hoc sese habeat modo, vt illi dicunt, an potius aliter, si oportet hæc principia corpori ipsius vniuersi adiungere. confestim enim primum si dextrum existit, & sinistrum, adhuc prius existendum est priora existere principia in ipso.

Deter-

Determinatum est igitur de his, in iis, quæ circa animalium motus, propterea quod propria illorum naturæ sunt. manifeste enim animalibus ineſſe videntur, his quidem omnes tales partes (dico autem, vt & dextrum, & sinistrum) his autem aliquæ, plantis autem sursum, & deorsum solum. ¶Si autem oportet accommodare Tex.8.
cœlo aliquid talium, & quod primum, quemadmodum diximus, in animalibus ineſt, rationabile est existere in ipso. nam, cum tria sint, vnūquodque veluti principium quoddam est. dico autem tria, sursum & deorsum, & ante & oppositum, & dextrum & sinistrum. has enim distantias omnes rationabile est ineſſe corporibus perfectis. Est autem sursum quidem longitudinis principium, dextrum autem latitudinis, ante vero profunditatis. Amplius autem aliter secundum motus principia enim hæc dico, vnde iis, quæ hæc habent, motus primum incipiunt. est autem ab ipso quidem sursum augmentatio, à dextris autem qui secundum locum sit, ab iis vero, quæ ante sunt, qui secundum sensum. ante enim dico, in quo sensu sunt. ¶Quapropter & non in omni corpore sursum & deorsum, & dextrum & sinistrum, & ante & posterius quærendum est, sed in iis, quæ, cum animata sint, motus principium in seipsis habent. in nullo enim inanimatorum videmus vnde est principium motus. aliqua enim omnino non mouentur. aliqua vero mouentur quidem, sed non ab omni parte similiter: vt ignis sursum solum, & terra ad medium. ¶Sed in his quidem dicimus sursum & deorsum, & dextrum & sinistrum, ad nos referentes. Aut enim secundum nostra dextra, quemadmo-

In libro de progressu animalium.

Sursum longitudinis, dextrum latitudinis, ante profun ditatis dicta sunt principia. Non in eo rum corpore quæ renda sunt distantia positionis. Sursum, & deorsum, dextrum & sinistrum in inanimatis quo ad nos dicuntur.

Tex.10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum diuinatores: aut secundum similitudinem ad nostra, quemadmodum ea, quæ sunt stantia: aut quæ contrario modo se habent positione. dextrum enim id, quod est secundum nostrum sinistrum, sinistrum vero contrarium, & post, quod secundum nostrum ante. In his autem ipsis nullam videmus differentiam. si enim contrario vertantur, contraria dicimus dextra & sinistra, sursum & deorsum, ante & post.

Tex.11. Pythagorei. ¶ Quapropter & Pythagoreos vtiq; quispiam admirabitur, quòd duo sola hæc principia dixerunt, dextrum, & sinistrum: illa autem quatuor omiserunt, quæ non minus principalia sunt. nihilo enim minorem differentiam habent quæ sursum sunt, ad ea, quæ deorsum, & quæ ante, ad ea, quæ post, quàm dextra ad sinistra in omnibus animalibus. hæc enim potentia differunt solum, illa autem & figuris.

Tex.12. ¶ Et sursum, & deorsum omnibus animalibus inest similiter, & animalibus, & plantis. dextri autem, & sinistri non inest in plantis. Præterea autem vt longitudo latitudine prior est, si sursum magnitudinis principium est, dextrum autem latitudinis, prioris autem principiū prius est, sic prius vtiq; erit sursum dextro secundum generationem: quando quidem multifariam dicitur prius. Ad hæc autem, si sursum quidem est vnde est motus, dextrum autem, à quo, ante autem, ad quod, etiam sic vtique quandam potentiam principij habebit sursum ad alias species. Itaque &, quia omiserunt maxime propria principia, iustum est ipsos increpare, & quia hæc in omnibus similiter putabant inesse. Nobis autem quoniam determinatum est prius, quòd in habentibus principiū motus tales potētiæ insunt.

Cœlum

¶ Cœlum autem animatum est, & habet motus principium: manifestum est quòd habet sursum, & deorsum, & dextrum, & sinistrum. Non enim oportet dubitare ex eo, quia rotunda sit figura ipsius vniuersi, quomodo erit huius hoc quidem dextrum, hoc autem sinistrum, sumentibus existentibus partibus omnibus, & motis omni tempore: sed intelligere, quemadmodum, si quis in quibus habeat dextrum ad sinistrum differentiam, etiam figuris, deinde circumponat sphæram. habebit enim potentiam differentem: videbitur autem minime, propter similitudinem figuræ. Eodem autem modo & de principio motus. etenim, etsi nunquàm incœpit, principium tamen habeat necessarium est, vnde inceperit, si inciperet quod mouetur moueri, atq; si fuerit, mouebitur vtique iterum. Tex.11. *Cœlum est animatum, & habet motum principium. Vide contr. Ziz.*

¶ Dico autem longitudinem quidem ipsius eam, quæ secundum polos est, distantiam, & polorum, hunc quidem sursum, hunc autem deorsum. differentiam enim in his solis hemisphærionum videmus, propterea quòd non mouentur poli. Simul autem & consueuimus dicere latera in mundo, non quod sursum est, & deorsum, sed quod est præter polos, tanquam hoc longitudo sit, id enim ad latus est, quod est præter sursum, & deorsum. Polorum autem is quidem, qui supra nos apparet, ea, quæ deorsum existit, pars est. qui verò nobis immanifestus est, quæ sursum. Tex.14.

¶ Dextrum enim vniuscuiusq; dicimus, vnde principium est eius, qui secundum locum fit, motus: circulationis autem cœli principium est, vnde astrorum ortus sunt: quare hoc vtiq; erit dextrum: vbi autem occasus, sinistrum. Si igitur & à dextris incipit, & ad Tex.15. *Dextrum est, vnde motus principium.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dextra circunferatur, necesse est sursum esse eum, qui non apparet, polum. si enim is erit, qui manifestus est, ad sinistra erit motus. quod quidem
Tex.16. non dicimus. ¶ Manifestum est igitur quòd in manifestus polus est sursum, & qui illic habitat, in eo sunt, quod sursum est, hemisphœrio, & apud
Vide contr. Zim. dextra, nos autem in eo, quod deorsum est & apud sinistra, e contrario quàm vt Pythagorei dicunt. illi enim nos & sursum faciunt, & in dextra parte, illos vero, qui illic sunt, deorsum & in sinistra. accidit autem contrarium. Verum secundæ circunlationis, veluti planetarum nos quidem in iis, quæ sursum, & in dextris sumus; illi autem in iis, quę deorsum, & in sinistris. econtrario enim his principium motus est, propterea quòd contratiæ sunt lationes. quare accidit nos quidem esse apud principium, illos autem apud finem. De partibus igitur secundum distãtias, & secundum locum definitis tot dicta sint.

Quæsitum Secundum. Causam enuntiat, cur motus circulares sint plures.

Tex.17. *Circularis motus circulari non est contrarius.* QVoniam autem non est contrarius circularis motus circulari, consyderandum est cũnam plures sunt lationes. quãquam eminus tentantibus facere quæstionem. longe autem non adeo loco, sed multo magis eò, quòd *Eorũnum quodq; quo vti est opus, est gratuo- pere.* eorum, quæ accidunt ipsis, de admodum paucis habemus sensum. attamen dicamus. Causa autem de ipsis hinc sumenda est. Eorum vnumquodque, quorum est opus, est gratia operis. *Dei operatio immortalitas est.* Dei autem operatio immortalitas est: hoc autẽ est vita sempiterna: itaque necesse est motum sempiternum Deo inesse. quoniam autem cœ-

lum tale est (corpus enim quoddam diuinum est) *Cœlũ quare rotundum.* ob hoc habet circulare corpus, quod natura circulariter mouetur semper. Cur igitur non totum coelo corpus tale est? quia necesse est manere aliquid corporis lati circulo, id inquam, quod in medio existit. illius autem nullam possibile est manere partem, neque omnino, neque in medio.

¶ Etenim motus ipsius secundum naturam Tex.18. esset ad medium. natura autem circulariter mo- *Nihil præter naturã* ueretur: non enim esset sempiternus motus: nam *sempiternũ.* nihil præter naturam sempiternum est. posterius autem est quod præter naturam existit eo, quod *Ἐκζέσει.* secundum naturam. & † excessus quidam est in *extas. in 7.* generatione quod præter naturam est eius, quod *Phys. 1.18.* secundum naturam. Necesse est igitur terram *remotu.* esse: hæc enim quiescit in medio. nunc igitur *Si alterum* supponatur hoc, posterius autem demonstrabi- *contrariũ* tur de ipso. At vero, si terrã, necesse est & ignem *fuerit in na* esse. contrariorum enim, si alterum natura est, *tura. & re-* & esse alterum esse natura, si sit contrarium, *lignum. Vi* necesse est quandam ipsius naturam: † eadem enim *de contrad.* est materia contrariorum. † Et priuatione prior *Zim.* affirmatio: dico autem, veluti calidum frigido. † *Eadẽ est* quoniam autem, & grauitas, dicuntur per priuatio- *materia cõ-* nem leuitatis, & motus. *trariorum.*

¶ At vero, si est ignis & terra, necesse est & ea, † *Affirma* quæ inter ipsa sunt, esse corpora: contrarieta- *tio prior pri* tem enim habet vnumquodque elementorum ad *uatione.* vnumquodque. supponatur autem & hoc nunc, Tex.19. posterius autem tentandum erit ostendere. His *In 2. de Ge.* autem existentibus, manifestum est quòd ne- *In 4. huius* cesse est generationem esse, eò quòd ipsorum *tex.17. & in* nihil possibile est esse sempiternum: patiuntur *2. de Gene.* enim, & agunt contraria à seinuicem, & corru- *tex.16.* pitur inuicem sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tex.10. ¶ Insuper autem nō est rationabile quippiam mobile esse sempiternum, cuius non contingit esse secundum naturam motum sempiternum. horum autem est motus. Quòd igitur necessarium sit esse generationem, ex his manifestum est. si vero generationem, necesse est & alia esse lationem, aut vnam, aut plures. secundum enim eam, quæ totius est, similiter necessarium est esse habere & elementa corporum ad inuicem. dicetur autem & de hoc planius in sequentibus.

Tex.11. ¶ Nunc autem tantum manifestum est propter *In 2. de Ge. t.c.55.* quā causam plura sunt circularia corpora, quia necesse sit generationem esse. generationem autem, si & ignem. hunc autem & alia, si & terram. hanc autē, quia necesse est manere aliquid semper, si & moueri aliquid semper oportet.

Quæsitum Tertium. Formam cæli rotundam esse.

Tex.11. Figuram autem sphæricam necesse est habere cœlum: hæc enim est & maxime propria substātiæ, & natura, prima. Dicamus aūt vniuersaliter de figuris, quæ prima sit & in planis, & in solidis. Omnis itaque figura plana aut rectilinea est, aut circulatilinea. & rectilinea quidem à pluribus continetur lineis, circunlatilinea autem ab vna. Quoniam igitur prius natura in vnoquoque genere est vnum multis, & simplex compositio, prima vtique erit planarū figurarum

Tex.11. circulus. ¶ Amplius autem, si perfectum id est, extra quod nihil eorum, quæ ipsius sunt, possibile est accipere, quemadmodum determinatum est prius: & rectæ quidem appositio semper est, circulari autem nunquàm: manifestum est quòd perfecta vtique erit ea, quæ continet circulum. quare, si perfectum prius est imperfecto, &

ob hæc prima vtiq; erit figuratum, circulus. Similiter autem & sphæra solidarum. sola enim illa continetur vna superficie, rectilineæ autem pluribus. vt enim se habet circulus in planis, sic sphæra in solidis. ¶ Amplius autem, & diuidentes in plana, & ex planis corpora generantes, rectes fuisse his videntur. solam enim solida rum sphæram non diuidunt, tanquàm non habentem plures superficies quàm vnam. diuisio enim in plana, non vt secans quis in partes dissecet totum, hoc efficitur modo, sed vt in diuersa species. Quod igitur solidarum figuratum prima sit sphæra, palam est. ¶ Est autem & secundum numerum ordinem assignantibus sic ponentibus rationabilissimum, circulum quidem secundum vnum, triangulum autem secundum dualitatem, quoniam duo recti sunt. si autem secundum triangulum, vnum, circulus non erit figura. ¶ Quoniam autem prima quidem figura primi est corporis. primum autem corpus, quod in extrema circunlatione, sphæricum id vtiq; erit, quod circulari circunfertur latione. Et quod igitur continuum illi est sphæricum enim continuum est sphæricum. Similiter autem & quæ ad medium horum sunt. quæ enim à sphærico continentur, & tangunt, tota sphærica necesse est esse: quæ autem intra eam, quod planarum sunt, tangunt eam, quæ supra est sphæram. quare sphærica vtiq; erit omnis: omnia enim tangunt, & continua sunt sphæris.

¶ Amplius, quoniam videtur, & supponitur circulariter circunferri ipsum vniuersum, demonstratum est autem quòd extra vltimam circunlationem neque vacuum est, neque locus, neque esse & propter hæc sphæricum esse ipsum.

Nam,

Tex.14.

Tex.15.

Tex.16.

Tex.17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam, si erit rectilineum, accidet & locum esse extra, & corpus, & vacuum. nam rectilineum quod circulariter vertitur, nũquam eandem occupabit regionem, sed vbi prius erat corpus, nũc non erit & vbi nunc non est, iterum erit propter permutationem angulorum. Similiter autem & si quæ alia figura hat non æquales habens eas, quæ ex medio, lineas, vt lenticularis, aut oualia. in omnibus enim accidet & locum, & vacuum esse extra lationem, propterea quòd non eandem regionem totum occupat.

In vnoquoq; mensura, quod minimum,

Tex.18. ¶Amplius autem, si motuum quidem mensura est cœli latio, quia sola continua est, & regularis, & sempiterna: in vnoquoque autem mensura, quod minimum: minimus autem est motus velocissimus: manifestum est quòd velocissimus

Tex.19. vtique erit omnium motuum cœli motus.

Cœli motus omnium ce lerrimus.

¶At vero eorum quę à seipso ad seipsum semper, minima est circuli linea: secundum autem minimam velocissimus motus est. Quare, si cœlum

Tex.20. circulariter fertur, & velocissime mouetur, sphæricum ipsum necesse est esse.

Quod sphæ rico corpũ est, aut circa sphæ ricũ mouetur. ipsũ etiã tale esse ne cesse est.

¶Sumet autem vtique quis & ex his, quæ circa medium collocata sunt, corporibus hanc ędem. Si enim aqua quidem est circa terram, aër vero circa aquam, ignis autem circa aërem, & superiora corpora secundum eandem rationem. continua enim quidem non sunt, tangũt autem hæc superficies autem aquæ sphærica est: quod autem

† ad sinum est.

sphærico continuum est, aut † mouetur circa sphæricum, & ipsum tale necessarium est esse.

Aquæ superficies rotunda.

Tex.21. quare & propter hoc manifestum fuerit quòd sphæricum est cœlum. ¶At vero quòd aquæ superficies talis sit, manifestum est suppositione sumpta quòd apta natura est semper confluere aqua

aqua ad magis concauum: magis autem concauum est, quod centro propinquius est. Ducantur igitur ex centro linea A B, & linea A C, & producatur in qua B C. ducta igitur ad basim linea, in qua A D, minor est eis, quæ ex centro. magis concauus igitur locus est. quare influet aqua, donec vtique æquetur. æqualis autem est iis, quæ ex centro, linea A E. quare necesse est apud eas, quæ ex centro, esse aquam: tunc enim quiesceret. linea autem, quæ eas, quæ ex centro, tangit, circularis est: sphærica igitur aquæ superficies est, in qua B E C. ¶Quòd igitur sphæricus sit mun Tex.22.

Mundus rotundus.

dus palam est ex his, & quòd cum diligentia adeo recte tornatus sit, vt nihil aut manufactum se habeat similiter, aut aliud quippiam eorum, quæ apud nos in oculis † existunt. † nihil eorum, ex quibus constitutionem accepit, sic potens, quod circum est, corporis natura. manifestum enim est quòd proportionabiliter se habet, quemadmodum aqua ad terram, & elementorum ea, quæ plus semper distant.

† a Lappa rent.

† Inferiorũ nullum re gularitatẽ & diligentiam recipere potest cœlo æqualem.

Quæstium Quartum. Cur cœli motus magis in vnam tendat partem, quam in aliam.

QVoniam autem est dupliciter, in circulo Tex.23.
moueri, vt ab A, aliud quidem ad B, aliud autem ad C, quòd non sint contingibi, † prius dictum est. † sed si nihil, vt contingit aut à casu in sempiternis esse potest: cœlum vero sempiternum est, & circularis latio. propter quãmnam causam ad altera fertur, sed non ad altera? necesse enim est & hoc aut principium esse, aut esse ipsius principium.

† Primo huius text. 29. & 30.

† In sempiternis casus esse non potest.

¶Forte

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tex.34. ¶ Forte igitur de quibusdam enunciare aliquid tentare, & de omnibus, & prætermittere nihil, videbitur vtique esse signum aut multæ amentiæ, aut multæ promptitudinis. non tamen iustum est omnes similiter increpare, sed videre oportet causam dicendi, quænam sit. Præterea quo pacto se habeat in credendo, verum humano modo, an validius. Certiores igitur necessitates quando quis fuerit assecutus, tunc gratiam habere oportet inuenientibus: nùc autem id, quod videtur, dicendum est. Si enim natura semper facit eorum, quæ fieri possunt, quod optimum est, est autem quemadmodum earum, quæ super recta fiunt, lationum ea, quæ ad eum, qui sursum est, locum, honorabilior (diuinior enim est locus, qui sursum est, eo, qui deorsum) eodem modo & quæ ad ante sit ea, quæ ad post: siquidem sic se habent & dextrum & sinistrum, quemadmodum dictum est prius. Attestatur etiã dicta dubitatio, quòd habet principium, & posterius. hæc enim causa soluit dubitationem. si enim se habet quàm potest optime, hæc vtique erit causa eius, quod dictum est. optimum enim est moueri simplici motu, & incessabili, & hoc ad id, quod honorabilius est.

Non iustum est aliquem increpare causa non assecta.

Locus superus infero dignior.

Quæstium Quintum. Cœlestium corporum motus esse æquales.

Tex.35. DE motu autem ipsius, quòd regularis sit, & non irregularis, deinceps postea, quæ dicta sunt, erit percurrendum. dico autem hoc de primo cœlo, & de prima latione. in iis enim quæ subter sunt, plures iam lationes conueniunt in vnum. Si enim irregulariter mouebitur, manifestum est quòd intensio erit, & status, & remissio lationis. Omnis enim irregularis latio & remissionem habet, & intensionem, & status. status autem est aut vnde feratur, aut quo, aut in medio. vt forte iis quidem, quæ secundum naturam mouentur, quò feruntur: iis autem, qui præter naturam, vnde: proiectis autem in medio. Circularis autem lationis non est aut vnde, aut quò, aut medium. neque enim principium, neque finis, neque medium est ipsius simplicis: tempore enim sempiterna est, & longitudine simul ducta, & † minime intersecta. quapropter irregularitas enim fit propter intensionem, & remissionem.

Irregularis omnis latio remissionem habet, intensionem, & statum.

† ἄτομα *gr. infrangibilia.*

¶ Præterea, quoniam omne, quod mouetur, Tex.36. † ab aliquo mouetur, necesse est motus irregularem fieri, aut propter ipsum mouens, aut propter id, quod mouetur, aut propter ambo. esse enim ipsum mouens non eadem virtute permanet idem, siue ambo mutentur, nihil prohibet irregulariter moueri id, quod mouetur. Nihil autem horum possibile est circa cœlum fieri. nam id, quod mouetur, ostensum est quòd primum est, & simplex, & ingenerabile, & incorruptibile, & omnino immutabile. ipsum autem mouens multo magis rationabile est esse tale. primum enim primi, & simplex simplicis, & incorruptibile, & ingenerabile incorruptibilis, & ingenerabilis motiuum est. Quoniam igitur id, quod mouetur, non mutatur, cum sit corpus, nec id, quod mouet mutabitur, incorporeum existens. ¶ Quare & lationem impossibile est irregularem esse. Etenim, si ex

† *Irregularis motus aut propter id, quod mouetur, aut propter ambo.*

Tex.37.

irregu

irregularis, aut tota mutatur, & quandoque quidem sit velocior, quandoque autem tardior rursus, aut partes ipsius. Partes igitur quod non sunt irregulares, manifestum est. iam enim facta fuisset distantia astrorum in infinito tempore, hoc quidem velocius moto, hoc autem tardius. non videtur autem vllum distantiis aliter sese habere. At vero, neque totam contingit mutari. remissio enim vniuscuiusq; fit propter impotentiam: impotentia autem, præter naturam est: etenim omnes impotentiæ, quæ in animalibus insunt, præter naturam sunt, vt senectus, & decrementum: tota enim fortasse animalium constitutio ex talibus constat, quæ diferunt propriis locis: nulla enim partium suam habet regionem. Si igitur in primis id non est, quod præter naturam est (simplicia enim sunt, & immista, & in propria regione, & nihil est ipsis contrarium) neque vtique impotentia erit. quare, neque remissio, neque intensio. si enim intensio fuerit, & remissio.

Remissio vniuscuiusque sit propter impotentiam.

*Tex.38. ¶ Præterea & irrationabile est infinito tempore impotens esse id, quod mouet, & tantum alio infinito potens. Nihil enim esse videtur infinito tempore præter naturam: impotentia autem præter naturam est. neque æquali tempore præter naturam, & secundum naturam, neque omnino potens, & impotens, necesse autem esse, si remittatur motus, infinito remitti tempore. At vero neque intendi semper, aut rursus remitti possibile est. infinitus enim vtique erit, & indeterminatus ipse motus. omnem autem ex aliquo in aliquid esse diximus, & determinari.

Tex.39. ¶ Amplius, si quis accipiat esse aliquod tempus minimum, quo non contingit in toto moueri

moueri cœlum? vt enim neque ambulare, neque citharizare in quouis tempore possibile est, sed est vniuscuiusque actionis determinatum minimum tempus in non excedendo, sic neque mouere cœlum in quouis tempore possibile est.) Si igitur hoc verum sit, non erit vtique semper intensio lationis. si autem non erit intensio, neque remissio, similiter enim ambo, & alterum, si eadem maneant velocitate, aut maiori, & infinito tempore. ¶ Reliquum est itaque dicere vicissim inesse motui velocius ipsum, & tardius. hoc autem penitus irrationabile est, & figmento simile. Amplius autem & nō latere in his rationabilius est? Quid igitur vnum, & solū est cœlum, & hoc ingenerabile, & sempiternum, & insuper motum regulariter, hactenus nobis dictum sit. Tex.40.

Sensibilia sunt contraria, inuicem posita.

Summa Tertia. Stellarum dispositiones considerat.

Caput Primum. Quale sit earum substantia.

DE vocatis autem Astris cōsequens vtique erit dicere, & ex quibus constant, & in quibus figuris, & quinam sunt ipsorum motus. Rationabilissimum itaque fuerit & ea, quæ à nobis dicta sunt, consequens vnūquodque astrorum ex hoc facere cordiscimus aliquid esse, quod circulariter ferri naturam est. Vt enim ignea dicentes esse, ob hoc dicūt, quia id, quod sursum est corpus, ignem esse dicunt, vtpote, cum rationabile sit vnum- Tex.41.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quibus vnumquodque est, sic & nos dicimus.

Tex.42. *Astrorum lumen, & calidum.* ¶Calor autem ab ipsis, & lumen generatur attrito aëre ab illorum latione. nam natura ignis est motus ignire & ligna, & lapides, & ferrum. Rationabilius igitur est id, quod est igni propinquius: propinquius autem est aër. veluti & in iis, quæ feruntur, sagittis. hæ enim & ipsæ sic igniuntur, vt plumbei mucrones colliquescant. & quoniam hæ igniuntur, necesse est & eum, qui in circuitu ipsarū est, aërem hoc idem pathæ igitur ipsæ incalescunt, quia in aëre feruntur, qui ob plagam motu fit ignis. eorum autem quæ sursum sunt, vnum quodque in sphæra fertur, vt ipsa quidem non igniantur, aërem autem cum sub corporis circulariter moti sphæra existat, necesse est, cū illa fertur, incalescere, & hæc maxime, qua sol extat infixus. quapropter approximante ipso, & oriente, & super nos existente, generatur calor. Quòd igitur neque ignes sint, neque in igne ferantur, hæc nobis dicta sint de ipsis.

Caput Secundum, Motum stellarum nuntiat.

Tex.43. QVoniam autem videntur & astra transferri, & totum cœlum, necessarium est, aut quiescentibus vtrisque fieri mutationem, aut motis, aut altero quidem quiescente, altero autē moto. Vtraque igitur quiescere impossibile est, quiescente quidem terra. neque enim fieri eos, quos videntur. supponatur autem terram quiescere.

Tex.44. ¶Reliquum itaque est aut vtraq; moueri, aut hoc quidem moueri, hoc autem quiescere. Si igitur ambo mouebuntur, irrationabile est eadem velocitates astrorum, & circulorum esse. vnumquodque enim æque velox erit, atque circulus, in quo fertur. videntur enim vnà cum circulis transferri rursus in idem. accidit igitur simul & annum pertransiisse circulum, & circulum lationem suam pertransiisse circumferentiam. Non est autem rationabile eandem rationem habere velocitates astrorum, & magnitudines circulorum. circulos enim nihil absurdum est, sed necessarium est proportionaliter se habere velocitates ad magnitudines. astrorum autem eorum vnumquodq; quæ in his sunt, nequaquam rationabile existit. siue enim ex necessitate illud, quod maiori circulo fertur, velocius erit, palam est quòd, si transferantur astra in suos inuicem circulos, hoc quidem erit velocius, hoc autem tardius. sic autem non habebunt vtique proprium motum, sed ferentur à circulis. ¶Si vero à casu accidit, neque sic rationabile est vt in omnibus simul & circulus sit maior, & latio velocior eius astri, quod in ipso est. Vnum enim, aut duo hoc modo se habere nihil absurdum est. omnia autem similiter, si-

Tex.45. quæ sunt natura id, quod fit vt acciditneque id, quod vbique, & in omnibus est, fit à fortuna.

Tex.46. ¶At verò rursus, si circuli manent, ipsa autem astra mouentur, eadem & similiter erunt absurda. accidet enim velocius moueri quæ sunt extra, & velocitates esse secundum magnitudines circulorum. Quoniam igitur neque vtraque moueri rationabile est, neq; astrum solam, relinquum est circulos quidem moueri, astra autem quiescere, & infixa circulis ferri. solum enim sic nullum absurdum accidet. celeriorem enim esse maioris circuli velocitatē rationabile est circa

idem centrũ infixis. vt enim in aliis maius corpus velocius fertur propria latione, sic & in circularibus. maius enim est eorũ, quæ auferuntur ab iis, quæ ex cétro, maioris circuli segmentum.

Tex.47. ¶ Quare rationabiliter in æquali tepore maior circũferetur circulus. & nõ diuelli cœlum & propter hoc accidet, & quia ostensum est totum

Tex.48. ipsum continuum esse. ¶ Præterea, quoniã sphærica sunt astra, quemadmodum & alij dicunt, & nobis consentaneum dicere, ex illo quidem corpore generantibus, corporis autem sphærici duo motus sunt per se, volutatio, & vertigo, si mouerentur astra per seipsa, altero vtiq; horum mouerentur. sed neutro videntur. Si enim vertigine agerentur, vtiq. manerent in eodem, & non mutarent locum: quod & videtur, & omnes dicunt. Amplius autem omnia quidẽ rationabile est eodem motu moueri. solus autẽ astrorum. Sol hoc facere videtur, oriens, & occidens. & ille non per se, sed ob elongationem nostri visus. visus enim potrectus longe voluitur propter imbecillitatẽ quæ forte causa est vt scintillare videantur fieri. Stellæ fixæ non mutare videantur, vagantes nõ item. læ fixæ, planetæ autem non scintillare: planetæ enim prope sunt. quare visus, potens existens, ad ipsos peruenit, ad manentes autem tremit, propter longitudinem potrectus longe valde. tremor autem ipsius facit astri videri esse motum. nihil enim refert moueatur visus, an id, quod

Tex.49. videtur. ¶ At vero quòd non voluantur astra, manifestũ est. quod enim voluitur, verti necesse est. Lunæ autem semper id patens est, quod vocatur facies. quare, quoniam ea quidem, quæ per seipsa mouentur, propriis mouetur moribus rationabile est: his autem non videntur moueri palam est quòd non mouebuntur per seipsa. ¶ Ad

¶ Ad hæc irrationabile est nullum organum Tex.50.
ipsis præbuisse naturam ad motum (nihil enim *Natura nihil facit casu.*
vt contingit facit natura) neque curam quidem animalibus habuisse, quæ autẽ tam preciosa sunt desexisse. sed videtur tanquã ex industria abstulisse omnia, per quæ contingebat progredi per seipsa, & quamplurimum semouisse ab iis, quæ organa ad motum habent. ¶ Quapropter Tex.51.
& rationabiliter vtique videbitur & totum cœlum sphæricum esse, & astrorum vnumquodq. ad eum enim qui in eodem sit, motum sphæra figurarum maxime vtilis est: sic enim vtique velocissime mouebitur, & maxime occupabit eundem locum. ad eum autem, qui in ante sit, ineptissima. nequaquam enim similis est per seipsa motuis: nihil enim depressum habet, neque eminens, vt rectilineum, sed plurimum à figura corporum quæ progrediuntur distat. Quoniam igitur oportet cœlum quidem moueri eo, qui in ipso est, motu: alia autem astra non progredi per seipsa, rationabiliter vtique vtrunque sphæricum, sic enim maxime hoc quidem mouebitur, hoc autem quiescet.

¶ Manifestum est autem ex his, quòd & dicere Tex.52.
fieri his latis † harmoniam, tanquam consonis † *a. concen-*
factis sonis, lepide quidem, ac egregie ab iis, qui *tum.*
dixerunt. dictum est, non tamen sic esse veritas habet. Videtur autem quibusdam necessarium esse tãtis latis corporibus fieri sonum, quoniam & iis, quæ sunt apud nos, neque moles habentibus æquales, neque tali velocitate, qualis est Solis, & Lunæ, latis. Amplius autem, toe astris multitudine, tantisque magnitudine, latis velocitate tanta latione, immensum quendam magnitudine sonum non fieri est impossibile. sup-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ponentes autem hæc, & velocitates ex spatiis habere consonantiarum rationes, vocé fieri dicunt harmonicâ, latis circulariter astris. Quoniam autem irrationabile videbatur nos vocem hanc non audire, causam huius dicunt esse genitis confestim adesse sonum, vt non sit magis festus ad cõtrarium silentium: inuicem enim vocis, & siléti esse diiudicationem. quare quemadmodum fabris ferratis propter consuetudinem nihil videtur interesse, & hominibus idem accidere. hæc autem, quemadmodum dictum est prius, concinne dicunt, & musice, impossibile est autem hoc sese habere modo.

Tex.53. *Sphararũ concentus quare nõ audiatur.* ¶ Non enim solum hoc nihil audire, absurdũ est, de quo soluere conantes causam illam afferunt, sed & illud nihil pati sine sensu, excedẽtes enim soni destruunt etiã inanimatorũ corporũ moles: vt sonus tonitrui lapides, & corporũ validissima dissipat. tot autem latis, & sono pertranseunte ad eam, quæ fertur, magnitudinem multiplicem magnitudiné necessariũ est & peruenire huc, & ingens esse robur violentiæ.

Excedentes soni destruũt etiam inanimatorum corporũ moles.

¶ Sed rationabiliter neque audimus, neque pati videntur corpora violentam vllam passionẽ, quia nullus fit sonitus. simul autem erit & causa horum manifesta, & testimonium dictorum à nobis sermonum quòd sint veri. Id autem, quòd dubitatum est, fecitque Pythagoreos dicere fieri consonantiam illis latis, nobis erit indicium. quæcunque enim per seipsa feruntur, faciunt sonum, & plagam: quæcunque autem in eo, quod fertur, infixa, sunt aut insunt, vt in nauis partes, non est possibile sonare: neque ipsam nauim, si feratur in fluuio. ¶ Quãuis eisdem rationibus vtique licebit dicere quòd absurdum est, si tantæ nauis malus latus, & puppis non facit sonum multum, aut rursus ipsa nauis mora: quod autem fertur in eo, quod non fertur, facit sonum: in eo autem, quod fertur coniuncte, & non facit plagam, impossibile est sonare. ¶ Quare hic dicendum est, quòd si fer- Tex.56. Tex.54. Tex.55.

rentur corpora horum, siue in aëris multitudinem fusa per vniuersum, siue ignis, quemadmodum omnes dicunt, necessarium esse vt faciens ingentem magnitudine sonum: hoc autem non fieri, neque violenta feretur latione vllum ipsorum, veluti id, quod futurum erat, prouidente natura, quòd non hoc modo sese habente motu, nihil vtique esset eorum, quæ sunt circa hic existentem locum, similiter se habẽs. Quòd igitur sphærica sint astra, & quòd non moueantur per seipsa, dictum est.

Quæsitum Quartum iuxta Auer. paraphrasim. Ostenditur causa, cur quædam stellarum tardiores sint motus, & quædam velociores.

De ordine autem ipsorum, quo quidem modo singula disponuntur, vt quædam sint priora, quædam vero posteriora, & quomodo spatijs se habent ad se inuicem, ex iis, quæ circa Astrologiam, consideretur. dicitur enim sufficienter. ¶ Accidit autem secundum rationem fieri vnius cuiusque motus ipsis spatiis, vt alij quidem sint velociores, alij autem tardiores. Quoniam enim supponitur extremam cæli circulationem & simplicem esse, & velocissimam, eas autem quæ aliorum sunt, & tar- Tex.57. Tex.58.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diores, & plures (vnumquodque enim contra fertur cœlo in suo ipsius circulo) rationabile iam est propinquissimum quidem simplici, & primæ circulationi in plurimo tempore pertransire suum ipsius circulum, longissime autem distans in minimo, aliorum autem semper propinquius in maiori, longius autem distans in minori. propinquissimum enim maxime superatur, quod autem longissime abest omnium minime, propter distantiam, media autem secundum rationem iam distãtiæ, vt etiam ostendunt Mathematici.

Quæsitum Tertium, iuxta Auer. paraphrasen. Astrorum figura demonstratur.

Tex.59. FIguram autem vniuscuiusque astrorum sphæricam esse maxime vtique quis rationabiliter existimabit. Quoniam enim ostensum est quòd neque natura sunt apta moueri per seipsa, natura autem nihil absque ratione, frustráque facit, palam est quòd & figuram talem dedit immobilibus, quæ minime est motiua. minime autem motiua est sphæra, propterea quòd nullum habet organum ad motum. quare patet quòd sphærica vtique erunt mole. Amplius autem similiter quidem omnia, ac vnum. Luna autem ostenditur per ea, quæ circa visum, quòd sphærica sit. non enim vtique fieret accrescens, & decrescens, plurimum quidem altera ex parte esset, altera concaua, aut vtinq; curua, semel autem bipartita. Et rursus per Astrologica. quis non vtique essent solis eclipses, lunulæ speciem præse ferentes. quare, si vnum est tale, palam est quòd & alia vtique erũt sphærica.

Natura nihil absque ratione, frustráque facit.

Quæsitum Quintum. Quare aliqua stellarum pluribus, aliqua vero paucioribus mouentur motibus.

DVbius autem existentibus dubitationibus, de quibus merito quilibet dubitauerit, tentandum est id dicere, quod videtur, verisimile dignam esse, magis quàm temeritate repentanes promptitudinem illam, siquis propter Philosophiæ sitim, etiam paruas in iis sufficientias amet, de quibus maximas habemus dubitationes. Amplius autem, cum multa sint huiusmodi, non minus existit mirabile, propter quam causam non semper dea, quæ plus distant a prima latione, moueantur pluribus motibus, sed media plurimis. Rationabile enim esse videbitur, primo corpore vna latione lato, proxime propinquissimum paucissimis moueri motibus, veluti duobus, contiguum autem tribus, aut alio tali ordine. Nunc autem accidit contrarium. paucioribus enim Sol, & Luna mouentur motibus, quàm errantium astrorum nonnulla, quamuis longius à mediis, & propinquius primo corpori sint, quàm ipsa. Manifestum autem hoc de quibusdam etiã visu factum est. Luna enim vidimus bipartitam quidem existentem, fabintrasse ex astris illud, quod est Martis, quod occultatum quidem fuit secundum nitidum illius, exiuit autem secundum clarum, & lucidum. Similiter autem & de aliis dicẽt astris, qui dudum ea obseruauerunt à plurimis annis Ægyptij, & Babylonij, à quibus multam fidem habemus de vno quoque astrorum.

Tex.60.

Ægyptij. Babylonij.

¶ Atque hoc merito dubitauerit vtique aliquis, & propter quam causam in prima quidem

Tex.61.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lationē tanta sit astrorum multitudo, vt ex illis quæ numerati nequeunt, esse videatur totus ordo, in aliis autem vnum seorsum singulare, duo autem, aut plura non videantur in eadem inflexa latione. De his igitur quærere quidem bene se habet & ad eam, quæ ad plura se diffundit, intelligentiam, quamuis paruas habeamus causas, tantāque elongatione distemus ab iis, quæ circa ipsa accidunt, si tamen ex talibus conjecturam plemur, nihil vtique irrationabile videbitur id esse, quod nunc dubitatur. sed nos de ipsis, vt corporibus solum, & vnitatibus, ordinem quidem habentibus, inanimatis autem omnino cogitamus. oportet autem, ac si participatem actione, & vita existimare: sic enim nihil, id esse videbitur præter rationem, quod accidit.

Tex.61. ¶ Videtur autem optime quidem se habens inesse ipsum bonum sine actione: propinquissimo autem per paucam, ac vnam ijs autem, quæ longissime absunt, per plures. Quemadmodum in corpore, hoc quidem, neque exercitio vtenti, bene habet. hoc vero, si modicum deambulauerit: huic autem & lucta est opus, & cursus, & pugna: rursus autem alij, neque quantumlibet laborāti hoc quidem adhuc inerit bonum, sed aliud aliquid. ¶ Est autem difficile aut nullo, aut sæpe recte agere, † veluti multos talos Coenses prolicere difficile est: sed vnum aut duos, facile. Et rursus, quādo hoc quidem opus fuerit huius gratia facere, hoc autem alterius, & hoc alterius, in vno quidem, aut duobus facile est adipisci, quanto autem vtique per plura difficilius. Quapropter oportet putare & arborum actionem esse talem, qualis animalium est, ac plantarum. etenim hic hominis actiones plu-

Tex.61. † al. veluti multa talos Coenses iacere.

rimæ sunt: multa enim bona potest adipisci, ita vt multa agat, & aliorum gratia.

¶ Si autem, quod quām optime sese habet, nihil actione est opus: est enim ipsum id, cuius gratia. Actio vero semper est in duobus, cum & cuius gratia sit, & quod huius gratia. aliorum autem animalium pauciores. plantarum autem paruæ quædam, ac vna fortasse. Aut enim vnū aliquid est, quod assequitur, quemadmodum & homo, aut etiā ipsa multa omnia præuia sunt ad optimum ipsum. Hoc igitur habet, & particeps est optimi illud autem peruenit propè per pauca: aliud vero per multa: aliud autem ne aggreditur quidem, sed satis est ad id, quod est prope vltimum, peruenire. vt, si sanitas est finis, hoc quidem semper sanum est, aliud vero attenuatione, aliud autem cum cucurrit, & attenuatum est, aliud autem etiam alio quopiam facto currendi gratia. quare plures sunt motus.

Tex.64. Vide contr. Zim.

¶ Aliud autem non potest ad sanitatem peruenire, sed ad hoc solum, vt currat, aut attenuetur: & horum alterum finis est ipsis. Tex.65.

¶ Maxime enim est optimum omnibus illū fortiti finem. si autem non semper, melius est, quanto propinquius fuerit optimo. Et ob hoc quæ quidem omnino non mouetur, propinqua vero paucis motibus, non enim peruenisset ad ipsum vltimum, sed quousque diuinissimum illud principium fortiti possunt. Primum autem eorum statim fortitur per vnum motum: quæ autem sunt in medio primi, ac vltimorum, perueniunt quidem, sed per plures perueniunt motus. Tex.66. Illud est melius, quod est optimo propinquius.

Quæsitum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæsitum Sextum. Cur suprema orbis plures sint stellæ, & in inferioribus stella duntaxat una.

Tex.67. DE dubitatione autem, quòd in prima quidem, quæ vna est, latione astrorum magna multitudo consistat, aliorum autem singulatim vnumquodque acceperit proprius motus.

Tex.68. ¶ Ob vnum quidem vtique quis primum rationabiliter existimauerit hoc esse. Intelligitur enim oportet vitæ, & principij vniuscuiusque multum esse excessum primi ad alia.

Tex.69. ¶ Erit autem vtique hic accidens secundum rationem. prima enim vna existens multa mouet corporum diuinorum: multæ autem existentes vnum solum vnaquæq; errantium enim vnumquodq; pluribus fertur lationibus. Sic igitur exæquat natura, & ordinem quendam facit vni quidem lationi multa tribuendo corpora, vni vero corpori multas lationes.

Natura æqualitatē, & ordinē facit.

¶ Et insuper ob hoc vnum habent corpus alias spheras, quia multa corpora mouent eæ, quæ sunt ante vltimam, & eam, quæ vnum astrum habet. in multis enim sphæris vltima sphæra fertur innexa: vnaquæq; autem sphæra corpus existit. Illius igitur commune erit opus: hæc enim est propria quæque per naturam latio.

Tex.70.

Tex.71. ¶ Hæc autem velut adiacet. omnis autem finiti corporis ad finitum potentia est. Sed de astris quidem circulari motu latis dictum est qualiánam secundum substantiam sint, & secundum figuram, & de † latione, & ordine ipsorum.

† *a, l. loco.*

Summa Quarta de Terra.

Caput Primum. Antiquorum de loco Terræ opinionem enuntiat.

RElinquum autem est de Terra dicere, & vbi posita sit, & vtrum de iis sit. quæ quiescunt, an ex iis, quæ mouentur, & de figura ipsius. De positione igitur non eandem omnes habent opinionem. sed, cum plurimi, qui totum eorum finitum esse aiunt, in medio iacere dicam, contra qui circa Italiam incolunt, vocantúrque Pythagorei, dicunt. in medio enim ignē esse inquiunt: terram autem astrorum vnum existentem, circulariter latam circa medium, noctem, & diem facere. Amplius autem oppositam aliam huic conficiunt terram, quam antichthona nomine vocant: non ad apparentia rationes, & causas quærentes, sed ad quasdam opiniones, & rationes sua apparentia attrahentes, & tentantes adornare.

Tex.72.

¶ Multis autem, & aliis videtur non oportere terræ medij regionem asseruare, fidem non ex iis, quæ apparent, consyderantibus, sed potius ex rationibus. honorabilissimo enim puræ conuenire, honorabilissimam competere regionem. esse autem ignem quidem terra honorabiliorem, terminum autem mediis ipsis, extremum autem, & medium terminum esse. quare, ex his ratiocinantes, ipsam non putant in medio sphæræ iacere, sed magis ignem. Amplius autem Pythagorei quidem, propterea quòd maxime conuenit id seruari, quod est principalissimum ipsius vniuersi, medium autem esse tale (quem Iouis carcerem nominant) hanc habere

Tex.73.

Honorabilissimo honora bilissima cō petit regio. Idē con. 24.

Tex.74. bere regionem ignem. ¶ Tanquam medium simpliciter diceretur, & magnitudinis medium, & rei medium esset, atq; naturæ. quanuis quemadmodum in animalibus non idem est animalis, & corporis medium, sic existimandum est magis & circa totum cœlum. Propter hanc ipsam causam, nihil eos oportet turbari circa vniuersum, neque adducere carcerem ad centrum, sed illud quærere medium ipsum quale quid est, & vbi natura aptum est esse, illud enim medium principium est, & honorabile: loci autem medium assimilatur extremo magis quàm principio. quod enim determinatum est, medium est: quod vero determinat, finis est. honorabilius autem est continens, & finis, quàm finitum: hoc enim materia est, illud autem substantia constitutionis est.

Honorabilius est continens, & si nis quam si

Caput secundum. Antiquorum sententia de causa quietis, & motus terræ.

Tex.75. DE loco igitur terræ hanc habent quidam opinionem. Similiter autem & de quiete, & motu. Non enim eodem modo omnes existimant, sed quicunque quidem non in medio iacere aiunt ipsam, moueri circulariter circa medium: non solum autē hanc, sed & antichthonas, quemadmodum diximus prius. Quibusdam autem videtur & plura corpora talia posse ferri circa medium, nobis immanifesta propter obiectum terræ. Quapropter & lunæ eclipses plures quàm solis fieri inquiunt. eorum enim quæ feruntur, vnumquodque occultare ipsam, sed non solum tetram. quoniam enim terra non est centrum, sed distat per totum ipsius hemisphærium,

nihil prohibere putant ea, quæ apparent, accidere similiter non habitantibus nobis in centro, sicut, si in medio etiā esset terra. nihil enim negq; nunc efficere insigne per dimidium distantibus diametri. Quidam autem & iacentē in centro dicunt ipsam volui, & moueri circa †semper ſtam. *l. per vniuersum extensum.*
ſtantem solum, quemadmodum in Timæo scriptum est.

Caput Tertium. Antiquorum forma de terræ figura.

Similiter autem & de figura ambigitur. Alijs Tex.76.
enim terra esse videtur sphærica, alijs vero lata, & figura tympano similis. faciunt autem indicium (quia occidens, & oriens Sol rectam, & non circularem occultationem sub ipsa terra facere videtur: tanquam oporteat, si sit sphærica, circularem fieri abscisionem) non attendentes & distantiam Solis ad terram, & circunferentiæ magnitudinem, quo modo in apparentibus paruis circulis recta apparet à longe. Propter hanc igitur apparentiam nihil ipsos non credere oportet non rotundam molem esse terræ. Sed adhuc addunt, atq; dicunt, propter quietem esse necessariū ipsam figuram hanc habere. etenim de motu, & quiete dicti modi multi sunt.

Caput Quartum. Antiquorum de causa quietis terræ dicta commemorat. & quæ illorum censuerit ipsam quiescere.

DVbitasse igitur omnibus contigisse necessarium est. forsitan enim † mentis fuerit Tex.77.
rationabiliorus non admirari quōnam modo terra quidem terræ particula, si eleuata dimittatur, ferat, & manere non velit, & maior semper

† *dubitauit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

semper velocius, totam autem terram, si quis dimittat, cum eleuauerit non vtique feratur, nunc vero quiescit tanta grauitas. At vero, si quis etiam latis particulis ipsius, antequam cadant, subtrahat terram, ferentur deorsum nullo obstente. ¶Quare dubitare quidem omnibus, vt philosopharentur, merito causa fuit. Circa autem huius solutiones, quòd non magis absurde videantur esse dubitatione ipsa, mirabitur vtique aliquis. Si enim ob hæc infinitam infectionem terræ partem esse aiunt, in infinitum ipsam radicatam esse dicentes, quemadmodum Xenophanes Colophonius, ne negocia habeant quærentes causam. Quapropter & Empedocles sic increpauit dicens: *Immensum ne patent terra ima, ac largior æther, Vt simul ultra lingua multorum dicta fuere, Ore effusa hominum de toto pauca videmus.* Alij autem in aqua iacere. hunc enim antiquissimum accepimus sermonem, qué dixisse aiunt Thalem Milesium: tanquam ex eo, quia natans sit, ipsa maneat, quemadmodum lignum, vel aliquid tale aliud. etenim horum super aëra quidem nihil natura aptum est manere, sed super aquam. ¶Tanquam non eadem sit ratio de terra, & aqua vehente terram. neque enim aqua nata est manere subleuata, sed super aliquid est. Amplius autem, quemadmodum aër aqua leuior est, sic & aqua terra. quare quónam modo possibile est id, quod leuius est, deorsum magis iacere eo, quod grauius est secundum naturam? Præterea, si tota nata est manere super aquam, manifestum est quòd & particulatim ipsius vnaquæque. nunc autem non videtur hoc fieri, sed quælibet particula ferri in fundum, & velocius maior.

Xenophanes.
Empedocles.
Thales Milesius.

Tex.78.
Tex.79.

Verum

¶Verum videntur vsi; ad aliquid quærere, sed non quousq; dubitari possibile est. omnibus enim nobis hoc consuetum est nõ ad rem quæstionem facere, sed ad contrarią dicentem. etenim ipse in seipso quærit, quoad non amplius habeat ipse sibi ipsi contradicere. Quàpropter bene quæsiturum, per propriàs in genere instantias ad instandum idoneum esse oportet. hoc autem est ex eo, quòd omnes contemplatus sit differentias. ¶Anaximenes autem, & Anaxagoras, & Democritus latitudinem causam manendi ip'am esse dicunt. non enim diuidere, sed cum, qui subtus est aërem obturare, quod corpora, quæ latitudinem habent, videntur facere. hæc enim & ad ventos cum difficultate mobilia sese habent propter reluctantiam. Hoc igitur ipsum facere latitudine terram ad suppositum aërem, hunc autem nõ habentem, quò transferatur. locum sufficientem, totum sipydris aqua. Quòd autem possit multam grauitatem ferre comprehensus, & manens aër, indicia multa dicunt. Primum igitur, si non lata figura terræ sit, propter hoc quidé non quiescet. ¶Quemadmodum igitur, si non latitudo causa sit ex qua dicunt, sed magnitudo magis, propter conflationem enim, non habens transitum, aër manet ob multitudinem: multus autem est aër, propterea quòd à magnitudine multa terræ comprehenditur. quare hoc erit. & si sphærica quidem fuerit terra, tanta autem secundum magnitudinem. manet enim secundum illorum rationem. ¶Omnino autem ad eos, qui sic dicunt de motu, non est de parte dubitatio, sed de toto quodam, ac vniuerso. à principio enim de-

Consuetum est nobis non ad rẽ quæstionem facere, sed ad contraria dicentem.
Anaximenes.
Anaxagoras.
Democritus.

Tex.80.
Tex.81.
Tex.82.
Tex.83.

terminandum est, vtrum sit aliquis corporibus natura motus, an nullus, & vtrum natura quidem non est, violentia autem est. Quoniam autem de iis determinata sunt prius, quæcunq; ea, quæ aderat, facultate habebamus, vt nullum est vt existentibus. Si enim nullus natura motus sit ipsorum, neq; violentus erit. si autem neq; natura, neq; violētia est, nihil omnino mouebitur. nam & de his quòd necessarium sit accidere

Tex.84. determinatum est prius. ¶ Et insuper quòd neque quiescere contingit. vt enim motus existit aut violentia, aut natura, sic & quies. At vero si est motus aliquis secundum naturam, non vtiq;

Tex.85. violenta erit latio solum, neq; quies. ¶ Quare si violentia nunc terra quiescit, & simul vero ad medium lata, propter vertiginem. hāc enim causam omnes dicunt ex iis, quæ in liquidis feruntur, & circa aërem accidunt. in his enim semper feruntur maiora, grauioráq; ad medii conuersionis. Quapropter & terram omnes, quotquot cœlum generant, ad medium conuenisse dicunt. Quia autem manet, quærunt causam. & dicunt quidam hoc modo, quòd latitudo, & magnitudo ipsius causa est. Alij autem, quemad-

Empedocl. modum Empedocles, cœli lationem circularem celeriter circumcurrentem, & velocius latam, terræ lationem prohibere: quēadmodum aqua, quæ in cyathis. est enim hæc, circulariter cyatho lato, cum plerunq; sub æthere ipso exillat, tamēon fertur deorsum, nata deorsum ferri propter eam-

Tex.86. dem causam. ¶ At neq; vertigine prohibente, neq; latitudine, sed aëre, qui subiit, quōnam recurrunam, si moueatur violentia ad medium, & manet violentia. secundum naturam autem necessarium est esse aliquam ipsius lationem. Igitur

igitur vtrum sursum, an deorsum, an vbi est? esse enim quandam est necessarium. Si autem nihilo magis deorsum quàm sursum, aër autem, qui sursum est, non prohibeat eam, quæ sursum fit, lationem, neq; vtique qui sub terra est, prohibebit eam, quæ deorsum. eadem enim eorundem necessarium est esse causas eisdem. ¶ Amplius Tex.87. autem ad Empedoclem illud etiam quispiam dixerit. quando enim elementa stabant separatim per litem, quæ causa ipsi terræ quietis erat? non enim & tunc vertiginem in causa esse dicet. Absurdum autē est & non intelligere quòd prius quidem propter vertiginem ferebantur partes terræ ad medium, nunc autem propter quam causam omnia grauitatem habentia feruntur ad ipsam, non enim vertigo appropiuquat ad nos. ¶ Præterea propter quam causam Tex.88. & ignis sursum fertur? non enim propter vertiginem. si autem hic ferri aliquò natus est, manifestum est quòd & terram existimandum est. ¶ At Tex.89. vero neq; vertigine graue, & leue determinatum esse, sed prius existentibus grauibus, & leuibus, illa quidem ad medium veniunt, hæc vero superemineāt propter motū. Erat igitur, & antequām ferret vertigo, hoc quidem graue, illud vero leue. Quæ quonam determinata sunt, & quo pacto sunt apta natura ferri, aut quo? infinito enim existente, impossibile est esse sursum, & deorsum. determinata autem sunt his graue, & leue.

Caput Quintum. Terram solere motum destruit.

PLatoni igitur circa causas has immoran- Tex.90.
tur. Sunt autem quidam, qui propter similitudinem dicunt ipsam manere, vt ex antiquis

Anaximander. nihilo enim magis sursum, quã deorsum, aut ad latera id ferri conuenit, quod in medio collocatum est, & similiter ad extrema sese habet. simul autem impossibile est ad contraria fieri motum. quare ex necessitate manet. ¶ Hoc autem lepide quidem, non vere tamen dicitur. Secundum enim hanc rationẽ necessarium est omne, quodcunq; ponatur in medio, manere. quare & ignis quiesceret. quod enim dictum est, non est proprium terræ. ¶ At vero non est necessarium. non enim solum videtur manere in medio, sed & ferri ad medium. quò enim quæuis fertur particula ipsius, eò totam etiam ferri est necessarium: quò autem fertur aliquid secundum naturam, & ibi manere secundum naturam. Non igitur, propterea quòd similiter sese habet ad extrema. hoc enim omnibus est commune: ferri autem ad medium proprium terræ. ¶ Absurdum autem est & hoc quidem quærere cũnam terra manet in medio, non quærere autem cur ignis in extremo. Nam si & illi natura locus extremus est, manifestum est quòd necessarium est esse quendam & terræ natura locum. Si autem non huic est hic locus, sed propter similitudinis necessitatem manet (quemadmodum de capillo est sermo vanet de quidem, sed similiter vndiq; extenso, quòd non distrumperetur: & de esuriente. ac sitiente vehementer quidem, similiter autem & ab esculentis, & poculentis æqualiter distãte: etenim hæc quiescere necessarium est) quærendum est ipsius de ignis quiete in extremis. Mirabile autem est & de quiete quidem quærere: de latione vero ipsorum non quærere, propter quã causam hos quidem sursum fertur, hoc autem deorsum ad ipsum

Tex.91.

Tex.92.

Tex.93.

ipsum medium nullo impediente. ¶ At vero neque verum est quod dicitur, secũdum accidẽs tamen hoc verum est, quòd necessarium est manere in medio omne, cui nihil magis huc, quã illuc moueri conuenit. Sed propter hanc rationem non manet, sed mouebitur: non tamen totum, sed discerptum. ¶ Eadem enim congruet ratio & in igne. necesse enim &, si ponatur, quiescere similiter atq; terram, similiter enim sese habebit ad signorum extremorum quodcunque, attamen ferretur à medio, quemadmodum & vi detur ferri (nisi quid prohibeat) ad extremum. verum non totum ad vnum signum: hoc enim necessarium est solum accidere ex ratione, quæ de similitudine fit: sed proportionalis particula ad proportionalem extremi partem. dico autem veluti quarta pars ad quartam continentis ipsius partem: nullum enim corporum punctiũ est. vt autem & ex magno venire in minorem locum potest condensatum, sic & ex paruo in maiorem, rarius factum. quare & terra hoc modo moueretur à medio, propter similitudinis rationem, si non natura terræ locus iste esset. Quæcunque igitur sunt & de figura ipsius existimata, & de loco, & quiete, & motu sere hęc sunt.

Tex.94.

Tex.95.

Caput Sextum. Terræ locum, causámque quietis eius exponit.

NOs autem dicamus primum, vtrum habeat motum, an maneat. Nam, vti dixisse alij quidem ipsam vnum astrorum esse famouerí dicunt circa medium polum. Quòd autem impossibile sit, manifestum est sumpto prin-

Tex.96.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipio, quòd, si fertur siue in medio existens, siue extra medium, necessarium est ipsam violentia moueri hoc motu, non enim ipsius terræ est: etenim particularum vnaquæque hanc haberet lationem: nunc autem super recta omnes feruntur ad medium. quapropter, cum violenta sit, & præter naturam, non possibile est sempiternam esse: mundi autem ordo sempiternus est.

Tex.57. ¶Præterea omnia, quæ feruntur latione circulari, subdeficere videntur, ac moueri pluribus vna latione, præter primam sphæram: quare & terram necessarium est, siue circa medium, siue in medio posita feratur, duabus moueri lationibus. Si autem hoc accident, necessarium est fieri mutationes, ac conuersiones fixorum astrorum. hoc autem non videtur fieri, sed semper eadem apud eadem loca ipsius & oriuntur, &

Tex.58. occidunt. ¶Præterea latio partium, & ipsius totius secundum naturam ad medium est vniuersi: ob hoc enim etiam existit posita nunc in

Tex.59. centro. ¶Dubitabit autem aliquis, cum idem sit ambotum medium, ad vtrum ferantur ea, quæ grauitatem habent, & partes terræ secundum naturam. vtrum, quia vniuersi est medium, an quia est terræ? Necesse est itaque ad id, quod est vniuersi: etenim leuia, & ignis, quæ in contrarium grauitatibus terræ feruntur, ad extremum loci continentis medium feruntur.

Tex.100. ¶Accidit autem idem medium esse terræ, & vniuersi. feruntur enim & ad terræ medium, sed secundum accidens, quatenus medium habet in ipso vniuersi medio. Quòd autem ferantur & ad terræ medium, signum est, quòd lata ponderа ad hanc non æque distantia feruntur, sed ad similes angulos. quare, ad vnum medium, lata

lata, quod terræ est, feruntur. ¶Manifestum est igitur quòd necesse est in medio terram esse, & immobilem, & propter dictas causas, & quia ponderа, quæ sursum violentia proiiciuntur, ad perpendiculum rursus feruntur in idem, etiam si in infinitum vis illa proiiciat. Quòd igitur neque moueatur, neque extra medium iaceat, manifestum est ex his. ¶Ad hæc autem manifesta est ex dictis causa quietis. Si enim natura nata est ferri vndique ad medium, quemadmodum videtur, & ignis rursus à medio ad extremum, impossibile est latam esse quamcunque ipsius particulam à medio, non vim passam. vna enim latio vnius est, & simplex simplicis, sed non contrariæ: quæ autem à medio fit ei, quæ ad medium, est contraria. Si igitur quamcunque partem impossibile sit latam esse à medio, manifestum est quòd & totam adhuc impossibilius. ad quod enim pars nata est ferri, & totum illuc natum est. Quare, si impossibile sit moueri, nisi à potiore virtute, necessarium vtique erit eam manere in ipso medio. ¶Attestantur autem his & ea, quæ à Mathematicis dicta sunt circa Astrologiam. etenim quæ apparent, accidunt translatis figuris, quibus determinatus est astrorum ordo, tanquàm in medio posita terra. De loco igitur, & quiete, ac motu, quomodo sese habent, tot dicta sint de ipsa. Tex.101. Tex.102. Tex.103.

Caput Septimum. Terræ Figuram, quæ sit, ostendit.

IPsam autem figuram habere sphæricam necessarium est. vnaquæque enim particularum grauitatem habet ad medium vsque, & minor à maiori pulsa non potest intumescere, sed com- Tex.104.

Universidad de Deusto
Biblioteca

primi magis, & cedere altera alteri, donec veniat ad medium. Oportet autem intelligere id, quod dicitur, perinde atq; si facta esset eo modo, quo & Physiologorum aliqui factam esse dicunt. Verum illi quidem violentiam causam ponunt eius, quæ deorsum fit, lationis. Melius tamen est ponere veritatem, & dicere hoc accidere, propterea quòd naturam habet id, quod grauitatem habet, vt ad medium feratur. In potentiam igitur existente mistura, disgregata ferebantur similiter vndiq; ad medium. Siue igitur similiter ab extremis diuisæ partes conueniant ad medium, siue aliter sese habentes, faciens
Tex.105. idem. ¶ Quòd igitur similiter vndiq; ab extremis latorum ad medium necessarium sit similem fieri omni ex parte molé, manifestum est. æquali enim omni ex parte apposito, æqualiter est necesse distare à medio extremum, hæc autem figura sphæræ est. Nihil autem refert ad rationem etiam si non vndiq; similiter conueniant ad medium partes ipsius. maiorem enim semper minorem, quæ ante se est, propellere necessarium est, ad medium vsque propensionem habentibus ambobus, & grauiori impellente
Tex.106. vsq; ad hoc, minus pondus. ¶ Quòd enim vtiq; quis dubitauerit, eandem habet cum his solutionem. nam si, terra existéte in medio, & sphærica, multiplex grauitas addatur ad alterum hemisphærium, non idem erit ipsius totius, & terræ medium. quare aut non manebit in medio: aut si quieuerit quidem, etiam non habens medium, quo & nunc moueri est nata.

Tex.107. ¶ Quod igitur dubitatur, hoc est. Videre autem non est difficile, modicum insistentes, & diuidentes quomodo censemus quantamuis magni

magnitudinem grauitatem habentem ad medium ipsum ferri. manifestum enim est quòd non quouisq; tangat centri extremum, sed oportet præualere quod est maius, donec vtiq; suo ipsius medio medium ipsum acceperit: huiusq; enim propensionem habet. Nihil igitur refert hoc dicere in gleba, & parte quauis, aut in tota terra. non enim propter paruitatem, aut magnitudinẽ dictum est id, quod accidit, sed de omni propensionem habente ad medium. quare, siue tota alicunde ferebatur, siue secundum partem, necessarium est eousq; ferri, donec vtiq; vndecunq; similiter sumat medium, coactis minoribus à maioribus propulsione propensionis.

Tex.108. ¶ Siue igitur facta est, hoc necessarium fuit esse modo. quare manifestum est quòd sphærica generatio ipsius: siue ingenerabilis permanens, eodem modo se habere, quo &, si genita, primum genita fuisset. Et secundum hanc itaq; rationem necessarium est figuram ipsius sphæricam esse, & quia omnia grauia ad similes angulos, sed non æque distantia ferunt. hoc autem aptum est ad id, quod natura sphæricum est. Aut igitur est sphærica, aut natura sphærica. oportet autem vnumquodque tale dicere esse, quale quod natura solet esse, & quod est, sed non quod vi, ac præter naturam.

Tex.109. ¶ Præterea quoq; & per ea, quæ apparent secundum sensum. neq; enim Lunæ eclipses tales haberent decisiones. nunc enim in iis, quæ secundum mensem fiunt, figurationibus omnes accipit diuisiones. etenim recta fit, & vtrinque cassa, & concaua, circa autem eclipses semper curuam habet definientem lineam. Quare, quoniam eclipsim patitur propter terræ obiectio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem, terræ circunferentia, sphærica existens, fi-
Tex.110. guræ causa erit. ¶Præterea per astrorum ap-
parentiam non solum manifestum est quòd ro-
tunda, sed & quòd magnitudine non magna sit.
Paruo enim facto nobis transitu ad meridiem,
& vrsam, manifeste alter fit horizon circulus,
ita, vt astra, quæ sunt super caput, magnam ha-
beant mutationem, & non eadem appareant, &
ad vrsam, & meridiem transeuntibus. quædam
enim in Aegypto quidem stellæ videntur, & cir-
ca Cyprum, in iis autem, quæ ad vrsam vergunt,
regionibus, non videntur. & astrorum ea, quæ
semper in iis, quæ ad vrsam vergunt, apparent,
in illis locis occidunt. Quare non solum ex his
manifestum est rotundam esse figuram terræ,
sed & sphæræ non magnæ. non enim tam cele-
riter insigne quippiam faceret, transiatis nobis
Tex.111. adeo parum. ¶Quapropter existimantes eum,
qui circa Herculeas columnas est, locum con-
iungi ei, qui circa Indicam, & hoc modo mare
vnum esse, non admodum incredibilia existi-
mare videntur. Dicunt autē, coniectantes etiam
ex elephantibus, quòd circa vtraque loca extre-
ma existentia genus est ipsorum, tanquàm ex-
tremis (quia subinuicem coniunguntur) hoc
Tex.111. passis. ¶Mathematicorum etiam, qui circun-
ferentiæ magnitudinem ratiocinati tentant, ad
quadringenta esse dicunt stadiorum millia, ex
quibus coniectantibus non solum sphæri-
cam esse terræ molem necessarium
est, sed & non magnam, ad
aliorum astrorum
magnitudi-
nem.

ARIST

ARISTOTELIS DE COELO LIBER TERTIVS.

SUMMÆ LIBRI.

*Prima, veluti exordium est totius libri, dicta com-
memorans, dicendáque proponens.*
*Secunda antiquorum sententias de generatione & cor-
ruptione rerum naturalium enuntiat.*
*Tertia sermonem destruit dicentem partem deri in-
diuisibilem per propositiones naturales, alias à pro-
positionibus Mathematicis: de quibus in Physicis.*
*Quarta Generationem non omnibus, sed aliquibus
naturalium corporum inesse posse exponit.*
Quinta scrutatur causas Generationis in Composito.
*Sexta Generationem in Elementis esse ostendit. &
hanc secundum partem, non secundum totum.*
*Septima Elementorum Generationem nō ex vno cor-
pore, nec ex nō corpore, sed ex alterutris esse ostēdit.*
*Octaua Antiquorum sermones de mutua Elemento-
rum Generatione refellit.*

DE primo igitur cœlo, & par- Tex.1.
tibus, insuper autem de astris
in ipso latis, & ex quibus cō-
stant, & qualia natura sunt,
ad hæc autem & quòd inge-
nita sunt, & incorruptibilia,
percurrimus prius. Quoniam
autem eorum, quæ natura dicuntur, hæc quidem
sunt substantiæ, illa vero opera, & passiones ha-
rum: (dico autem substantias quidem, simpli-
cia

Universidad de Deusto
Biblioteca

cia corpora, vt ignem & terram, & quæ sunt eiusdem cum his ordinis, & quæcunque ex his, veluti & totum cœlum, & partes eius, & rursus animalia, & plantas, & partes horum. Passiones autem, & Opera, & mores horum vniuscuiusq; & aliorum, quorum causæ sunt hæc elementa secundum virtutem suam, insuper autem alterationes, & inuicem transitiones: manifestum quòd plurimam accidit de natura historiam de corporibus esse. omnes enim naturales substantiæ, aut corpora, aut cum corporibus generantur ac magnitudinibus. hoc autem manifestum est & ex eo, quòd determinatum est quæ sint natura, & ex singulorum contemplatione. De primo igitur elementorum dictū est, & quale quid est secundum naturam, & quòd incorruptibile, ac ingenerabile. Reliquum est autem de duobus dicere. simul autem accidet de his dicentibus, & de generatione, & corruptione considerare.

Summæ Secundæ. Antiquorum sententias de Generatione, & Corruptione rerum Naturalium enuntiat.

Tex.1. GEneratio enim, aut omnino nō est, aut solum in his est elementis, & iis, quæ ex his sunt. hoc autē ipsum primum forte est contemplandum, vtrum sit, an non sit. Ij igitur, qui prius philosophati sunt de veritate, & in his quos nunc nos dicimus, sermonibus, & inuicem discrepantes fuere. Quidam enim ipsorum auferebant omnino generationem, & corruptionem. nihil enim eorum quæ sunt, aut generari aiunt, aut corrumpi, sed solum videri nobis, vt Melisso, atque Parmenidi, quos, & si alia dicunt bene:

Prisc orum opiniones.

Melissus Parmenides.

bene, non tamen oportet putare naturaliter dicere. esse enim entium quædam ingenerabilia, & omnino immobilia, magis est alterius, atque prioris, quàm naturalis cōsyderationis. Illi vero, quia nihil quidem aliud præter sensibilium substantiam existimauerunt esse, tales autem quasdam naturas intellexerunt primi, si aliqua cognitio, aut prudentia erit, sic transtulerunt ad hæc illinc rationes. ¶ Alij autem, quasi de industria, contrariam his habuerunt opinionē. Tex.3. Sunt enim quidam, qui aiunt nullam rerum ingenerabilem esse, sed omnes generari: generatas vero, has quidem incorruptibiles permanere, alias autem rursus corrumpi, maxime quidem Hesiodus, deinde & aliorum ij, qui primi de natura dixerunt. Alij autem omnia alia aiunt generari, & fluere, esse vero fixe nihil: vnum autem quoddam solum persistere, ex quo hæc omnia transfigurari nata sunt: quod quidem videntur velle dicere, & alij multi, & Heraclitus Ephesius. Sunt autem quidam, qui & omne corpus generabile faciunt, componentes ex superficiebus, ac disoluentes in superficies.

Hesiodus.

Heraclitus.

Summa Tertia, qua destruitur sermo, docens partem dari indiuisibilem per propositiones Naturales, alias à propositionibus Mathematicis, de quibus in Physico auditu.

Pars prima. Impossibilia Mathematicis cōsequētia, & Naturalibus consequi, non autem econtrario.

DE aliis igitur alterius erit sermo. Iis Tex.4. vero, qui hoc modo dicunt & omnia corpora cōstituūt ex superficiebus, quæcunque quidem alia accidit dicere contraria ipsis Disciplinis, prom

promptum est videre. attamen iustum erat, aut non amouere, aut ipso credibiliorib⁹ rationibus quàm suppositiones sint, amouere.

Tex.5. ¶Deinde manifestū est quòd eiusdem rationis est, solida quidem ex superficiebus componi, superficies autem ex lineis, has autem ex punctis. sic autem his sese habentibus, non est necesse lineæ partem lineam esse. De his autem consyderatum est prius in iis, quæ de motu, sermonibus, quòd longitudines non sunt indiuisibiles.

Tex.6. ¶Quæcunq; vero de naturalibus corporibus impossibilia accidit dicere facientibus indiuisibiles lineas, paululum nunc quo⁹que consyderemus. quæ enim impossibilia in illis accidunt, & naturalia sequuntur: quæ vero hæc, in illis non omnia, propterea quòd hæc quidem ablationi. Mathematica, Physica vero appositione dicebat.

Tex.7. ¶Multa autem sunt, quę indiuisibilibus inesse non possunt, naturalibus autem necessarium est. veluti, si quid est indiuisibile: in indiuisibili enim diuisibile esse impossibile est. Passiones autē omnes diuisibiles dupliciter sunt. aut enim secundum speciem, aut secundum accidens. secundum Speciem quidē, veluti coloris albus, & nigrum. secundum Accidens autem, si id, cui inest, diuisibile sit. quare passionū quæcunq; simplices sunt, omnes sunt diuisibiles hoc modo.

Pars Secunda contradicit dicentibus generationem fieri ex superficiebus.

Caput Primum. Impossibilia, ita dicentes consequentia enumerat.

Tex.8. QVapropter impossibile ipsum in talibus est consyderandum. Si itaque impossibilium est,

est, vtroque nullam habente grauitatem, ambo habere grauitatem: sensibilia autem corpora, aut omnia, aut aliqua grauitatē habent, veluti terra, & aqua, vt & ipsis dixerint. si punctum nullam habet grauitatem, manifestum est quòd neq; lineæ. si autem non hæc, neque superficies: quare neque corporum vllum. ¶At vero quòd Punctum non possibile sit grauitatē habere, est manifestum: graue enim omne & grauius, leue vero leuius contingit aliquo esse. grauius autem, aut leuius forte non necesse est graue, aut leue esse. quemadmodum & magnum quidē, est maius, maius autem †non omnino magnum. multa enim sunt, quæ, cum sint parua simpliciter, maiora quibusdam aliis sunt. Si itaque id, quod cum graue sit, grauius est, necesse est grauitatē maius esse, & graue omne diuisibile vtique erit? punctum autem indiuisibile supponitur esse. Tex.9.

†a.l.non a-mne magnū necesse esse.

¶Præterea, si graue quidem densum quid, leue autem ratum quid est, densum autem hoc à rato differt, quòd in æquali mole plura insunt. si igitur est punctum graue, & leue, erit & densum, & ratum: sed densum quidem est diuisibile, punctum autem indiuisibile. Tex.10.

†a.l quantum.

¶Si vero omne graue, aut molle esse, aut durum est necesse, facile est ex his impossibile aliquid colligere. nam Molle est, quod in seipsum cedit: Durum vero, quòd non cedit: quod autē cedit, diuisibile est. ¶At vero neque ex iis, quæ grauitatem non habent, erit grauitas. in quot enim accidet hoc, & in qualibus, aut quomodo determinabunt non volentes fingere? Et, si omnis grauitas grauitate, maior grauitate est, accidet & vnum quodque impertium grauitatem habere. si enim quatuor puncta grauitatē habent. Tex.11.

Mollc.

Durum. Tex.12.

bent. quod autem ex pluribus constat, quàm hoc eò, quòd est graue, grauius existit. quod autem grauius est, graue sit est necesse. quemadmodum & quod albo albius est album, quod maius vno puncto grauius erit, ablato æquale quare & vnum punctum grauitatem habebit.

Tex.13. ¶ Præterea, si superficies solum secundum lineam contingit componi, absurdum est. quemadmodum enim & linea ad lineam vtroque modo componitur, & secũdum longitudinem, & secũdum latitudinem, oportet & superficiem cum superficie eodem modo. linea autem potest cum linea componi secundum lineam superpositam, non solum appositam. At verò, si & secundum latitudinem contingit componi, erit aliquod corpus, quod neque est elementum, neque ex elementis, compositum ex sic compositis superficiebus.

Vide cõtra. Zimarra.

Tex.14. ¶ Præterea, si superficierum multitudine grauiora sunt corpora, quemadmodum in Timæo determinatum est, manifestum est quod habebit & linea, & punctum grauitatem. proportionabiliter enim inuicem & habent, quemadmodum & prius diximus. sin verò non hoc differunt modo, sed ex eo, quia terra quidem grauis est, ignis verò leuis, erit & superficierum hæc quidem leuis, illa verò grauis. & linearum itaque, & punctorum similiter. nam terræ superficies erit grauior, quàm ignis. Omnino autem accidit nullam vim passam esse magnitudinem, aut posse tolli, si similiter se habet punctum quidem ad lineam, linea verò ad superficiem, hoc autem ad corpus. omnia enim si in seinuicem resoluantur, in prima resoluentur. quare continget vtique puncta esse, corpus autem nullum.

¶ Ad

¶ Ad hæc autem &, si tempus similiter sese habeat, auferetur vtique aliquando aut continuum auferri. ipsum enim nunc indiuisibile est, veluti punctum lineæ. Tex.15.

¶ Idem autem accidit & iis, qui ex numeris componunt cœlum. Quidam enim naturam ex numeris constituunt, quemadmodum & Pythagoreorum quidam. Tex.16.

¶ Nam naturalia corpora videntur grauitatem habere, ac leuitatem: vnitates autem neque corpus facere possunt compositæ, neque grauitatem habere. Tex.17.

Caput Secundum. Omne corpus in rectum mobile graue esse, aut leue aeremque necessarium esse motibus, & naturali, & violento.

QVòd autem necessarium sit motum aliquem simplicibus corporibus omnibus naturaliter inesse, ex his est manifestũ. Quoniã enim moueri videntur, vi moueri sane est necessarium, si proprium non habent. volũtia autem, & præter naturam idem. At verò, si præter naturam est aliquis motus, necesse est esse & secundum naturam, præter quem ille est. Et, si multi præter naturam, vnum, qui secundum naturam. secundum naturam enim simpliciter, præter naturam vero multos habet vnumquodque. Tex.18.

¶ Amplius autem & ex quiete manifestum est. etenim quiescere necessarium est, aut vi, aut secundum naturam. vi autem ibi manet, quò & fertur vi: & secundum naturam, quò secundum naturam. Quoniam igitur videtur aliquid manere in medio, si quidem secundum naturam, manifestum est quòd & latio, quæ huc &, secundum naturam ipsi inest. Si autem vi, Tex.19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid ferri prohibet? Si enim quieſcit, euadem
reuoluemus ſermonem. neceſſe enim eſt, aut ſe-
cundum naturam eſſe primum quieſcens, aut
in infinitum abire: quod quidem eſt impoſſibi-
le. Si vero mouetur id, quod prohibet ferri,
quemadmodum Empedocles inquit, terram ob
vertiginem quieſcere, aliquò ſane terretur, cum
in infinitum ſit impoſſibile. nullũ enim fit im-
poſſibile, infinitum autem tranſire impoſſibile
eſt, quare neceſſe eſt vt ſtet alicubi quod ferun-
& ibi non vi maneat, ſed ſecũdum naturam. Si
autem eſt ſecundum naturam quies, eſt & motus
ſecundum naturam, ea, quæ ad hunc locum ſit,
latio. ¶Quapropter & Leucippo, & Democri-
to dicendum ſemper moueri prima corpora in
vacuo, & in infinito, dicendum erat quo modo,
& quis ſecundum naturam ipſorum motus. Si
enim elementorum aliud ab alio mouetur vio-
lentia, & ſecũdum naturam, neceſſe eſt aliquem
vniuſcuiuſque motum eſſe, præter quem is eſt,
qui eſt violentus. & oportet primum mouentem
non vi mouere, ſed ſecundum naturam. in infi-
nitum enim abibit, ſi non erit quippiam ſecun-
dum naturam mouens primum, ſed ſemper
quod prius vi mouetur, mouebit.

Empedocles.

Tex.10. *Leucippus. Democritus.*

Tex.11. ¶Hoc autem idem accidere neceſſarium eſt,
& ſi, quemadmodum in Timæo ſcriptum eſt, an-
tequam factus eſſet mundus, mouebantur ele-
menta inordinate. Neceſſe enim eſt aut violen-
tum eſſe motum, aut ſecundum naturam. Si aut
ſecundum naturã mouebantur, neceſſe eſt mun-
dum eſſe, ſi quis velit inſiſtendo contemplari.
nunc enim primum mouens neceſſe eſt mouere
ipſum ſubiens motum ſecundũ naturam, & quæ
mouentur non violentia, in propriis quieſcẽtia
loci.

locit, eum facere, quem nunc habent ordinem,
ea quidem, quæ grauitatem habent, ad medium:
quæ autem leuitatem, à medio. hanc autem
mundus habet diſpoſitionem.

¶Præterea tantum inſuper percũſtabitur ali- Tex.12.
quis, vtrum poſſibile erat, an non poſſibile, quæ
mouentur inordinate, etiam miſceri talibus
motionibus aliqua, ex quibus conſtant ea, quæ
ſecundum naturam conſtituuntur corpora (dico
autem, veluti oſſa, & carnes) quemadmodum
Empedocles inquit fieri in amicitia. dicit enim,

Multa quidem ſine collo capita emerſerant.

¶His autem, qui infinita in infinito ea, quæ Tex.13.
mouentur, faciunt, ſi vnum quidem eſt id, quod
mouet, neceſſe eſt vna latione ferri, quare non
inordinate mouebuntur. Si autem infinita ſint
ea, quæ mouent, & lationes infinitas eſſe eſt ne-
ceſſe. Si enim finitæ ſint, ordo aliquis erit. non
enim ex eo, quia non feruntur in idem, inordi-
natio accidit. neq; enim nunc in idem feruntur
omnia, ſed quæ eiuſdem ſunt generis ſolum.

¶Præterea inordinatio nihil eſt aliud, quàm Tex.14.
quod præter naturam: ordo enim eſt propria
ſenſibilium natura. At vero & hoc abſurdũ eſt,
ac impoſſibile, quod infinitum eſt inordinatum
habere motum. eſt enim natura illa rerũ, quam
habent plures, & pluri tempore. Accidit igitur
ipſius contrarium, inordinationem quidem eſſe
ſecundum naturam, ordinem verò, & mundum
præter naturam: quanquam nihil vt contingit
horum, quæ ſecundum naturam.

Ordo eſt præter ſenſibilũ naturã.

¶Videtur autem hoc ipſum Anaxagoras re- Tex.15.
cte accepiſſe, ex immobilibus enim inchoat
mundum facere. Tentant autem & alij congre-
gantes, aliquo modo rurſus mouere, ac ſegre-

gare. ex distantibus autem, & motis non est rationabile facere generationem. Quapropter & Empedocles prætermittit eum, qui est in amicitia. neque enim potuisset constituere cœlum, ex separatis quidem construens, congregationem autem faciens per amicitiam. ex segregatis enim elementis mundus est constitutus. quare necessarium est vt fiat ex vno, & congregatio.

Tex.16. ¶ Quòd igitur sit naturalis quidam motus vniuscuiusque corporum, quo non vi mouentur, neque præter naturam, ex his est manifestum. Quòd autem sit necessarium quædam habere propensionem grauitatis, & leuitatis, ex his pater. Moueri enim dicimus esse necessarium, si autem id, quod mouetur, non habebit natura propensionem, impossibile erit moueri aut ad medium, aut à medio. Sit enim hoc quidem in quo A, non graue, illud vero in quo B, grauitatem habens, feratur autem non graue per lineam C D, ipsum vero B, in æquali tempore per lineam C E. per maius enim feretur id, quod grauitatem habet. Si itaque diuidatur corpus habens grauitatem, vt linea C E ad lineam C D (potest enim sic sese habere ad aliquam earum, quæ in ipso sunt, partium) si totum fertur per totam lineam C E, partem necesse est in eodem tempore per lineam C D ferri. quare per æquale feretur non graue, & grauitatem habens, quod quidem est impossibile. Eadem autem est ratio & in leuitate.

Tex.17. ¶ Præterea, si erit aliquod corpus quod mouetur, neque leuitatem, neque grauitatem habens, necesse est vi moueri. quod autem vi mouetur, infinitum facit motum. Cum enim potentia quædam sit ea, quæ mouet, quod autē minus est,

est, ac lenius, ab eadem potentia plus mouebitur, sit motum, hoc quidem, in quo A, non graue per lineam C E, illud vero, in quo B, grauitatem habens in æquali tempore per lineam C D. Dissolo igitur eo, quod grauitatem habet, corpore, vt linea C E ad lineam C D, accidet, id quod auferetur à corpore grauitatem habente, per lineam C E ferri in æquali tempore: quoniam eodem ferebatur per lineam C D. nam velocitas minoris sese habebit ad eam, quæ est maioris, vt maius corpus ad minus. Per æquale igitur non graue feretur corpus, & grauitatem habens in eodem tempore. hoc autem est impossibile. Quare, quoniam, omni proposito, per maius mouebitur interuallum, quod graue non est, per infinitum vtique mouebitur. Manifestū est igitur, quòd est necesse corpus omne definitam grauitatem habere, aut leuitatem.

Tex.18. ¶ Quoniam autem natura quidem est quod in ipso est motus principium, potentia autem quod in alio est, quatenus aliud est, omnis autem motus, alius quidem secundum naturam, aliust autem violentus: eum quidem, qui est secundum naturam, veluti lapidi eum, qui deorsum fit, velociorem faciet id, quod secundum potentiam: eum autem, qui præter naturam, omnino ipsa. ad ambo autem, tanquam instrumento, vtitur aëre, natus est enim hic & leuis esse, & grauis. Eam igitur, quæ sursum est, faciet celerem, quatenus leuis est, cum pulsus fuerit, ac sumpserit principium ab ipsa potentia. eam vero, quæ deorsum, rursus, quatenus grauis est. veluti enim imprimens tradit vtique. Quapropter & non sequente eo, quod mouebat, fertur quod † vi motum est. si enim non

† a. l. præter naturam.

tale aliquod corpus esset, non vtique esset, qui vi fit, motus. & eum quoque, qui secundum naturam vniuscuiusque est, motum, promouet eodem modo. Quòd igitur omne, aut leue, aut graue sit, & quomodo præter naturam sese habeant motus, ex his manifestum est.

Summa Quarta. Generationem non omnibus, sed aliquibus Naturalium corporum inesse posse.

Tex. 29. VOd autem neque omnium sit generatio, neque simpliciter nullius, patet ex dictis. impossibile enim est vniuersi corporis esse generationem, si non & vacuum esse aliquod separatum possibile sit. in quo enim erit loco quod generatur, quando factum est, in hoc prius vacuum esse est necessarium, corpore nullo existente. aliud enim ex alio corpus fieri est possibile, vt ex aëre ignem, omnino autem ex nulla alia præexistente magnitudine est impossibile. maxime enim ex corpore, potentia existente, actu fiet corpus. sed, si id, quod potentia est corpus, nullum est aliud corpus actu prius, vacuum separatum erit.

Summa Quinta. Scrutatur causas Generationis in compositis, & sunt ipsa elementa.

Quæsitum Primum. Compositorum corporum sint principia, atque elementa.

Tex. 30. RElinquum autem est dicere & quotum est corporum generatio, & propter quid est. Quoniam igitur in omnibus cognitio est per primas causas

ma autem eorum, quæ sunt, elementa sunt: considerandum est quænam sint talium corporum elementa, & propter quid sint, deinde post hæc, & quot, & qualia.

¶ Hoc autem erit manifestum, supponentibus quænam sit elementi natura. Sit itaque Elementum, illud corporum, in quod alia corpora diuiduntur, quod ineſt potentia, aut actu. hoc enim vtro modo, adhuc ambiguum est. ipsum autē est indiuisibile in diuersa specie. tale quid enim elementum omnes, & in omnibus volunt dicere. Tex. 31. *Elementi definitio.*

¶ Si itaque quod dictum est, elementum sit, necesse est esse aliqua talia corporum. in carne enim, & ligno, & vnoquoque talium ineſt potentia ignis, ac terra. Tex. 32.

¶ Manifesta autem sunt hæc, ex illis segregata. in igne autem caro, aut lignum non ineſt, neque secundum potentiam, neque secundum actum, segregaretur enim vtique. Similiter autem neque, si vnum aliquod solum sit tale, in illo est. neque enim, si erit caro, aut os, aut aliorum quodcunque, statim dicendum est ineſse potentia. sed prius est considerandum quisnam sit generationis modus. Tex. 33. *Hanc partē vsq; ad id. Primū igitur, non inuenies apud Auerroē.*

¶ Anaxagoras autem contrario, quàm Empedocles, modo dicit de elementis. hic enim ignem, & terram, & ea, quę eiusdē cum his sunt, seriei, elementa inquit esse corporum, & componi omnia ex his. Anaxagoras vero contrariorum enim quæ sunt similaria, elementa dicit. eo autem, veluti ligna, carnem, & os, & vnumquodque talium, nērem autem, & ignem misturam horum, & aliorum seminum omnium. esse Tex. 34. *Anaxagoras. Empedocles.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim vtrunque ipsorum ex inuisibilibus similaribus omnibus congregatis. quapropter & ferri omnia ex his, ignem enim & æthereum agi-
Tex.35. pellat idem. ¶ Quoniam autem omnis naturalis coporis est motus proprius: motuum autem alij quidem simplices sunt, alij autem mixti, & misti quidem mistorum, simplices autem simplicium sunt, manifestum est quòd erunt quædam corpora simplicia. sunt enim & mo-
Tex.36. tus simplices. ¶ Quare patet & quòd sint elementa, & propter quid sint. Vtrum autem finita sint, an infinita: & si finita, quot numero, consequens erit considerare.

Quæsitum Secundum. Principia, & Elementa finita esse.

Tex.37. PRimum igitur quòd non sint infinita, quèadmodum putant quidam, est contemplandum. Et primum eos, qui omnia, quæ similaria
Anaxagoras. sunt, elementa faciunt, quemadmodum Anaxagoras. nullus enim eorum, qui sic censent, recipit elementum. Videmus enim multa ex mistorum corporum in similaria diuidi. dico autem, vt carnem, & os, & lignum, & lapidem. quare, si compositum non est elementum, non omne, quod similare est, erit elementum, sed indiuisibile in diuersa specie, quemadmodum dictum est prius. Præterea, neq; sic sumentes elementum, necesse est facere infinita. omnia enim hæc redentur, etiam finitis existentibus, si quis sumat. idem enim faciet, & si duo, aut tria solum
Empedocles. sint talia quemadmodum conatur & Empedocles. Quoniam enim & vt ipsis accidit non omnia facere ex similaribus (faciem enim non ex

ex faciebus, neque aliud quicquam eorum, quæ secundum naturam figurata sunt) manifestum est, quòd longe melius est finita facere principia: & hæc, quàm minima, si eadem quidem omnia demonstranda sint, quemadmodum censent: & qui in Mathematicis versantur. semper enim finita sumunt principia, aut specie, aut quantitate. Præterea, si corpus à corpore alterum dicitur secundum proprias differentias, corporum autem differentiæ sunt finitæ (differunt enim ipsis sensibilibus. hæc autem finita sunt, oportet autem hoc ostendi) manifestum est quòd necesse est & elementa finita esse. At vero neque, vt alii quidam dicunt, vt & Leucippus, & Democritus Abderites, rationabilia sunt *Leucippus. Democritus.*
quæ accidunt. primas enim magnitudines, multitudine quidem infinitas, magnitudine autem indiuisibiles esse dicunt: & neque ex vna multa fieri, neque ex multis vnum, sed harum complexione, ac † amplexu omnia generari. Nam quo- † *a.l.mixta tione.*
dam modo & isti omnia entia faciunt numeros, & ex numeris. etsi enim non manifeste dicerant, hoc tamen volunt dicere. Ad hæc etiã, quoniam differunt corpora figuris, infinitæ autem sunt figuræ, infinita & ipsa simplicia corpora aliunt esse. qualis autem, & quænam sit elementorum cuiusque figura, nihil insuper determinauerunt, sed solum igni sphæram assignauerunt, aërem autem, & aquam, & alia magnitudine & parvitate diuiserunt, quia sit ipsorum natura, veluti * omniseminatium elementorum *σπερμιῤ μίων. Tex.38.*
omnium. ¶ Primum igitur idem † est & † *a.l.idem.*
his error, non finita sumere principia, cum *& hoc erro-*
quidda eadem dicere liceret. Præterea, si non *rem sequi vi-*
sint infinitæ elementorum differentiæ, pater *detur.*

quòd non erunt elementa infinita. Ad hæc autem necesse est vt ij repugnent Mathematicis scientijs, qui inuisibilia corpora dicunt, & multa probabilium, & apparentium secundum sensum perimant, de quibus dictum est prius in iis, quæ de Tempore, ac Motu diximus.

Tex. 39. ¶ Simul autem & contraria dicere ipsos sibiipsis necesse est. impossibile enim est, si indiuisibilia sint elementa, magnitudine, paruitate differre aërem, & aquam, & terram, non enim est possibile ex seinuicem fieri. deficient enim semper maxima corpora, si segregentur. aiunt autem sic fieri aquam, & aërem, & terram ex seinuicem.

Tex. 40. ¶ Præterea neque secundum horum opinionem videbuntur infinita fieri ipsa elementa, si corpora quidem differunt figuris, figuræ autem omnes componuntur ex Pyramidibus. Rectilinea quidem ex rectilineis, Sphæra verò ex octo pattibus. necesse enim est aliquas esse principia figurarum. quare, siue vnum, siue duo, siue plura sint, & simplicia corpora tot erùt multitudine. ¶ Præterea, si vnicuique quidem † elementorum est aliquis proprius motus, & qui simplicis est corporis, simplex est: non sunt autem simplices motus infiniti, quia neque simplices lationes plures sunt duabus, neque sic infinita sunt neque vtique sic erunt infinita ipsa elementa.

Tex. 41. † al. corpo. rum.

Quæsitum Tertium. Elementa non plura esse declarat.

Tex. 41. QVoniam autem necesse est finita esse, restat considerare vtrum plura erunt, an vnum. Quidam enim vnum solum supponunt, & horum hi quidem aquam, illi verò aërem, alij autem ignem, nonnulli aqua quidem subtilius, aëre verò dèsius, quod, cum sit infinitum omne, cœlos continere aiunt. Qui cunque igitur vnum hoc faciunt, aërem, aut aquam, aut aqua quidem subtilius, aëre autem dèsius, deinde ex hoc raritate, & dèsitate alia generãt, latet eos seipsos aliud quippiam prius ipso elemento facere. est enim ex elementis generatio, compositio, vt aiunt. quæ autem est in ipsa elementa, resolutio, quare necesse est id prius esse natura, quod est subtilium magis partium. Quoniam igitur aiunt omnium corporum ignem subtilissimum esse, primum vtique erit natura ignis, refert autem nihil, necesse enim est vnum aliquod aliorum esse primum, & non medium.

¶ Præterea raritate quidem, ac densitate alia Tex. 43.
generare nihil refert, an subtilitate, & grossitie. subtile enim rarum: crassum verò volunt esse densum, rursus vero subtilitate, & crassitie idem est, quod & magnitudine, & paruitate. Subtile enim est, quod paruarum est partium: Crassum verò, quod magnarum partium. quod enim exstans est ad multum, subtile est. tale autem est, quod ex paruis partibus constat. quare ipsis accidit magnitudine, & paruitate diuidere aliorũ substantiam. Sic autem determinãtibus, omnia ter hoc quidem ignis, hoc vero aqua, hoc autẽ aër, sed idem ad hoc quidem ignis, ad aliud vero quippiam aër. Quod quidem & iis accidit, que plura quidem ipsa elementa dicunt, magnitudine verò, ac paruitate differre aiũt. nam, cum quantitate determinatum sit vnumquodque, erit aliqua ratio magnitudinum ad seinuicem.

uicem. Quare eorum, quæ hanc habent rationem ad seinuicem, necesse est hoc quidem aërem esse, hoc vero ignem, hoc autem terram, hoc autem aquam, propterea quòd maioribus rationes minorum insunt.

Tex.44. ¶ Quicunque autem ignem supponunt elementum ipsum, hoc quidem effugiunt, alia vero ipsis irrationabilia accidere est necessarium. Quidam enim ipsorum figuram coaptant igni, vtij, qui pyramidem faciũt. Et horum alij quidem simplicius dicũt quòd figurarum quidem maxime incisiua est, corporum autem ignis.

Tex.45. ¶ Alij vero persuasibilius dicunt quòd corpora quidem omnia componũtur ex eo, quod est subtilium maxime partium, figuræ vero solidæ ex pyramidibus. quare, quoniam corporis quidem ignis subtilissimum est, figurarum vero pyramis maxime paruarum est partium, ac prima, prima autem figura primi corporis est, pyramis vtique erit ipse ignis.

Tex.46. ¶ Alij autem de figura nihil enuntiant, subtilissimarum autem partium solum elementum faciunt: deinde ex hoc compositio aiunt fieri alia, quemadmodum si ex conflata auri arena. Vtrisque autem eadem accidunt difficilia. Si enim indiuisibile primum corpus faciunt, rursus venient prius dictæ rationes ad eandem hanc

Tex.47. suppositionem. ¶ Præterea non contingit hoc dicere naturaliter volentibus considerare. Si enim omne corpus corpori comparabile sit secundum quantitatem, habent autem sic proportionaliter magnitudines, & similium partium ad seinuicem & elementorum, velut omnes aquæ ad omnem aërem, & elementi ad elementum, similiter autem & in aliis: aër autem ma-

ior est aqua, & omnino id, quod est subtiliorum partium, eo, quod est crassiorum: manifestum est quòd & elementum aquæ minus erit quàm aëris. Si igitur minor magnitudo inest maiori, diuisibile vtique erit aeris elementum. similiter autem & ipsius ignis, & omnino subtiliorũ.

¶ Si vero diuisibile sit, iis quidem qui figurãt Tex.48. ignem, accidet ignis partem non esse ignem, propterea quòd non componitur pyramis ex pyramidibus. Præterea non omne corpus esse aut elementum, aut ex elementis. pars enim ignis neque ignis est, neque alterum elementum vllum. ¶ Iis vero, qui magnitudine de- Tex.49. terminant prius aliquid elemento elementum esse, & hoc in infinitum abire, si omne corpus diuisibile sit, & quod minimarum est partium elementum. ¶ Præterea & his etiam accidit Tex.50. dicere quòd idem ad hoc quidem ignis est, ad aliud vero aër, & rursus terra, & aqua.

¶ Commune autem iis omnibus peccatum Tex.51. est, qui vnum elementum supponunt, vnum sortiri motum facere naturalem & omnium eundem. Videmus enim omne naturale corpus mota vnum habere principium. Si igitur omnia corpora vnum quid sunt, omnium vtique erit vnus motus, & eodem necessarium est, quanto quidem maiora fiunt, moueri magis, quemadmodum & ignis, quanto quidem vtique maior fit, fertur velocius sursum sua ipsius latione. accidit autem multa deorsum ferri velocius. Quamobrem & propter hæc, & præterea, quoniam determinatum est prius quòd plures sunt naturales motus, manifestum est quòd impossibile est vnum esse elementum.

Summa

Summa Sexta. Generationem in simplicibus esse corporibus, elementis scilicet, & hoc secundum partes, secundum totum autem minime.

Tex.52. QVm autem neque infinita sint, neq; vnum, necesse est plura esse, atque finita. Considerandum autem est primum, vtrum sempiterna sint, an generata corrumpantur. hoc enim ostenso manifestum erit & quot, & qualia sint. Sempiterna igitur esse est impossibile. videmus enim & ignem, & aquam, & vnumquodque simplicium corporũ dissolui. Necesse est autem aut infinitam esse, aut stare dissolutionem. Si igitur infinita sit, erit & tempus dissolutionis infinitum, & rursus compositionis: vnaquæque enim partium in alio tempore dissolvitur, & componitur. quare accidet extra infinitum tempus aliud esse infinitum, cum tempus compositionis infinitum sit, & insuper prius hoc, quod dissolutionis ita, vt extra infinitum fiat infinitum. quod quidem est impossibile. Si autem stabit aliquibi dissolutio aut indiuisibile erit corpus, in quo statur: aut diuisibile quidem, non tamen vnquam diuideretur, quemadmodum videtur Empedocles velle dicere. Indiuisibile igitur nõ erit, propter prius dictas rationes. Verùm neque diuisibile quidem erit. nunquam autem dissoluendum. minus enim corpus facilius corruptibile est maiore. Si igiter & maius corrumpitur secundum hanc corruptionem, vt dissoluatur in minora, adhuc quod minus est, hoc patiti magis est rationabile. Duobus autem modis videmus corrumpi ignem. nam & à contrario corrumpitur extinctus, & ipse à seipso marcescens. hoc autem patitur minor à maiore, & velocius, quanto vtique fuerit minor. quare necesse est corruptibilia, & generabilia esse elementa corporum.

Summa Septima. Elementorum generationem nec ex non corpore, nec ex alio corpore, sed ex alterutro esse docens.

Tex.53. VOniam autẽ generabilia sunt, aut ex non corpore, aut ex corpore erit generatio. &, si ex corpore, aut ex alio, aut ex seinuicem. ¶ Qui igitur Tex.54. ex incorporeo generat sermo, tacit vacuum. Omne enim, quod fit, in aliquo fit, & aut incorporeum erit id, in quo est generatio, aut habebit corpus. Et, si habebit corpus, duo simul erunt corpora in eodem id, quod fit, & id, quod præexistit. Si autem incorporeum, necesse vacuum esse separatum. hoc autem quòd impossibile sit ostensum est & prius.

¶ At vero neque ex corpore aliquo contingit Tex.55. fieri elementa. accidet enim aliud corpus elementis prius esse. hoc autem, si grauitatem habebit, aut leuitatem, elementorum erit aliquod. mobilem autem cum habeat propensionem, immobile erit, & mathematicum. † tale autẽ cum sit, non erit in loco. in quo enim quiescit, in hoc & moueri potest. &, si vi præter naturam: si autem vi, secundum naturam. Si igitur erit in loco, & alicubi, erit aliquod elementorum. Si autem non erit in loco, nihil ex ipso erit. quod enim fit, & ex quo fit, necesse est simul esse. Quoniam autem neque ex incorporeo fieri est possibile, neque ex alio corpore, ex se inuicem fieri extinguitur.

† *Corpus mathematicum non est in loco. Sed huius oppositum requirere 4. Physic. 47. 76. & de Ge. 44. Vide contr. Zimarra.*

Summa

Summa Octaua. Antiquorum sermones de mutua Elementorum generatione refellit.

Caput Primum. Contradicit dicentibus generationem Elementorum esse per modum segregationis, & exitus.

Tex.56. RVrsus igitur est consyderandum quisnam generationis ex seinuicem modus sit. vtrum, vt Empedocles dicit, & Democritus, an vt ij, qui in superficies resoluunt, an alius præter hos aliquis modus est. Empedocles igitur, & Democritus ignorant ipsi seipsos non generationem ex seinuicem facere, sed apparentem generationem. nam vnumquodque, quod inest, segregari inquiunt, tanquam ex vase sit generatio, sed non ex quadam materia, neque ge-
Tex.57. nerati, mutato aliquo. ¶ Deinde, & si sic, non minus sunt absurda quæ accidunt. eadem enim magnitudo non videtur per constrictionem fieri grauior. Necesse autem est hoc dicant, qui aiunt aquam, quæ inest, segregari ex aëre. cum enim aqua ex aëre facta est, grauior est.

Tex.58. ¶ Præterea mistorum corporum alterum separatum non necesse est maiorem locum obtinere: cum autem ex aqua aër fit, maiorem occupat locum. quod enim subtiliorum est partiū, in maiori loco fit. Manifestum est autem hoc quidem & in ipsa transitione. euaporante enim humido, ac intumescente, rumpuntur vasa, quæ moles continent, propter loci angustiam. Quare, si omnino non est vacuum, neque extenditur corpora, quemadmodum aiunt hoc dicentes, manifestum est quòd est impossibile. Si autem est vacuum, & extensio irrationabile est ex necessitate semper ampliorem locum id occupare, quod separatur.

¶ At necesse est & deficere eam, quæ ex seinuicem est, generationem, si in magnitudine fiunt, & minuant infinita finita. Cum enim ex terra aqua sit, ablatum est aliquid ipsius terræ, si quidem segregatio generatio: & rursus, cum ex Tex.59. derelicta, similiter. Si igitur semper hoc erit, ac sicut infinito infinita inesse. quoniam autem hoc impossibile est, non vtiq; semper fient ex seinuicem. Quod igitur non erit segregatione in seinuicem transitio, dictum est.

Caput Secundum. Inuehitur contra ponentes elementorum compositionem esse ex triangulis, in eosque ipsa resolui.

RElinquitur autem in seinuicem transmutata fieri. Hoc autem duplicitet. aut enim Tex.60. transfiguratione, quemadmodum eadem cera figuras facta & cubus, aut dissolutione in superficies, quemadmodum quidam aiunt. Si igitur transfiguratione fiunt, accidit ex necessitate indissobilia dicere corpora. dissobilibus enim existentibus, nó erit ignis pars ignis, neq; terræ, terra, propterea quòd neque pyramidis pars omnino pyramis est, neque cubi cubus.

¶ Si autem superficiei dissolutione, primum Tex.61. quidem absurdum est non omnia generare ex esse inuicem. quod quidem ipsos dicere est necesse, atque dicunt. Neque enim rationabile est vnum solum expers fieri transitionis, neque vide ri secundum sensum, sed similiter omnia transmutari in esse inuicem. Accidit autem eos de apparentibus dicentes, non consentanea di-

cere iit, quæ apparent. Huius autem causa est non bene sumere prima principia, sed omnia velle ad quasdam determinatas opiniones reducere. Oportet enim fortasis sensibilium quidem sensibilia, sempiternorum verò sempiterna, corruptibilium autem corruptibilia esse principia, atque omnino eiusdem generis eum iis, quæ subiiciuntur. Hi verò propter horum amorem idem facere videntur, quod ij, qui positiones in sermonibus seruant. omne enim sistinent, quod accidit, tanquam vera habentes principia, perinde quasi nulla iudicare oporteat ex iis, quæ eueniunt, & maxime ex hoc. Finis autem effectiuæ quidem scientiæ est opus ipsum: Naturalis verò id, quod semper propria in secundum sensum apparet.

Tex.61. ¶ Accidit autem ipsis terram maxime elementum esse, & solam incorruptibilem, si id, quod indissolubile est, & incorruptibile sit, & elementum. terra enim sola indissolubilis est aliud corpus.

Tex.63. ¶ At verò neque in iis, quæ dissoluuntur, triangulorum † iuxta elevatio rationabilis est. accidit autem & hoc in ea, quæ in sese inuicem fit, transitione, propterea quòd ex inæqualibus multitudine constant triangulis.

† a. l. de figuris.

Tex.64. ¶ Præterea, necesse est iis, qui hæc dicunt, nó è corpore facere generationé. cum enim ex superficiebus factú fuerit, nó è corpore erit factú.

Caput Tertium. Vniuersaliter refellit dicentes figuriales differentias, quibus diuersificantur elementa. esse figuras.

Tex.65. AD hæc necesse est non omne corpus esse diuisibile dicere, sed repugnare extitisse

his scientiis. Nam Mathematicæ ipsum quidem intelligibile accipiũt diuisibile. Hi vero neque sensibile omne concedunt, propterea quòd consentare suppositioné ipsam volũt. Necesse enim est aut, qui figuram faciunt vniuersumque elementorum, & hæc determinant substãtias ipsorum, indiuisibilia facere ipsa. pyramide enim, aut sphæra diuisa aliquo pacto, quod relinquatur, sphæra, aut pyramis non erit. quare aut pars non propterea quòd omne aut elementum est, aut ex elementis, aut nõ omne corpus diuisibile est.

¶ Omnino autem tentare simplicia corpora Tex.66.
figurare irrationabile est. Primo quidem, quia accidet non repleti toto. nam in planis tres figuræ videntur implere locũ, Triangulus, & Quadratum, & Sexangulus: in solidis verò duæ solũ, Pyramis, & Cubus. Necesse autem est plures his fieri, propterea quòd plura faciunt elementa.

¶ Deinde omnia quidem simplicia corpora Tex.67.
figuram accipere à continente loco videntur, maxime autem aqua, & aër. Permanere igitur elementi figuram est impossibile. non enim totum tangeret omni ex parte id, quod continet. & verò si transformetur, nõ amplius erit aqua, si figura differebat. Quare manifestum est quòd non sine determinatæ figuræ ipsorum. Sed videtur natura hoc ipsum declarare vobis, quod & ab ipsis rationem est. quemadmodum enim ipsum esse (maxime enim sic poterit formari. quemadmodum in Timæo scriptum est, id, quod omnia suscipit) sic & elementa oportet penitus esse compositis, quapropter & possunt vnaquæque in vnumquodque, separatis iis,

quæ secundum passiones, differentiis.

Tex.68. ¶Ad hæc autem, quo pacto cõtingit fieri carnem, & os, aut quodcunque compositorum eorum? neque enim ex ipsis elementis fieri possibile est, propterea quòd non sit continuum ex compositione, neque ex superficiebus cõpositis. elementa enim generantur compositione, & non ea, quæ ex elementis constant. Quare, si quis exactè loqui voluerit, & non in transitu rationes † a. l. tales. suscipere † elementi, ipsas videbit generationem auferre ex entibus.

Tex.69. ¶At vero & ad passiones, & virtutes, & motus figuræ non sunt cõgruæ corporibus, ad quæ maxime respiciẽtes sic distribuerũt. veluti quoniam ignis facile mobilis est, & calefactiuus, & exustiuus, alij quidem fecerũt ipsum sphæram, alij autem pyramidẽ. hæc enim facillime quidem mouentur, propterea quòd minima tãgunt, minimèq; stabilia sunt. maxime vero calefactiua sunt, & maxime exustiua, quia illa quidem tota est angulus, hæc autem acutissimi anguli. exurunt autem, & calefaciunt, vt aiunt, angulis.

Tex.70. ¶Primum igitur circa motum vtrique peccauerunt. nam etsi sunt figurarum hæ facillime mobiles, non tamẽ ipsius ignis motu facillime mobiles sunt. motus enim ignis sursum sit, & secundum rectam, hæ autem facile mobiles circulo sunt eo motu qui voluratio appellatur.

Tex.71. ¶Deinde, si est terra cubus, propterea quòd stabilis est, ac manet, manet autem non vbique, sed in suo ipsius loco, ex alieno verò fertur non prohibita, & ignis etiam, & alia similiter, eapropter quòd & ignis, & vnumquodq; elementorum in alieno quidem loco sphæra est, aut pyramis, in proprio vero cubus.

¶Amplius

¶Amplius autẽ, si calefacit, & vrit ignis propter angulos, omnia elementa erunt calefactiua, magis autem fortasse alterum altero. omnia enim habent angulos, veluti id, quod octo sedium, & id, quod duodecim sedium. Democrito autem etiam sphæra, tanquàm angulus quidam existens, vrit. quare differentes ipso magis, & minus. hinc autem quòd sit falsum, manifestum est. similiter autem accidet & mathematica corpora vrere, & calefacere (habẽt enim & illa angulos, & insunt in ipsis indiuisibilia, & sphæræ, & pyramides) præsertim si sint indiuisibiles magnitudines, sicuti dicunt. Nam, si hęc quidem vrunt, illa verò non, dicenda est differentia, sed non simpliciter sic dicendum est, vti dicunt. Tex.72.

¶Præterea, si id, quod vritur, ignitur, ignis autem sphæra est, aut pyramis, necesse est id, quod vritur, sicuti sphęras, aut pyramidas. Incidere igitur, & diuidere sic fit secundum rationem accidentis figuræ. ex necessitate autem pyramidem facere pyramidas, aut sphæram sphæras, peruersum est. irrationabile, & simile est, atq; si quis centrum gladium in gladios diuidi, aut serram in serras. Tex.73.

¶Præterea ridiculum est ad diuidendum solum assignare figurã ignis. viderunt enim magis congregare, & contaminare, quàm segregare. segregat enim ea, quæ nõ sunt eiusdem generis. congregat autem ea, quæ sunt eiusdem generis. Et congregatio quidem per se est (contaminare enim, & vnire ipsius ignis est) segregatio autem per accidens. congregans enim id, quod eiusdem est generis, separat alienum. Quare, aut ad ambo oportebat assignare, aut magis ad congregandum. Tex.74.

¶Adhæc autem, quoniam calidum, & frigidum contraria sunt Tex.75.

potentia, assignare frigido figuram aliquam est impossibile ex eo, quia oportet quidem contrarium id esse, quod assignatur. nihil autem est contrarium figuræ. quapropter & omnes omnes erunt. & tamẽ decebat omnia determinate figuris, aut nihil.

Tex.76. ¶Quidam autem de potentia ipsius tentantes dicere, contraria dicunt ipsi sibipsis. Aiunt enim frigidum id esse, quod magnatum est partium, propterea quòd constringit, & non transit per meatus. manifestum est igitur & quòd calidum vtique erit transiens. hoc autem id est, quod subtilium est partium. quare accidit paruitate, & magnitudine differre calidum, & frigidum, sed non figuris. Præterea, si inæquales sunt pyramides, magnæ vtique non ignis erunt. neque erit figura causa vrendi, sed contrarium. Quòd igitur non figuris differunt elementa, manifestum est ex dictis.

Tex.77. ¶Quoniam autem proprissimæ differentiæ corporum sunt quæ secundum passiones, & opera, & potentias sumuntur (vnusquisque enim eorum, quæ natura constant, & opera, & passiones, & potentias esse dicimus) erit de his dicẽdum, vt cum consyderauerimus hęc, vnusquisque ad vnumquodque differentias sumamus.

***

ARISTOTELIS DE COELO

LIBER QVARTVS.

SUMMÆ LIBRI.

Prima de antiquorum Sermone circa Graue & Leue inquirit.

Secunda causam docet, quæ quadam ex simplicibus sint, & quædam grauia.

Tertia ostendit quid graue sit, & quid leue: & quæ sint corpora, quibus hæc insunt, quotque numero, & accidentium eorum causas enuntiat.

Summa Prima Capitis Primum. Huius libri propositum declarat.



DE Graui autem & Leui quid vtrunque est, & quænam est natura ipsorum, considerandum est, & propter quã causam has potentias habent. est enim de ipsis contemplatio sermonibus de motu propria. Tex.1.

¶Graue enim & leue, quia moueri aliquo modo naturaliter potest, dicimus. Actionibus autem ipsorum nomina posita non sunt, nisi quis putet propensionem ipsam esse tale. Quia vero naturalis est tractatio de motu, hæc autem habent in seipsis veluti † suscitamenta quædam motus. omnes quidem vtuntur potentiis ipsorum, non tamen determinauerunt, præter pau- Tex.2. † al. sementa.

cos. Visis igitur primum iis, quæ ab aliis dicta sunt, & disquisitis iis, quæcunque ad considerationem hãc diuidere necessarium sit, sic & quod videtur nobis dicamus de ipsis.

Caput Secundum. De Graui, & Leui, quotupliciter eorum vnumquodque dicatur, & Antiquorum de horum tantum altero sermonem fecisse.

Tex.3. DIcitur itaq; hoc quidem simpliciter Graue, & Leue, illud vero ad alterum. eorum enim quæ grauitatem habent, dicimus aliud quidem esse leuius, aliud vero grauius, vt ligneus. De iis igitur, quæ simpliciter, dicuntur, nihil dictum est à prioribus, sed de iis, quæ ad alterum. non enim dicunt quid est ipsum graue, & quid ipsum leue, sed quid ipsum grauius, & quid ipsum leuius in habentibus grauitatem.

Tex.4. ¶Magis autem erit manifestum quod dicimus sic. Nam hæc quidem semper nata sunt à medio ferri, illa vero semper ad mediũ. horum autem id quidem, quod à medio fertur, sursum dicimus ferri, deorsum vero id, quod ad medium. Absurdum enim est non arbitrari in eo aliquid esse, quod quidẽ sursum sit, aliud autem deorsum, quemadmodum quidam censent. non enim esse aliud quidem sursum, aliud vero deorsum dicunt, si omni ex parte simile est, & vndiq; oppositis pedibus ambulabit vnusquisque ipse sibi. Nos autem ipsum vniuersi extremum sursum dicimus, quod & secundum potionem est sursum, & natura primum.

Platonis opinio in Timæo.

Tex.5. ¶Quoniam autem aliquid ipsius cœli extremum est, & medium, patet quòd erit & sursum, & deorsum, quemadmodum & multi alunt, verum

verum non sufficienter. Huius autem causa est, quia putant non esse simile vndique cœlum, sed vnum esse solum, quod supra nos est, hemisphærium. quoniam existimantes & circulariter esse tale, & medium similiter sese habere ad vniuersum, hoc quidem sursum dicent esse, medium autem deorsum.

¶Simpliciter igitur Leue dicimus, quod sursum fertur, & ad extremum. Graue autem, quod simpliciter deorsum, & ad medium. Ad aliud autem leue, & leuius, quod duobus habentibus grauitatem, atque molem æqualem, deorsum alterum alterum natura velocius fertur. Tex.6.

¶Eorum itaque, qui prius ad eam, quæ de his est, considerationem venerunt, plurimi ferè de hoc modo grauibus, & leuibus dixerunt solis, quorum ambobus habentibus grauitatem, alterum est leuius. sic autem, cum pertractauerint, putant determinatum esse & de simpliciter leui, & graui. ratio autem ipsis non congruit. Tex.7.

Caput Tertium. Antiquorum, veterum, scilicet & iuniorum de Graui, & Leui sententias commemorat, & eorundem fallacias.

MAnifestum autem erit hoc magis iis, qui vlterius processerint. Dicunt enim grauium, & leuius nonnulli quidem, quemadmodum in Timæo existit scriptum. Grauius quidem, quod ex pluribus eisdem constat: Leuius autem, quod ex paucioribus. quemadmodum plumbo plumbum maius grauius est, & æri æreum similiter autem & aliorum eiusdem speciei vnumquodque. nam in excessu æqualium par- Tex.8.

tium grauius vnumquodque existit. eodem autem modo & ligno plumbum aiunt. ex quibusdam enim eisdem esse omnia corpora, & vna materia, sed non videri. Sic autem determinatis, non est dictum de simpliciter leui, & graui.

Tex.9. ¶Nunc enim ignis quidem semper leuis est, & sursum fertur, terra autem, & terrea omnia deorsum, & ad medium. Quare, non propter paucitatem triangulorum, ex quibus constare aiunt vnumquodque ipsorum, ignis sursum ferri natus est. nam maior minus vtique ferretur, & grauior esset, ex pluribus cum sit triangulis. Nunc autem videtur contrarium. quanto enim fuerit maior, leuior est, & sursum fertur velocius. & desuper etiam paucus citius deorsum feretur ignis, multus autem tardius.

Tex.10. ¶Adhæc autem quoniam quod pauciora quidem habet ea, quæ sunt eiusdem generis, leuius esse dicunt: quod autem plura, grauius: aërem autem, & ignem, & aquam ex eisdem esse triangulis, sed differre paucitate, ac multitudine, quapropter hoc quidem ipsorum esse leuius, hoc autem grauius, erit aliqua multitudo aëris, quæ grauior aqua erit. Accidit autem totū contrarium. nam & semper maior aër sursum fertur magis, & omnino quælibet pars aëris sursum ex aqua fertur.

Tex.11. ¶Nonnulli igitur hoc modo de leui, & graui determinauerunt. Allis autem non satis visum est sic distinguere, sed quamuis Antiquiores essent ea, quæ nunc est, ætate, nouo magis modo de iis, quæ nunc sunt dicta, inte llexerūt. videntur enim corporum quædam, mole quidem minora: existentia autem, grauiora. Patet igitur quòd non satis est dicere ex æqualibus ipsis primis ea componi, quæ æquè grauia sunt. æqualia enim essent mole.

¶Prima autem, & diuisibilia iis quidem, qui plana dicunt esse, ex quibus constant grauitatem habentia corpora, absurdum est dicere, iis vero, qui solida, magis contingit dicere ipsorum maium esse grauius. Compositorum autem, quoniam non videtur hoc vnumquodque sese habere modo, sed multa grauiora videmus mixta mole esse, quemadmodum lana æ, aliam esse causam & putant quidam, & dicunt. Tex.12.

¶Vacuum enim comprehensum corpora leuia reddere aiunt, & facere interdum maiora leuiora. plus enim habere vacui. ob hoc enim & mole esse maiora, composita sæpe ex æqualibus solidis, aut minoribus. omnino autem & omnis leuoris causam esse plus inesse vacui. dicunt igitur hoc modo. Tex.13.

¶Necesse autem est addere, sic determinantes non solum vacui habere plus, si leuius sit, sed & solidi minus. Si enim excedet talem proportionem, non erit leuius. Ob hoc enim & ignem esse aiunt leuissimum, quia plurimum habet vacui. accidet igitur multum aurum plus habere vacui, modico igne esse leuius, nisi & solidum habebit multiplex. quare hoc est dicendum. ¶Quidam igitur eorum, qui non dicunt esse vacuum, nihil determinauerunt de leui, & graui, vt Anaxagoras, & Empedocles. Qui vero determinauerunt quidem, non autem dicunt esse vacuum, nihil dixerunt, cur corporum hæc quidem simpliciter leuia sunt, illa vero grauia, & ferantur hæc quidem semper sursum, illa Tex.14. Tex.15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem deorsum. Præterea de eo, quòd corporum quædam maiore mole existentia, leuiora minoribus sunt, nihil meminerunt, neque manifestum est quo pacto ex iis, quæ sunt dicta, consentanea apparentibus dicere ipsis accidet.

Tex.16. ¶Necessarium autem est & eos, qui de ignis leuitate, multum vacui habere, causam dicere esse, ferè in eisdem hærere difficultatibus. minus enim habebit solidi aliis corporibus, & vacui plus. attamen erit quædam ignis multitudo, in qua solidum, ac plenum excedit solida contenta in aliqua modica multitudine terræ. Si autem dixerint & vacui, quónam pacto definient ipsum simpliciter graue? Aut enim ex eo, quia plus solidi habet, aut quia minus vacui. Si igitur hoc dicent, erit quædam multitudo terræ adeo pauca, in qua solidi erit minus, quàm in magna multitudine ignis. Similiter autem &, si vacuo definierint, erit aliquid, quod semper deorsum fertur, leuius leui simpliciter, & lato semper sursum. hoc autem est impossibile. Simpliciter enim leue semper leuius iis est, quæ grauitatem habent, ac feruntur deorsum. Leuius autem non semper leue est, propterea quòd dicitur in habentibus grauitatem alterum altero leuius, vt aqua terra. At vero neque hoc, vacuum scilicet, proportionaliter se habere ad plenum, sufficiens est ad soluendam nunc dictam dubitationem. Accidet enim & hoc modo dicenti bus similiter impossibile. nam in maiore igni, atq; in minore eandem habebit rationem solidum ac vacuum. fertur autem velocius sursum major ignis minore, & deorsum rursus similiter maius aurum, & plumbum, similiter autem & aliorum vnum-

quod

quodque habentium grauitatem. non oportere autem hoc accidere, si hoc, definitio est graue, ac leue. ¶Absurdum autem est & si ob Tex.17.
vacuum quidem sursum feruntur, vacuum autem ipsum non. At verò, si vacuum quidem sursum natum est ferri, deorsum autem plenum, & propter hoc aliis causæ sunt lationis vtriusque, nihil de compositis oportebat considerare, propter quid corporum quædam læuia sunt, quædam verò grauia, sed de his ipsis dicere, propter quid aliud quidem leue est, aliud autem habet grauitatem. præterea, quę causa est vt non Tex.18.
differat plenum, & vacuum.

¶Irrationabile autem est & regionem vacuo facere, tanquam ipsum regio quædam non sit. Necessarium autem est, si mouetur vacuum, esse ipsum quendam locum, ex quo mutatur, & in quem. Ad hæc autem, quænam motus causa est? Non enim est vacuum ipsum. non enim ipsum mouetur solum, sed & ipsum solidum.

¶Similiter autem accidit, & si aliquis aliter Tex.19.
definiat magnitudine, & paruitate, faciens grauiora, & leuiora alia aliis, & alio quocunque modo conficiens, solum autem eandem materiam omnibus reddens, aut plures quidem, subcontrarias tamen. vna enim existente non erit ipsum simpliciter graue, ac leue, quemadmodũ ex triangulis constituentibus. contrarias vero, quemadmodum qui vacuum, & plenum, non erit dicere propter quam causam ea, quæ sunt media inter simpliciter leuia, & grauia, grauiora, & leuiora inter se, & iis, quæ simpliciter sint.

¶Magnitudine autem, & paruitate definite Tex.20.
solido quidem assimilatur magis, quàm quæ prius, quia autem contingit secundum vnum-

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quodque facere differentiam quatuor elementorum, tutius se habet ad priores dubitationes. Si vero, qui vnam facit naturam eorum, quæ magnitudine differunt, necessarium est idem accidere, quod vnam facientibus materiam: & neque simpliciter esse aliquid leue, neque feruri sursum, sed aut posterius latum, aut extrusum: & multa parua paucis magnis esse grauiora. Si autem hoc erit, accidet multum aërem, & multum ignem aqua esse grauiorem, & terra pauca: hoc autem impossibile est. Quæ igitur ab aliis sunt dicta, hæc sunt, & hoc dicuntur modo.

Summa Secunda. Causam docet, qua quædam ex simplicibus Leuia sunt, & quædam Grauia.

Tex.11. NOs autem primum dicamus determinantes id, de quo maxime dubitant quidam, propter quid corporum quædam sursum, quædam vero deorsum feruntur semper secundum naturam, quædã autem & sursum, & deorsum. Post hæc autem de graui, & leui, & accidentibus circa hæc passionibus, propter quam causam quæque fiunt.

Tex.12. ¶De hoc igitur, quòd in suum ipsius locum fertur vnumquodque, similiter est existimandum quemadmodum & circa alias generationes, mutationésque. Cum enim sint tres motus, vnus quidem secundum magnitudinem, alter vero secundum formam, tertius autem secundum locum, in vnoquoque horum mutationum videmus fieri ex contrariis in contraria, & mediis, & non in quoduis esse cuiusuis mutationis. Similiter autem neq; motiuum cuiusuis quoduis, sed vt alterabile, & augmentabile diuersum est, sic & alterativum, & augmẽtativum. Eodem itaque modo existimandum est & quod est secundum locum motiuum, & mobile, non cuiusuis quoduis esse. Si igitur ad ipsum sursum, & deorsum motiuum quidem est ipsum graue facitium, ac leuefactiuum, mobile autem sit quod potentia graue est, atque leue, in suum locum ferri vnumquodque, ad suam formam est ferri. & sic magis vtique quis existimabit id, quod dicebant Antiqui, quòd simile fertur ad simile. hoc enim non accidit omnino, nõ enim, si quis transponat terram, vbi nunc est Luna, feretur partium vnaquæque ad ipsam, sed ad eum locum, vbi & nunc existit. Omnino igitur similiter, & non differentibus, ab eodem motu necesse est hoc accidere. quare quòd nata est vna aliqua ferri particula, & totum.

¶Quoniam autem locus est ipsius contiendi, continent autem omnia, quæ mouentur sursum, & deorsum & extremum, & medii, hoc autem modo quodam fit forma contenti, in suum locum ferri, ad simile ferri est. quæ enim deinceps sunt, similia sunt inuicem, vt aqua aëri, & hic igni. Econuerso autem dicere in mediis quidem est, in extremis autem non, vt aërem quidem aquæ, aquam autem terræ. semper enim quod superius est ad id, quod est sub ipso, vt forma ad materiam, sic se habent ad inuicem. ¶Quærere vero propter quid ignis sursum, & terra deorsum, idem est, & propter quid sanabile, si moueatur, & mutetur, quærimus est sanabile, in sanitatem venit, sed nõ in albedinem. similiter autem & omnia

Tex.13.

Super quod superius ad id, quod sub ipso, vt forma ad materiã se habet.

Tex.14.

alia

Universidad de Deusto
Biblioteca

alia alterabilia. At vero & augmentabile, cum mutatur, quatenus est augmentabile, non in lanitatem venit, sed in magnitudinis excessum. Similiter autem & horum vnumquodque, hoc quidem in qualitate, hoc autem in quantitate mutatur: & in loco, leuia quidem sursum, grauia autem deorsum. nisi quòd hæc quidem in seipsis videntur habere principium mutationis (dico quippe graue, & leue) illa autem non, sed extrinsecus, vt sanabile, ac augmentabile, quatenus quandoque & hæc ex seipsis mutentur, & paruo facto in iis, quæ extra sunt, motu, alterum quidem in sanitatem venit, alterum vero in augmentum. Et quoniam idem est sanabile, & ægritudinis susceptiuum, si moueatur quatenus est sanabile, in sanitatem ferretur: si autem quatenus ægrotabile, in ægritudinem. Magis autem his graue, & leue in seipsis habere videtur principiũ, propterea quòd proxime ad substantiam horum materia sit. Signum autem est quòd latio absolutorum est, & generatione vltima motuum. Quare primus vtique erit, & secundum substantiam hic motus.

Tex.25. ¶ Cum igitur sit ex aqua aër & ex grani leue, venit ad ipsum sursum, simul autem est leue, & non amplius sit, sed ibi est. Manifestum est itaque quòd potentia ens, in actum veniens, proficitur illuc, & ad tantum, & tale, vbi est actus & quanti, & qualis, & † vbi. Eadem autem causa est, vtrea, quæ iam existunt, atque sunt terra, & ignis, moueantur in sua loca, nullo impedimento. etenim nutrimentum, cum prohibens, & innutribile, cum detinens † non fuerit, fertur conslim, & mouet etiam, & id, quod à principio fecit, & id, quod subtraxit, aut vnde resiliuit, quemadmodum dictum est in primis sermonibus, in quibus determinauimus, quòd nihil horũ ipsum seipsum mouet. Ob quam igitur causam fertur eorum, quæ feruntur vnumquodque, & ferri in suum locum quid sit, dictum est.

† a. Nõ habet & vbi.

† a. d. sublatum fuerit.

Summa Textus, ostendens quid Graue sit, & quid Leue, & quæ sint corpora, quibus hæc insint, quoque numero, & accidentium eorum causa assignans.

Cetur Primum. Definit Graue, & Leue simpliciter.

Differentias autem, & ea, quæ accidunt circa ipsa, nunc dicamus. Primum igitur definitum sit, quemadmodum videtur omnibus. Graue quidem simpliciter id esse, quod omnibus subsidet. Leue autem, quod omnibus superemineat. Simpliciter autem dico, & ad genus aspiciens, & ea, in quibus ambo non insunt, vt ignis quidem ignis quæuis magnitudo sursum ferri videtur, nisi quippiam aliud forte sit prohibens, terræ vero deorsum. eodem autem modo & velocius, quod magis est. Tex.16.

¶ Aliter autem graue, & leue, quibus vtraque insunt. etenim superemineat quibusdam, & subiiciatur quibusdam, & simpliciter ad aliquid. Quemadmodum aër, & aqua. simpliciter enim neutrum horum leue est, aut graue. nam terra ambo leuiora sunt: superemineat enim ipsis quantæ ipsorum particulæ, igni autem grauiora: subsidat enim ipsorum quantauis vtique fuerit particula. ad seipsa vero simpliciter vnum quidem graue est, alterum autem leue. aër enim, quancunque sit, superemineat aquæ, aqua autem, quantacunque sit, aëri subsidat. Tex.17.

Caput Secundum. Causam assignat, quæ aliqua compositorum corporum sint Leuiora in vno loco, quàm aliud corpus, & Grauiora eadem, in alio loco.

Tex.28. QVoniam autem & aliorum hæc quidem habent grauitatem, hæc autem leuitatem, manifestum est quòd horum quidem omnium causa est, quæ in compositis est, differentia. secundum enim quòd sortita sunt illa, hoc quidem plus, illud autem minus, erunt corporum alia leuia, alia vero grauia. Quare de illis dicendum est. alia enim, sequentur prima, quod quidem dicebamus oportere facere & eos, qui ob plenum graue esse dicunt, & ob vacuum

Tex.29. leue. ¶ Accidit itaque non vbique eadem grauia esse videri, & leuia propter primorum differentiam. dico autem vt in aëre quidem grauius erit talenti vnius lignum plumbo vnius libræ, in aqua autem leuius. Causa autem est, quia omnia grauitatem habent, præter ignem, & leuitatem, præter terram. Terram igitur, & quæ terræ habent plurimum, vbique grauitatem habere est necessarium. Aquam autem vbique, præterquam in terra. Aërem verò, præterquam in aquâ, & terra.

Tex.30. ¶ In sua enim regione omnia grauitatem habent, præter ignem, etiam aër ipse. Signum autem est, quia trahit plus inflatus vter, quàm vacuus. Quare, si aliquid plus habet aëris, quàm terræ, & aquæ, in aqua quidem contingit leuius esse, in aëre vero grauius. aëri enim non superemineat, aquæ verò supereminet. Cæ-

Caput Tertium. Explanat inuenta esse corpora simpliciter Grauia, & simpliciter Leuia, quæque ea sint.

QVòd autem est aliquid simpliciter graue, & simpliciter leue, ex his est manifestum. Tex.31.

Dico autem simpliciter Leue, quod semper sursum, & Graue, quod semper deorsum natum est ferri, non prohibitum. talia enim sunt aliqua, & non, quemadmodum putant quidam, omnia grauitatem habent.

¶ Graue enim esse videtur quibusdam etiam Tex.32. alia, & semper ferri ad medium. Est autem similiter & Leue. videmus enim, quemadmodum dictum est prius, quòd terrea omnibus subsistant, & feruntur ad medium. at vero determinatum est medium ipsum. Si igitur est aliquid, quod omnibus superemineat, quemadmodum videtur ignis etiam in ipso aëre sursum ferri, aër autem deficere, patet quòd hic ferretur ad extremum ipsum. Quare non est possibile ipsum grauitatem vllam habere: subsistaret enim alij. Si autem hoc, esset vtique aliquid aliud, quod ferretur ad extremum ipsum, quod omnibus, quæ feruntur, superemineret, nunc autem nullum videtur. Ignis igitur nullam habet grauitatem, neque terra leuitatem vllam, si subsistat quidem omnibus, & quod subsistat ferretur ad medium.

¶ At vero quòd medium sit, ad quod latio sit Tex.33. omnibus grauitatem, & à quo leuibus, manifestum est ex multis. Primum quidem, quia in hoc solum ferri contingit nihil, quemadmodum enim non est vllum impossibile, sic neq. sit. Deinde autem generatio est alicunde aliquò. Deinde ad singulos videtur angulos ignis quidem sursum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferri, terra autem deorsum, & omne, quod grauitatem habet. quare necesse est ferri ad medium. Hoc autem vtrum accidit ad ipsum terræ medium, an ad vnuersi, quoniam idem ipsorum est, alius sermo est.

Caput Quartum. Causam ostendit, qua data sunt Graue, & Leue simpliciter, & etiam in comparatione, traditque illorum differentias, materiarum, formarumque ratione.

Tex.34. QVoniam autem id, quod omnibus subsistat, fertur ad medium, necesse est id, quod omnibus supereminet, ferri ad extremam regionis, in qua faciunt motum. contrarium enim est medium extremo, quod autem substat, ei, quod supereminet. Quapropter & rationabiliter graue, & leue duo sunt. etenim loca duo sunt, medium, & extremum. Est itaque quippiam & inter hæc medium, quod ad vtrumque ipsorum dicitur alterum. est enim vt extremum, & medium amborum, quod inter medium est. ob hoc est aliquid etiam aliud graue, & leue, vt aqua, & aër.

Tex.35. † *Continens habet modis formæ, & contentum materia.*

¶ † Dicimus autem id quidem, quod continet, formæ esse: quod autem continetur, materiæ. Est autem in omnibus generibus hæc differentia. etenim in qualitate, & quantitate est hoc quidem, vt forma magis, hoc autem, vt materia. & in iis, quæ secundum locum, simpliciter, sursum quidem determinant est, deorsum vero materiæ. Quare & in ipsa materia, quæ est ipsius grauis, & leuis, quatenus quidem tale est potentia, est ipsius grauis materia: quatenus vero tale, leuis. & est quidem eadem, esse autem non

non idem. quemadmodum & ægrotabile, & sanabile, esse autem non idem.

¶ Quod igitur talem habet materiam, leue est, & semper sursum: quod vero contrariam, graue, & semper deorsum. quæ autem diuersitas quidem ab iis, habetes autem sese sic adinuicem, vt hæc, simpliciter & sursum, & deorsum feruntur. Quapropter aër, & aqua habent & leuitatem, & grauitatem, vtraq. & aqua quidem, præter terram, omnibus subsitat, aër autem, præter ignem, omnibus supereminet.

Tex.36.

Tex.37.

¶ Quoniam autem est vnum solum, quod omnibus supereminet, & vnum solum, quod omnibus subsitat, necesse est duo alia esse, quæ & subsitant alicui, & alicui supereminent. Quare necesse est & materias tot esse, quot hæc sunt, quinque scilicet. sic autem quatuor, vt vna quidem omnium sit communis, præsertim si fiunt ex inuicem, sed esse alterum est.

Tex.38.

¶ Nihil enim prohibet, vt inter contraria sit vnum, & plura, quemadmodum in coloribus. multis enim modis dicitur quod est inter, & medium ipsum.

Caput Quintum. Elementa omnia grauitatem habere in suis locis præter ignem.

Tex.39.

IN sua igitur regione vnumquodque eorum, quæ grauitatem habent, ac leuitatem, grauitatem habet terra autem in omnibus habet grauitatem, leuitatem autem non habet, nisi in iis, quibus supereminet. Quapropter si subsilatur, fertur in id, quod deinceps est, deorsum, aër quidem in regionem aquæ, aqua autem in eam, quæ est terræ. sursum autem in

eam quæ ignis est, ablato igni, non ferretur aër, nisi vi, quemadmodum & aqua trahitur, cum fuerit superficies vna, & velocius tracretur sursum, quàm sit latio, qua fertur aqua deorsum: neque aqua in eam, quæ aëris, nisi vti nunc dictum est. terra autem hoc non patitur, quoniam non est vna superficies. quapropter aqua quidem in vas ignitum trahitur, terra autem non. Quemadmodum autem neque terra sursum, & neque ignis deorsum fertur, sublato aëre, nullam enim habet grauitatem in sua regione, quemadmodum neque terra leuitatem. feruntur autem deorsum duo, subtractis. quoniam hoc quidem simpliciter graue est, quod omnibus substat, hoc autem ad aliquid graue existens in suam regionem, aut eorum, quibus supereminet, propter materiæ similitudinem.

Caput Sextum. Declarat tam dictas causas de Graui. & Leui simpliciter, & quid materia cuiusque eorum intuitu solummodo dubitationes contingentes hu, quarum, & tandem eorum esse materiam ponunt, veluti dicentes vacuum, & plenum.

Tex. 40. QVòd autem sit necessarium facere æquales differentias ipsis, est manifestum. Si enim vna est materia omnium, vt aut vacuum, aut plenum, aut magnitudo, aut triangulum, aut omnia sursum, aut omnia deorsum ferentur, altera autem latio non amplius erit. Quare leue nihil erit simpliciter, si omnia grauantur magis, eò quòd ex maioribus sunt corporibus, aut ex pluribus, aut quia sunt plena. hoc autem

autem & videmus, & ostensum est, quòd similiter & deorsum semper, & vbique feruntur, & sursum. Si vero vacuum sit, aut aliquid tale, quod semper sursum, non erit quod semper deorsum, & intermediorum itaque quædam erunt deorsum citius, quàm terra. in multo enim aëre trianguli plures, aut solidi, aut parui erunt, non videntur autem vlla particula aëris deorsum ferri. Similiter autem & in leui, si illud fecerit aliquis superabundante materia.

¶ Si autem duæ sint, intermedia quomodo Tex. 41.
erunt facientia quæ faciunt, aër, & aqua? veluti, si quis dixerit esse vacuum, & plenum. Ignem igitur vacuum, quapropter & sursum: terram verò plenum, quapropter & deorsum: aërem autem plus ignis habere, aquam autem terræ. erit enim quædam aqua, quæ plus ignis habet, hic pauco aëre, & aër multus plus terræ pauca aqua. quare oportebit aëris quandam multitudinem velocius ferri deorsum, quàm aqua pauca. hoc autem videtur nullo modo vnquam. Necesse est igitur quemadmodum & ignem sursum, quia hoc habet, puta vacuum, alia autem non, & terram deorsum, quia plenum habet, & aërem in suum ipsius, & superiorem quàm aqua sit, quia hoc quippiam habet, & aquam deorsum, quia tale. Si autem sint aut vacuum aliquid ambo, aut duo, ambo autem infinite, vtrumque, erit aliqua multitudo vtriusque, quæ excedet, & aqua aërem paucum ipso deorsum, & aër aquam ipso deorsum, quemadmodum sæpe dictum est.

Caput Septimum. Docet, quamuis figura non sit causa Grauis, & Leuis, eas tamen velocitati, & tarditati in motu conducere.

Tex.42. FIguræ autem non sunt causæ, vt ferantur simpliciter aut deorsum, aut sursum, sed vt velocius, aut tardius. propter quas autem causas non est difficile videre. Dubitatur enim nè cur lata ferramenta, & plumbum innatant super aquam, alia autem minora, & minus gravia, si rotunda fint, aut longa, vt acus, deorsum feruntur. Et, cur aliqua propter paruitatem natant in aëre, vt auri arena, & alia terrea, & pulverulenta. De his igitur omnibus putare quidem causam esse, quemadmodum Democritus, non recte se habet. Ille enim inquit ea calida, quæ sursum feruntur ex aqua, sursum pellere ex habentibus grauitatē ea, quæ lata sunt, stricta vero decidere. pauca enim esse, quæ repugnant ipsis.

Tex.43. ¶Oportebat autem in aëre adhuc magis hoc facere, quemadmodū inflat & ille ipse. sed, cum instituit, soluit molliter. ait enim non in vnum impetum facere σεισῶ, vocans σεισῶ motum eorum, quæ sursum feruntur, corporum.

Tex.44. ¶Quoniam autem continuorum hæc quidem sunt facilè diuisibilia, hæc autem minus, & diuisiua eiusdem modo, alia quidem magis, alia autem minus, has esse causas putandum est. Facile igitur diuisibile est, quod bene terminabile existit & magis, quod magis.

Tex.45. ¶Aër autem magis, quàm aqua, talis est. aqua autem, quàm terra. & minus itaque in vnoquoque genere magis facile diuisibile est, & differtur facilius. Quæ igitur habent latitudinem, quia multum comprehendunt, supra manentes propterea

propterea quòd non facile distrahitur quod magnum est. Quæ vero contratio modo sese habent figuris, quia pauca comprehendunt, feruntur deorsum, propterea quòd diuidunt facile. & in aëre multo magis, quanto facilius diuisibilis est, quàm aqua. Quoniam autem & grauitas habet quandam virtutem, secundum quam fertur deorsum, & continua vt non distrahantur, hæc oportet ad se inuicem comparare. Si enim excedat virtus grauitatis eam, quæ est in continuo, ad distractionem, & diuisionem, per vim feretur deorsum velocius: si autem debilior sit, supernatabit.

De graui igitur, & leui, & iis, quæ circa hæc accidunt, determinatum sit nobis hoc modo.

Librorum Quatuor de Cœlo finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARISTOTELIS STAGIRITÆ, PERIPATETICORVM

Principis de Generatione, & Corruptione.

LIBER PRIMVS.

SVMMÆ LIBRI.

In prima de Generatione & alteratione sermonem facit.

In secunda de Augmentatione.

In tertia de Tactu, de ipso Agere, & Pati & de Mistione.

Summæ primæ caput primum. Quæ sit libri intentio. De quæ generatione & Alteratione Antiquorum sententia.

Tex. 1. DE Generatione autem, & Corruptione eorum, quæ natura generantur, & corrumpuntur, similiter de omnibus & causas diuidendum, & rationes eorum determinãdum. Amplius autem de Alteratione, & Augmentatione, quid verumque: & vtrum existimandum sit eandem esse naturam generationis, & alterationis, an semotam, vt distinctum est & nominibus. Antiquorum igitur, hi quidem vocatam simplicem generationem esse inquiũt alterationem, hi vero alteram generationem, & alterationem. Quicunq; enim vnum aliquod dicunt esse vniuersum, & omnia ex vno generare, his quidem vtique necesse est generationem alterationem dicere, & quod proprie sic alterari. Quicunque autem plures materias vna ponunt, vt Empedocles, & Anaxagoras, & Leucippus, his alterum. Sed tamen Anaxagoras propriam vocem ignorauit. dicit enim quid fieri, & destrui, idem constitit ipsi alterari multa autem esse dicit elementa, quemadmodum & alij. Empedocles enim corporea quidẽ ignotor, omnia autem cum mouentibus sex numero. Anaxagoras autem, & Leucippus, & Democritus infinita. Hic enim ea, quæ sunt similium partium, elemẽta ponit, vt os, carnem, medullam, † & alia, quorum vniuscuiusque vnigenitus est. Democritus autem, & Leucippus ex corporibus indiuisibilibus alia componi infinita. hæc autem infinita & multitudine, & formis esse, ipsa autem á seipsis differre his, ex quibus sunt, & positione, & ordine horum. Consentire autem videntur dicere Anaxagorici Empedocleis. Hi enim inquiunt ignem, & aquam, & aërem, & terram elementa quatuor, & similium partium. Illi autem hæc quidem similia, & elementa esse, terram autem, aquam, ignem, & aërem composita. † omniseminationem enim esse horum. Iis igitur, qui ex vno omnia constituunt, necesse est dicere generationem, & corruptionem alterationẽ. semper enim subiectum manere vnum, & idem. tale autem alterari dicimus. Iis autem, qui genera multa faciunt, differre á generatione alterationẽ. coeuntibus enim, & dissolutis, generatio contingit, & corruptio. Ideo dicit Empedocles hoc modo, *quod autem natura est, sed sibi mistio, & factum mistum*

Generatio. & Alteratio an idem.

† *al. addis nerunt.*

† *omnisemi-nium.*

In Alteratione semper subest unum manet unũ, & idem.

„ *forum*. Quòd igitur proprius sit sermo eorum suppositioni ita loqui, manifestum est, & quòd dicunt hoc modo. Necesse autem est & his dicere generationem esse aliquid præter alterationem. impossibile tamen est secundum ea quæ ab eis dicuntur. Hoc autem, quòd dicimus recte, facile est videre. quemadmodū enim videmus, quiescente substantia, in ea transmutationem fieri secundum magnitudinem, quæ vocatur augmentatio, & diminutio, sic & alterationem. sed tamen, ex quibus dicunt, plura principia facientes vno, impossibile est alterari. passiones enim, per quas hoc dicimus contingere, differentiæ elementorum sunt. dico autem, vt calidum frigidum, album nigrum, siccum humidum, molle durum, & aliorum vnumquodque. vt inquit Empedocles, *Solem album videri.*
„ *& calidum omniquaque: Imbrem autem in omnibus*
„ *caliginosum, & rigidum.* similiter autē determinat & in reliquis. Quapropter, si non sit possibile ex igne fieri aquam, neque ex aqua terram, neque ex albo nigrum erit aliquid, neque ex molli durum. eadem autem ratio & de aliis. hoc autem erat alteratio. An & manifestum est quòd semper vnam contrariis supponendum materiam, siue transmutetur secundum locum, siue secundum augmentationem, & diminutionem, siue secundum alterationem. Amplius autem similiter est necesse esse hoc etiam alterationem. si enim alteratio est, & subiectum vnum elementum, & vna omnium materia habentium adinuicem transmutationem: & , si subiectum vnum est, alteratio est. ¶ Empedocles igitur ipse videtur contraria dicere & ad appatentia, & ad seipsum. Simul enim non dicit alterum ex

Vnam semper contrariis supponendā materiam.

Tex.2.

altero fieri elementorum vlium, sed alia omnia ex his. simul autem, in vnum cum iunxerit naturam omnem, præter litem, ex vno fieri rursus vnumquodque, ita, vt ex vno aliquo per dissentiri, scilicet quasdam separatis, & passiones, factum sit, hoc quidem aqua, illud autem ignis, quemadmodum dicit Solem album, & calidum: terram autem graue, & durum. Ablatis igitur his differentiis (sunt enim auferibiles gentiæ) manifestum est quòd necesse est fieri & terram ex aqua, & aquam ex terra. similiter autem & aliorum vnumquodque: & non tunc solum, sed & nunc, cum transmutantur passionibus. Sunt enim ex quibus dicit Empedocles, possibiles adsentire, & separari rursus, præsertim adueršantibus adinuicem adhuc lite, & amicitia. ideò si & tunc ex vno generata sunt. non enim ignis, & terra, & aqua, existentia adhuc, vnum erat omne. ¶ Incertum autem, & vtrum principium ipsorum ponendum vnum, an multa. dico autem ignem, & terram, & coordinata horum. secundum enim quòd vt materia supponitur, ex quo mutata per motum fiunt ignis, & terra, & aqua, vnum est elementum: secundum autem quòd hoc quidem ex compositione sit, coeuntibus illis, illa autem ex dissolutione, magis elementa quatuor illa, & priora natura.

Tex.3.

Caput Secundum. De quo tractandum sit in hoc libro. Quòd non dentur indiuisibiles magnitudines. Quòd Generatio non necessario fiat per congregationem, & segregationem: & ideo generationem non esse alteration.

OMnino itaque de Generatione, & Corruptione simplici dicendum est, vtrum est, aut

Tex.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut non est, & quomodo est, & de aliis simplicibus motibus, puta de Augmentatione, & Alterationē. ¶ Plato igitur solum de generatione scrutatus est, & corruptione, quomodo existant in rebus, & de generatione non omni, sed de ea, quæ est elementorum: quomodo autem carnes, aut ossa, aut aliorum quid talium, nihil. Amplius, neque de alteratione, neque de augmentatione quomodo existant in rebus. Omnino autem præter ea, quæ superficie tenus, de nullo aliquis instituit, præter Democritum. hic autem videtur quidem de omnibus curasse, † iam vero in eo, quod est quomodo, differt. De augmentatione enim nullus quidem determinauit (vt diximus) quod non & quiuis dicat, quòd aduenientē simili augmentantur, quomodo autem hoc, non vtique de missione, neque de aliorum, vt ita dicam, vllo, vt de ipso agere, aut ipso pati, quomodo hoc quidem agit, illud vero patitur secundum naturales factiones. Democritus autem, & Leucippus, facientes figuras, alterationem, & generationem ex his faciunt segregatione quidem, & congregatione generationem, & corruptionem: ordine autem, & positione alterationem. Quoniam autem existimabant verum esse in apparendo, contraria autem, & infinita sunt ea quæ apparent, figuras infinitas fecerunt, ita, vt transmutationibus ipsius compositi idem contrarium videatur alij, & alij, & transmutetur paruo immisto, & omnino aliud appareat vno transmutato ex eisdem enim Tragœdia, & Comœdia fit literis.

Tex. 5.

† a. l. addit hæc verba, & principia supposuisse, quæ ad omnia accommodari possunt, & ad alius motus.

Tex. 6. ¶ Quoniam autem videtur fere omnibus esse aliud generationem, & alterationem, & [illegible]

rari quidem, & corrumpi quæ congregantur, & disgregantur, alterari autem mutatis passionibus de his instituentes speculari oportet. Dubitationes autem habent hæc, & multas, & rationabiles. Nam, si generatio est congregatio, multa accidunt impossibilia. Sunt autem rursus rationes aliæ cogentes, nec faciles vt dissoluantur, quòd non contingit aliter se habere, si generatio non fit congregatio, aut omnino non est generatio: aut, si est, alteratio est. An, etsi hoc dissoluere sit difficile, tentandum.

¶ Principium autem horū omnium est, vtrum fit & generantur, & alterantur, & augmentantur ea, quæ sunt, & his contraria patiuntur, similis magnitudinibus existentibus indiuisibilibus, an nulla est magnitudo indiuisibilis. differt enim hoc plurimum. Et rursus, si magnitudines impartibiles, vtrum, vt Democritus, & Leucippus, corpora hæc sunt, an, vt in Timæo, plana. Hoc igitur ipsum, vt & in aliis diximus, irrationabile est vsque ad plana dissoluere. quapropter magis rationabile fuerit corpora esse indiuisibilia. Sed & hæc multam habent irrationabilitatem. attamen & hos alterationem, & generationem contingit facere, vt diximus est, versione, & contactu transmutantes figuratum differentiis. quod quidem facit Democritus: quapropter & colorem non dicit esse versione enim colorari. iis autem, qui in plana diuidant, non amplius. nihil enim fit, præter solida, compositis secundum latitudinem. passionem enim non possunt generare aliquam ex ipsis. Causa autem, quare minus possint confessa videre, inexperientia est. quapropter quicunque magis versati sunt in naturalibus,

Tex. 7.

magis

Universidad de Deusto
Biblioteca

magis possunt supponere talia principia, quibus multa possunt complicare. qui autem ex multis rationibus minime contemplatiui existentium sunt, † ad pauca inspicientes, facilius enunciant. ¶Videbit autem quis & ex his, quantum differunt qui Naturaliter, & qui Logice consyderant. De eo enim quod est indiuisibiles esse magnitudines, hi quidem inquiunt, quòd † ipse triangulus multæ erit. Democritus autem videbitur vtique propriis ac naturalibus rationibus persuaderi. Manifestum autem etiam quod dicimus, procedentibus. Habet enim dubitationem, si quis ponat corpus quoddam esse, & magnitudinem omniquaque diuisibilem, & hoc possibile. quid enim erit, quod diuisionē effugiat? Si enim omniquaque diuisibile est, & hoc possibile sit, siue simul sit hoc omnino diuisum & si non simul diuisum sit, siue hoc, siue nullum erit vtique impossibile. quapropter & secundum ipsum medium similiter. & omnino etiam, si omni ex parte natura est diuisibile, quamuis sit diuisum, nullum erit impossibile factum. quoniam. neque si in decem millia fecies millies diuisa fuerint, vllum est impossibile. & si forsitan nullus vtique diuidet. Quoniam ergo omniquaq; tale est corpus, diuidatur. quid igitur erit reliquum? magnitudo? non enim est possibile. nam erit quippiam non diuisum. erat autem omniquaque diuisibile. At vero, si nullā erit corpus, neque magnitudo, diuiso autem erit, aut ex punctis erit, & sine magnitudine erunt, ex quibus componitur, aut nihil procedat, & si generabitur ex nihilo, & si erit compositum, & ipsum vtique vniuersum nihil, nisi apparens. Similiter autem &, si fuerit ex punctis,

† *Ad pauca inspicientes de facili enunciant.*

Tex. 8. † αὐτοπρόσωπον.

Magnitudo an omniquaque diuisibilis.

tis, non erit quantum. Quando enim tangebant se in vna magnitudine, & vna erat magnitudo, & simul erant, nihil faciebant maius ipsum totum, diuiso enim in duo, vel plura, neque maius neque minus est ipsum totum, quàm prius. quare si etiam omnes simul positæ fuerint, nullam facient magnitudinem. Sed & si quid, velut rasura, diuiso corpore, fit, & sic ex magnitudine corpus quoddam abit, eadem ratio, illud quomodo diuisibile. Si vero non sit corpus, sed forma aliqua † separabilis, aut passio, quod recessit, & ipsa magnitudo puncta, vel tactus hoc patientes, inconueniens est ex non magnitudinibus magnitudinem esse. Amplius autem vbi erant & immobilia, aut mota puncta? tactúque semper vnus duorum quorundam, tanquàm exiente aliquo præter tactum, & diuisionem, & punctum. Si itaque quis ponat quodlibet, aut quamcunque corpus omniquaque diuisibile, hæc omnia accidunt. Amplius si cum diuisero, compegero lignum, aut aliquid aliud, rursus æquale & vnum erit. igitur sic se habet, vt patet, etiā si lacidero lignum secundum quodcunque signum, omniquaque igitur diuisum est potentia. quid ergo erit præter diuisionem? Si enim & est aliqua passio, at quomodo in hæc dissoluuntur, aut generantur ex his, aut quomodo separantur hæc? Quapropter, si quidem est impossibile ex tactibus, aut punctis esse magnitudinem, neque esse corpora indiuisibilia esse, atque magni accidit impossibile. consyderatum autem est de his alijs. ¶Sed hæc soluere tentandum est: quapropter rursus à principio dubitationem dicere oportet. Omne igitur corpus sensibile, esse diui-

† *a. In a. separabilis.*

Tex. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuisibile secundum quodcunque signum, & indiuisibile, non est absurdum. hoc enim potentia diuisibile, illud vero actu existit: esse autem simul omniquaque diuisibile potentia impartibile videbitur esse. Si enim possibile, & si fiat, non tamen vt sit simul ambo acta, indiuisibile, & diuisum, sed diuisum secundum quoduis signum. nihil igitur erit reliquum, & in incorporeum corruptum erit ipsum corpus, & generabitur vtique rursus aut ex punctis, aut omnino ex nihilo. & hoc quomodo erit possibile? At verò quòd diuidatur in separabiles, & semper in minores magnitudines, & in semotas, & separatas, manifestum est. Neque itaque succedibus diuidenti erit infinita in minutas partes sectio, neque simul possibile est esse diuisum secundum omne signum: non enim possibile est: sed vsque ad aliquid. Necesse est igitur insecabiles ineſſe magnitudines inuisibiles: & præsertim, si erit generatio, & corruptio, hæc quidem segregatione, illa vero congregatione. Ratio igitur, quæ cogere videtur esse magnitudines insecabiles, hæc est. Quòd autem latet obratio: inanu, & quà latet dicamus. Quoniam enim non est punctum puncto contiguum, esse omniquaque indiuisibile, est quidem vt ineſt magnitudinibus, est autem vt non. Videtur autem, quando hoc positum fuerit, & vbique, & omni in parte punctum esse. quare necesse est diuisam esse magnitudinem ad nihil. Vbique enim esse punctum, quare aut ex tactibus, aut ex punctis esse. Hoc autem, vt ineſt, in omni parte est, quia vnum vbique est, & omne vt vnum quodque. plura autem vno non sunt: consequenter enim non sunt: quare non omni in parte. Si enim secundum medium est diuisibilis, & secundum contiguum punctum erit diuisibilis. hoc autem non: non enim est contiguum signum signo, aut punctum puncto. hoc autem est diuisio, aut compositio. Quare est & congregatio, & segregatio, sed neque in impartibilia, & ex impartibilibus (simplex enim sunt inconuenientia) neque ita, vt omni in parte diuisio facta sit (si enim esset contiguum punctum puncto, hoc vtique esset) sed in partua, & minora est segregatio, & congregatio ex minoribus.

¶ Sed non simplex, & perfecta generatio congregatione, & segregatione determinata est, vt quidam inquiunt: eam verò, quæ in contrario est, transmutationem, alterationem. Sed hoc est, in quo errant omnia. est enim generatio simplex, & corruptio non congregatione, & segregatione, sed cum mutatum fuerit ex hoc in hoc. † Alij autem putant alterationem esse omnem talem mutationem. Hoc autem dicere non: nam in subiecto, hoc quidem est secundum rationem, illud autem secundum materiam. Quando igitur in his fuerit transmutatio: generatio erit, aut corruptio. quando autem in passionibus, & secundum accidens, alteratio. Quæ autem segregantur, & congregantur facile corruptibilia fiunt. si enim in minores quasi æquas diuisa sit, citius aër generatur: si autem congregata sit, tardius. Magis autem erit manifestum in sequentibus. nunc autem tantum determinatum sit quòd impossibile est generationem esse congregationem, qualem quidam inquiunt. Tex. 10.

Generatio, & corruptio non alteratio, & quatenus.

† *a.l. addit tatum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caput Tertium. Quæ simpliciter, quæue secundum quid, aut secundum partem Generatio, atque Corruptio dicenda sit: & cur vtraq; perpetuò duret.

Tex.11. DEterminatis autem his primo speculandum, vtrum fit aliquid, quod generatur simpliciter, & corrumpitur, an proprie quidem nihil, semper autem ex aliquo, & aliquid. dico autem vt ex laborante sanum, & laborans ex sano, aut paruum ex magno, & magnum ex paruo, & omnia alia hoc modo. Si enim simpliciter erit generatio, simpliciter vtique fiet ex non ente. quare verum fuerit dicere quòd ineſt quibusdam ipſum non ens, quædam enim generatio, ex non ente aliquo, vt ex non albo, aut ex non bono: simplex autẽ ex simpliciter non ente. ipſum autem simpliciter. aut primum ſignificat ſecundum vnumquodque prædicamentorum ipſius entis, aut vniuerſale, & omnia comprehendens. Si igitur primum, ſubſtantiæ erit generatio ex non ſubſtantia. cui vero non ineſt ſubſtantia, neq; hoc, manifeſtum eſt quòd neque aliorum vllum prædicamentorum, vt neque quale, neque quantum, neq; ipſorum vbi: ſeparabiles enim eſſent paſſiones à ſubſtantiis. Si autem non ens omnino, negatio erit vniuerſaliter omnium. quare ex nihilo neceſſe eſt id generari, quod generatur. De his igitur in aliis dubitatum eſt, atque determinatum ſermonibus amplius, breuiter autem & nunc dicendum eſt, quòd aliquo quidem modo ex non ente ſimpliciter generatur, modo autem alio ex ente ſemper. ipſum enim potentia ens, actu autem non ens neceſſe eſt præexiſtere, dictum vtroque modo. Quòd autem & his determinatis adhuc habet

lem habet dubitationem, rurſus diligenter eſt inquirendum, quomodo eſt ſimplex generatio, ſiue ex potentia ente, ſiue etiam quodammodo aliter. Tex.12. ¶Dubitabit enim aliquis, an ſit ſubſtantiæ generatio, & huius, ſed non talis, & tanti, aut ipſius vbi. eodem autem modo & de corruptione. Si enim quid generatur, manifeſtum eſt quòd erit potentia ſubſtantia aliqua, actu autem non, ex qua generatio erit, & in quam neceſſe eſt id transmutari, quod corrumpitur. Vtrum igitur inerit quid huic aliorum actu? dico autem vt nunquid erit quantum, aut quale, aut vbi id, quod potentia ſolum eſt hoc, & ens, ſimpliciter autem non hoccine, neque ens. Si enim nihil, ſed omnia potẽtia, & ſeparabile accidet id eſſe, quod ſic eſt non ens: & inſuper (quod maxime timentes erant, qui primi philoſophati ſunt) ex nullo generati præexiſtente. Si autem hoc quidem, eſſe hoc aliquid, aut ſubſtantiam, non exiſtet, ſed aliorum quippiam prædicamentorum, eorum: quemadmodum diximus, ſeparabiles paſſiones à ſubſtantiis.

Tex.13. ¶Et de his igitur quantum fieri poteſt tradendum eſt, & quæ cauſa ſit, vt generatio ſemper ſit, & quæ ſimpliciter, & quæ ſecundum partem.

Tex.14. ¶Cum autem ſit cauſa, vna quidem, vnde principium motus eſſe dicimus, vna autem, materia, talem cauſam dicere oportet. de illa enim dictum eſt prius in de motu ſermonibus, quòd eſt illud quidem immobile per omne tempus, hoc vero, quod mouetur ſemper. horum autem, de immobili quidem principio diſtinguere, † prioris eſt Philoſophiæ. De eo autem, quòd, propterea quòd continue mouetur, alia mouet, poſteriùs aſſignandum eſt, quæ talis eorum,

† *al. addit aliorum, &*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ singularia dicunt, causa est.

Tex.15. ¶Nunc autem eam', quæ vtin materiæ speciepositur, causam dicamus, ob quam semper generatio, & corruptio non deficiunt secundum naturam. simul enim forsitan hoc fiet manifestum & de eo, quod nunc dubitatum est, quonam pacto oporteat dicere de simplici generatione, & corruptione.

Tex.16. ¶Habet autem dubitationem idoneam, & quæ causa sit, vt connectatur generatio, siquidem quod corrumpitur, ad non ens abit: non ens autem nihil est. neque enim quid, neque quale, neque quantum, neque vbi ipsum non ens. Si igitur semper aliquid eorum, quæ fiunt, abit, cur non consumptum est iamdudum, & inane ipsum vniuersum? siquidem finitum est id, ex quo fit, eorum, quæ generantur vnumquodque. Non enim propterea quòd infinitum id sit, ex quo generatur, non deficit. hoc enim est impossibile. actu enim nullum infinitum, potentia autem ad diuisionem. Quare oportebat hanc esse solam non deficiendi, quoniam generatur quiddam semper minus. nunc autem hoc non videmus.

Tex.17. ¶Quocirca, propterea quòd huius corruptio alterius est generatio, & huius generatio alterius est corruptio, incessabilem necesse est transmutationem esse. De eo igitur, quod est generationem, & corruptionem similiter semper esse circa vnumquodque entium, hanc existimandum est sufficientem omnibus causam.

Tex.18. ¶Propter quid autem hæc quidem simpliciter dicuntur generari, & corrumpi, illa autem non simpliciter, tursus considerandum. siquidem idem generatio quidem huius, corruptio

ruptio autem huius: & corruptio quidem huius, generatio autem huius. quærit enim hoc aliquam rationem. Dicimus enim quòd contingit nunc simpliciter, & non solum hoc & hæc quidem est generatio simpliciter, hæc autem corruptio. hoc autem generatur quidem aliquid, non autem simpliciter generatur. dicimus enim discentem fieri quidem scientem: fieri autem simpliciter non. Quemadmodum igitur determinauimus sæpe, dicentes quòd hoc quidem significat hoc aliquid, hoc autem non, propter hoc contingit quod quæritur. Differunt enim ea, in quæ transmutatur id, quod transmutatur. puta forte quæ in ignem est via generatio simpliciter, corruptio autem alicuius est, puta terræ: terræ autem generatio, aliqua generatio, generatio autem non simpliciter, corruptio autem simpliciter, puta ignis, sicut Parmenides dicit, duo ipsum ens, & non ens inquiens, ignem, & terram. Hæc autem, aut alia talia supponere nihil differt. modum enim quærimus, sed non subiectum. In non ens igitur simpliciter est corruptio simplex, in simpliciter autem ens generatio simplex. quibus igitur determinata sunt, siue igni, & terræ, siue aliis quibusdam, horum est hoc quidem ens, hoc autem non ens. Vno igitur modo differet in hoc, simpliciter scilicet generari, & corrumpi à non simpliciter. Alio autem modo, materia, qualisque vtique sit. Cuius enim magis differentiæ hoc aliquid significant, magis substantia est, cuius autem priuationem, non ens. puta, si calidum priædicamentum aliquod, & forma, frigiditas autem priuatio: differunt autem ignis, & terra his differentiis.

Prohæc vide Auer. 4. Physic. 40. Parmenidei.

Tex.19. ¶Videtur autem multis magis, sensibili, & non sensibili differre. quando enim in sensibilem transmutata fuerit, materiam generati inquiunt. quando autem in non manifestam, corrumpi. ens enim, & non ens, eo quòd sentiatur, & non sentiatur, determinant. quemadmodum scibile quidem ens, ignotum autem non ens. sensus enim scientiæ habet virtutem. Quemadmodum igitur illi ipso sentire, vel ipso posse, viuere, & esse existimant, ita & ipsa res, modo quodam prosequentes veritatem, idem autem dicentes non verum. Contingit itaque secundum opinionem, & secundum veritatem aliter & generati simpliciter, & corrumpi. spiritus enim, & aër secundum sensum quidem minus sunt: ideo & quæ corrumpuntur simpliciter in hæc transmutatione corrumpi dicuntur. generati autem, quando in tangibile, & in terram transmutata fuerit, secundum vetitatem autem magis hoc aliquid, & forma hæc sunt, quà terra.

Tex.20. ¶Esse igitur simplicem generationem corruptionem existentem alicuius, corruptionem autem simplicem generationem existentem alicuius, dicta est causa. propter materiam enim differre, aut eo, quòd substantia est, aut non, aut quòd hæc quidem magis, illa vero non, aut eo, quòd hæc quidem magis sensibilis est materia, ex qua, & in quam, illa vero minus est. quòd autem dicantur hæc quidem simpliciter generari, illa autem aliquid solum, non ex mutatione, secundum, quem diximus modum. nunc enim tantum determinatum est, quare omni generatione existente corruptione alterius, & omni corruptione existente alicuius alterius generatione, non similiter accidit

mus generati, & corrumpi iis, quæ adinuicem transmutantur. quod autem pòst dicitur, non quæsit hoc, sed quare discens quidem non dicit simpliciter generati, sed generari sciens, quod autem pullulat generati. hæc autem dicta sunt prædicamentis. hæc enim hoc aliquid significant, hæc autem quale, hæc autem quantum. Quæcunque igitur non substantiam significant, non dicuntur simpliciter generari, sed aliquid fieri. sed tamen simpliciter fieri in omnibus generatio quidem, secundum ea, quæ in alio ordine, dicitur: puta in substantia quidem, si ignis, sed non, si terra: in quali autem, si scientia, sed non quando nescient. De eo igitur, quod est hæc simpliciter generari, hæc autem secundum quid, & vniuersaliter, & in substantias ipsis dictum est. & cur generatio continue & causa, vt materia, subiectum est, quoniam transmutabile est in contraria, & est alterius generatio semper in substantiis alterius corruptio, & alterius corruptio alterius generatio.

Quæcunq; non significãt substantiam, non dicuntur simpliciter generari.

¶At vero neque dubitare oportet quare generatur aliquid semper, deperditis. Quemadmodum enim & corrumpi simpliciter inquiùt, quando ad insensibile venerit, & non ens, similiter & generari ex non ente inquiunt, quando ex insensibili. Siue igitur existente aliquo subiecto, siue non, generatur ex non ente. quare similiter & generatur ex non ente, & corrumpitur in non ens. merito igitur non deficit. generatio enim entis est corruptio non entis: corruptio autem entis generatio non entis.

Tex.11. *Quare corruptis quibusdã, semper fiat generatio.*

¶Sed hoc non ens simpliciter, dubitauerit aliquis verum alterum contrariorum est: vt terra, & graue non ens, ignis autem, & leue ens. An

Tex.12. *Vide contr. Zim.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

non, sed est terra ens, ille vero non ens, materia terræ, & ignis similiter. Et an altera vtriusque materia. An non vtique fierent ex se inuicem, neque ex contrarijs (his enim existunt contraria igni, terræ, aquæ, aëri.) An est quidem vt eadem, est autem vt altera. quod enim quandoque existens subijcitur, idem, esse autem non idem. De his igitur in tantum dictum sit.

Caput Quartum. Quo differant Generatio, ab Corruptio ab Alteratione.

Tex.23. DE generatione autem, & alteratione dicamus quid differunt. dicimus enim has esse alteras transmutationes abinuicem. Quoniam igitur est aliquod subiectum, & aliud ipsa passio. quæ de subiecto nata est dici, & est transmutatio vtriusque horum. Alteratio quidem est, quando manente subiecto, sensibili existente, transmutetur in eius passionibus, aut contrariis, aut mediis existentibus, vt corpus sanum est, & rursus laborat, manens idem. & ex quandoque rotundum, quandoque autem angulare, idem existens. Quando autem totum transmutatur, non manente aliquo sensibili, vt subiecto eodem, sed vt ex genitura tota sanguis, aut ex aqua aër, aut ex aëre omni aqua. Generatio itaq; hoc tale, huius autem Corruptio.

Tex.24. ¶Maxime autem, si transmutatio fiat ex insensibili in sensibile, aut tactu, aut omnibus sensibus, vt quando aqua generatur, aut corrumpitur in aërem, aër enim mediocriter insensibilis est. In his autem, si aliqua maneat passio eadem contrarietatis in generato, & corrupto, vt quando ex aëre aqua, si ambo transparentia, aut frigida, non oportet huius alterasi passionem esse

in quam transmutatur. si autem non, erit alteratio. vt musicus homo corruptus est, homo autem immusicus generatus est, homo autem manet idem. Si igitur huius passio non esset secundum se musica, & immusica, huius quidem esset generatio, huius autem corruptio. ideo hominis quidem hæ sunt passiones, hominis autem musici, & hominis immusici generatio, & corruptio, nunc autem passio hæc manentis ideo alteratio, talia. Quando igitur secundum quantum sit transmutatio & contrarietatis, Augmentatio est, & Diminutio: quando autem secundum locum, Latio: quando vero secundum passionem, & quale, Alteratio: quando autem nihil permaneat, cuius altera passio est, & accidens, omnino Generatio, huius autem Corruptio. Est autem & materia maxime quidem, & proprie subiectum generationis, & corruptionis susceptibile, modo autem aliquo & quod aliis trãsmutationibus. quoniam omnia talia susceptiua sunt contrarietatum aliquarum. De generatione igitur, & corruptione, siue est, siue non, & quo modo est, & de alteratione, determinatum sit hoc modo.

Summa Secunda. De Augmentatione.

Caput Primum. Quomodo Augmentatio ab aliis differat motibus.

DE Augmentatione autem reliquum est dicere, & quonam differt à generatione, & alteratione, & quomodo augmentatur vnumquodque eorum, quæ augmentantur, & diminuuntur. quodcunque eorum, quæ diminuuntur, Tex.25. necessarium itaque primo, vtrum solum in ipso, circa

circa quod eorum adinuicem differentia est, vt quòd quidem ex hoc in hoc transmutatio, vt ex potentia substantia in actu substantiam, generatio est: quæ autem circa magnitudinem, augmentatio, & diminutio. quæ autem circa passiones, alteratio. vtraque autem ex potentia existentibus in actum transmutatio dictorum est. An etiam modus differt transmutationis, videtur enim id quidem, quod alteratur, non ex necessitate transmutari secundum locum, neque quod generatur, quod autem augmentatur, & diminuitur alio autem modo ab eo, quod fertur. quod enim fertur, totum mutat locum: quod autem augmentatur, quemadmodum quod extenditur. hoc enim manente, particulæ transmutantur secundum locum, non quemadmodum quæ sphæræ, hæ enim in æquali loco, toto manente, transmutantur: quæ autem eius, quod augetur, semper in ampliorem locum, in minorem autem quæ eius, quod diminuitur.

Caput Secundum. Qua sit augmentationis materia.

Tex.16. QVòd igitur differt non solum in ipso, circa quod, sed & sic, transmutatio eius, quod generatur, & alteratur, & augmentatur, manifestum est. Circa quod autem est transmutatio augmentationis, & diminutionis (circa magnitudinem autem videtur esse) augeri, & diminui vtro modo accipiendum.

Tex.17. ¶Vtrum ex potentia quidem magnitudine, & corpore, actu autem in corporeo, & sine magnitudine generari corpus, & magnitudinem. Et, cum hoc dupliciter contingat dicere, vno

modo augmentatio sit, vtrum ex ipsa separata secundum se materia, an existente in alio corpore. An impossibile vtroque modo. separata enim existens, aut nullum possidebit locum, vel per punctus aliquis, aut vacuum erit, aut & corpus non sensibile. horum autem hoc quidem non contingit, hoc autem necesse est in aliquo esse. semper enim alicubi erit, quod generatur et quapropter & illud aut secundum se, aut secundum accidens. ¶ Sed, si in aliquo ine- Tex.18.
rit, si quidem separatum ita, vt aut non illius secundum se, aut secundum accidens aliquid sit, contingent multa, & impossibilia. Dico autem vt, si generatur aër ex aqua, non aqua erit transmutata, sed propterea quòd, vt in vase aqua ens, materia eius. infinitas enim nihil prohibet materias esse quapropter & generari actu. Amplius neque sic videtur generari aër ex aqua, vt eadem manente. ¶Melius ergo est facere o- Tex.19.
mnibus inseparabilem esse materiam, vt existentem vnam, & eandem numero, ratione autem non vnam. At vero neque puncta, neque lineas ponendum corporis materiam, propter eadem causas, illud autem, cuius hæc vltima, materia erat, quam nunquam sine passione possibile est esse, neque sine forma.

¶Generatur igitur simpliciter alterum ex al- Tex.20.
tero, quemadmodum & in aliis determinatum est, & ab aliquo quoque actu existente, aut eiusdem generis, aut eiusdem speciei, vt ignis ab igne, aut homo ab homine: aut ab actu. durum enim non à duro generatur. ¶Quoniam au- Tex.21.
tem est & substantiæ corporeæ materia, corporalis autem iam talis (corpus enim commune nullius eadem & magnitudinis, & passionis est, ratione

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione quidem separabilis, loco autem non separabilis, nisi & passiones sint separabiles. Manifestum itaque ex dubitatis quòd non est augmentatio transmutatio ex potentia magnitudine, alia autem nullam habente magnitudinem. separatum enim esset quod commune. hoc autem quod impossibile sit, dictum est prius in aliis. Amplius autem talis transmutatio non augmentationis propria, sed generationis omnino. Augmentatio enim est existentis magnitudinis additamentum. Diminutio autem, minoramentum. Ideo oportet habere aliquam magnitudinem id, quod augetur. Quapropter non ex materia sine magnitudine oportet esse augmentationem in actum magnitudinis. generatio enim erit magis corporis, non augmentatio.

Tex. 32. ¶Accipiendum itaque magis, velut tangentes quæstionem à principio, qualisnam existens ipso augmentari, & diminui, causas, quærimus. Videtur itaque eius, quod augetur, quæcunque pars aucta esse. Similiter autem & in diminutione minor generata esse. Amplius autem adueniente aliquo augmentari, & recedente diminui. Necesse autem aut incorporeo augmentari, aut corporeo. Si igitur incorporeo, erit separatum vacuum. impossibile autem est à magnitudine materiam esse separatam, sicut dictum est prius. Si autem corporeo, duo corpora in eodem loco erunt, & quod augetur, & quod auget. est autem & hoc impossibile.

Materiam a magnitudine esse inseparabilē impossibile est.

Tex. 33. ¶Sed neque sic contingit dicere fieri augmentationem, & diminutionem, vt cum ex æqua aut tunc enim maior moles est generata. non enim augmentatio hoc, sed generatio quidem eius in quod transmutatur, erit, corruptio autem eius

trati, augmentatio autem neutrius. Sed aut nullius, aut, si quid commune amborum existit, eius, quod generatur, & eius, quod corrumpitur, vt si corpus. aqua autem non aucta est, neque aër: sed hoc quidem deperiit, hoc autem generatum est: corpus autem, siquidem auctum est. sed & hoc impossibile. Oportet enim saluare ratione inexistentia ei, quod augetur, & diminuitur. Hæc autem sunt Tria, quorum Vnum quidem est, quamcunque partem maiorem fieri eius, quæ augetur, magnitudinis, vt, si caro, carnem: et adueniente aliquo: Et tertium, vt saluetur quod augetur, & permaneat. Cum enim generatur aliquid simpliciter, aut corrumpitur, non permanet: cum autem alteratur, aut augetur, aut minuitur, permanet idem, quod augetur, aut alteratur, sed hic quidem passio, ibi autem magnitudo eadem non permanet. Si itaque est quæ dicta est, augmentatio, continget nullo adueniente, neque permanente augeri, & nullo recedente diminui, & non permanente quod augetur, sed hoc saluare oportet: supponitur enim augmentatio, tale.

Tria essentialia augmentationi.

Caput Tertium. Quid sit id, quod augetur.

Dvbitabit autem aliquis quid sit quod augetur, vtrum cui apponitur aliquid, vt si crescat augeat, ipsum maiut, quod autem auget, instrumentum, non. Quare igitur non ambo augent? maius enim & quod, & quo. quæmadmodum quando miscueris aquæ vinum. similiter enim plus vtrunque. An quoniam huius quidem manet substantia, huius autem non, vt ea, quæ instrumenti, quoniam & ibi dominans

Tex. 34.

dicitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicitur in mistione, vt quod vinum, facit enim vini opus, sed non aquæ, vniuersa mistura. similiter & in alteratione, si manet caro existens, & quod aliquid est, passio autem aliqua existit earum, quæ secundum se, quæ prius non existebat, alteratum est hoc. Quo autem alteratum est, hoc quandoque quidem nihil passum est, quandoque autem & illud. Sed alterans & principium motus in eo, quod augmentatur, & alteratur. in his enim mouens. quoniam & ingrediens fieri poterit aliquando maius, & quod fruitur ipso corpus, vt, si ingrediens fiat spiritus, sed corruptum est hoc patiens, & mouens non in hoc. ¶ Quoniam autem dubitatum est de his sufficienter, oportet & solutionem dubitationis tentare inuenire, saluantes, manente eo quod augetur, & adueniente aliquo augeri, recedente autem minui. Adhuc autem, quodcunque signum sensibile, aut maius, aut minus sectum esse, & non vacuum esse corpus, neque duas magnitudines in eodem loco, neque incorporeo augeri. Suscipiendum autem causam, cum determinauerimus primum, vnum quidé, quod ea, quæ sunt dissimilium partium, augetur, quia ea, quæ sunt consimilium partium augentur. ponitur enim ex his vnúquodque. Deinde quod caro & os, & vnaquæque talium partium est duplex, quemadmodum & aliarum in materia formam habentium, etenim materia dicitur, & forma, caro, aut os. Quãcunque igitur partem augmentari, & adueniente aliquo secundum formam quidem est possibile, secundum materiam autem non est. ¶ Oportet enim intelligere, quemadmodum si quis mensurabit eadem mensura aquam: semper enim alia, & alia, quæ ge-

Tex.35.

Tex.36.

nerantur: sic vtique augmentatur materia carnis. & non cuicunque partium aliquid adiicitur, sed hoc quidem defluit, hoc autem aduenit, figuræ autem, & formæ cuicunque particulæ.

¶ In his autem, quę sunt dissimilium partium, hoc magis manifestum, vt manu, quòd proportionaliter aucta est, materia enim, altera existens, manifesta est magis ipsa forma hic, quàm in carne, & his, quæ similium partium. ideo & minus magis videbitur esse adhuc caro, & os, quàm manus, & brachium. Quapropter est quidem vt quæcunque pars carnis aucta sit, est augmentum vt non. secundum formam enim cuicunque accessit, secundum materiam vero non.

¶ Maius autem totum generatum est, adueniente aliquo quidem, quod vocatur nutrimentum, & contrarium, transmutato autem in eandem formam, vt si sicco adueniret humidum: cum autem aduenerit, transmutaretur, & generaretur siccum. est enim vt simile simili augmentat, est autem vt dissimili.

Tex.37.

Tex.38.

Caput Quartum. Quale sit id, quod augetur. Quo pacto fiat Augmentatio. De differentia inter augmentationem, & nutritionem: & quid sit ipsa Corruptio.

DVbitabit autem aliquis, quale oportet esse id, quo augetur, Manifestum vtique quòd potentia illud. vt si caro, potentia carnem, actu igitur alterum. corruptum autem hoc, caro generatum est. no igitur ipsum secundum se. generato enim esset, non augmentatio. sed quod augetur, id hoc. Quid igitur patiens ab hoc augetur est? An mistum? quemadmodum si pois

Tex.39.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vino superinfundat aquam, hic autem possit vinum facere quod mistum: & quemadmodum ignis, tangens vtenda, vtir, ita in eo, quod augetur, & existente actu carne, quod inest augmentativum, aduenientes potentia carne facit actu carnem. Ergo simul existente. si enim seorsum, generatio. est enim ita ignem facere, ad existentem adiungentem ligna, sed sic quidem, augmentatio est: quando autem ipsa ligna accensa fuerint, generatio. ¶ Quantum autem vniuersale quidem non generatur: quemadmodum nec animal, quod nec homo, nec aliquod est singularium. sed, vt hic vniuersale, ita & illic quantum. Caro igitur, & os, aut manus, aut nerui, & horum ea, quæ sunt similium partium, aduenientes quidem aliquo quanto, sed non carne quanta. ¶ Secundum igitur quòd potentia compositum ex vtroque est, vt quanta caro, sic quidem auget. etenim quantum oportet generari, & carnem: secundum autem quòd solum caro est, nutrit. etenim sic differunt nutrimentum, & augmentatio, ratione. Ideo nutritur quidem, quousque saluum fuerit & si diminuatur, augmentatur autem non semper. Et nutrimentum augmentationi idem quidem est ipso autem esse aliud. secundum enim quòd est id, quod aduenit, potétia quanta caro, augmentativum carnis est: secundum autem quòd solum potentia caro, nutrimentum. Hæc autem forma sine materia, vt immaterialis potentia quædam, in materia est. Si autem aliqua aduenientia materia, existens potentia immaterialis, habeas & quantum potentia, hæc erunt maiores immateriales.

Tex. 40.

Tex. 41.

Idem 2. de anima.

Tex. 41. ¶ Si autem amplius facere non possit, sed vt aqua vino, semper amplius mista, in fine aquosum facit, & aquam, tunc diminutionem facit quanti, forma autem manet.

Summa Quarta. De Tactu, de ipso Agere, & Pati, & de Mistione.

Caput Primum. Proponitur sermo de Elementorum generatione, ac de aliis, de quibus prius agere necesse est.

Tex. 42. Voniam autem oportet primum de materia, & de vocatis elementis dicere, & si sunt, & si non, & vtrum sempiternum sit vnumquodque, aut generetur aliquo modo: &, si generetur, vtrum ex seinuicem generentur omnia eodem modo, aut aliquod primum eorum vnum. necesse est prius vtique dicere, de quibus indeterminate dicitur nunc. Omnes enim, qui elementa generant, & qui ea, quæ ex elementis, segregatione vtuntur, & congregatione, alio facere, & pati. Est autem congregatio quidem. Quomodo autem misceri dicimus, & segregari determinatum manifestum. Sed neque segregari possibile est, neque segregari, neque congregari, nullo faciente, neque patiente. Quidam plura elementa facientes generant, alterando, & patiendo abinuicem, quamuis ex vno necesse sit dicere factionem. Et hoc dicit Diogenes, quòd, si non essent ex vno omnia, non esset facere, & pati abinuicem, vt calidum infrigidari, & hoc calefieri. Sed non enim transmutantur calidum, & frigidum in seinuicem, sed manifestum est

† *al. & ib ex vno necesse est.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd subiectum. Quapropter in quibus facere est, & pati, necesse est horum vnam esse subiectam naturam. Omnia igitur talia esse dicere non verum est, sed in quibuscunque ipsum alterum inuicem est. Sed, si de ipso facere, & pati, & de mistione videndum sit, necesse est & de tactu. neque enim facere hæc, & pati possunt proprie, quæ non est possibile seinuicem tangere: neque non tangentia seinuicem aliqualiter contingit miscerí primum. Quapropter de tribus his determinandum est, quid Tactus, & quid Mistio, & quid Factio. Principium autem accipiamus hoc. Necesse enim entium, quibuscunque est mistio, esse hæc adinuicem tactiua. & si aliquid facit, hoc autem patitur principaliter, & in his similiter: ideo primum dicendum est de Tactu.

Caput Secundum. De Tactu.

Tex.44. FIet igitur, vt & aliorum nominum vnumquodque dicitur multifariam, & hæc quidem æquiuoce, hæc autem altera ab altera & prioribus, sic sese habet & de tactu. sed tamen proprie dictum inexistit habentibus positionis positio autem, quibus & locus. etenim mathematicis similiter reddendus est tactus, & locus, siue est separatum vnumquodque ab ipsis, siue alio modo. Si igitur est, vt determinatum est prius, Tangere vltima habere simul, hæc vtique tangent seinuicem quæcunq; determinatas magnitudines, & positionem habentia, simul habent vltima. Quoniam autem positio quibuscunque & locus inexistit: prima autem differentia loci sursum, & deorsum, & talia oppositorum: omnia seinuicem tangentia grauiter vtique habebunt, aut leuitatem, aut amborum, aut alterum. talia autem passibilia, & actiua. Quapropter manifestum est quòd hæc tangere talia sunt se inuicem, quorum distinctis magnitudinibus simul vltima sunt, existentibus motiuis, & mobilibus adinuicem.

Tactus proprie de quibus dicatur.

¶ Quoniam autem mouens nõ similiter mouet quod mouetur, sed hoc quidem necesse est motum & ipsum mouere, hoc autem immobile existens, manifestum est quòd in faciente dicemus similiter. Etenim mouens facere aliquid dicimus, & faciens mouere, sed tamen differenter, & oportet determinate. Non enim possibile est mouens omne facere, si faciens oppositum patienti. hoc autem, in quibus motus passio, passio autem est, secundum quòd alterari non solum, vt album, & calidum, sed mouere in quod est ipso facere. Illud igitur manifestũ est, quòd est quidem vt mouentia mobilia tangant, esse autem vt non. Sed determinatio ipsius tangere vniuersaliter quidem est positionem habentium, & huius quidem motiui, huius autem mobilis, adinuicem autem motiui, & mobilis, in quibus existit facere, & pati. est igitur vt pluribus tangens, id quod tangit, tangens: etenim omnem tangens, mota omnia ferè, quæ coram sunt quiescunque necesse, & apparet tangens tangere quod tangit. Est autem, vt aliquando inquimus, mouens tangere solum id, quod mouet, quod autem tangitur, non tangere quod mouetur. sed quia mouent mota ea, quæ eiusdem generis, necesse videtur esse quod tangit tangere. Quapropter, si quid mouet, immobile existens, illud quidem tanget ipsum mobile, illud autem nihil, inquimus enim aliquan-

Mouere est in alio, quòd agere.

Tex.45.

Universidad de Deusto
Biblioteca

do tũstantem tangere nos, sed nos non eum. De tactu igitur, qui in naturalibus, determinatum sit hoc modo.

Caput Tertium. Antiquorum opiniones, quæ fint ea, quæ agunt, & patiuntur, ac earum confutatio.

Tex.46. DE ipso autem Facere, & pati dicẽdum consequenter. Suscepimus enim à prioribus subcõtrarios adinuicem sermones. Multi enim concorditer hoc dicunt, quòd simile quidem à simili omne impatibile est, propterea quod nõ patiatur à similibus. Idem magis actiuum, quàm passiuum sit alterum alterò. omnia enim similiter existunt eadem similibus. Dissimilia autem, & differentia facere, & pati ad inuicem nata sunt. etenim quando minor ignis à maiori corrumpitur, propter contrarietatem hoc inquiunt pati. contrarium enim esse multum pauco. ¶ Democritus autem vltra alios propriè dixit solus, inquit enim idem, & simile esse faciens, & patiens. non enim contingere altera, & differẽtia pati adinuicem. Sed, si altera existentia faciunt aliquid adinuicem, non secundum quòd altera, sed secundum quòd idem aliquid inexistit, sic accidere hoc eis. Quæ igitur dicuntur, hæc sunt.

Simile non patitur à similibus. Idem infra tex. 1. act. & pri. meteor. com. 20.

Tex.47. *Democriti.*

Tex.48. ¶ Videntur autem hoc modo dicentes subcontrarij sermonis esse, quoniam, cum oporteat aliquod totum inspicere, partem aliquam dicunt ambo. Simile enim, & omniquaque indifferens rationabile est non pati à simili aliquid. Cur enim magis alterum erit actiuum, quàm alterum? Atque, si à simili pati aliquid possibile est, & ipsum à seipso. Proinde, his ita se habentibus, nihil

Si simile à simili pateretur, idem à seipso pateretur.

nihil vtique erit aut incorrupribile, aut immobile si simile, secundum quòd simile, actiuum. ipsum enim seipsum mouebit omne.

Tex.49. ¶ Et omnino alterum, & nullatenus idem, si- *Dissimile ab omnino dissimili nõ pati.*
mulatet. nihil enim parietur albedo à linea, aut linea ab albedine, præterquam secundum accidens puta, si accidat album, vel nigrum esse lineam. non enim † extrudunt se ipsa à natura, quæcunque neque contraria, neque ex contrariis sunt.

† *al. sponte tam auara immutant.*

Caput Quartum. Quid sit ipsum Agere, & Pati: Quæ sint ea, quæ vere agunt, & patiuntur: Propriè quid: Et quomodo.

SEd quoniam non quodcunq; natum est pati, & facere, sed quæcunque aut contraria sunt, aut contrarietatem habẽt, necesse est & patiens, & faciens genere quidem simile esse, & idem, specie autem dissimile, & contrarium. natum etiam est corpus quidem à corpore, sapor autem à sapore, color vero à colore pati: omnino autem quod eiusdem generis ab eo, quod eiusdem generis. ¶ Huius autem causa est, quòd contraria in eodem genere sunt omnia. faciunt autem, & patiuntur contraria abinuicem: quapropter necesse est, aliquo quidem modo eadem esse & faciens, & patiens, aliquo autem modo altera, & dissimilia abinuicem. Quomodo autem faciens, & patiens genere quidem eadem, & similia, specie vero dissimilia, talia autem cõtraria sunt, manifestum est quòd altera, & passiua adinuicem sunt contraria, & recta. etenim omnino generatio, & corruptio in his. Ideo & rationabile iam ignem calefacere, & frigidum infrigidare, & omnino actiuum

Tex.50. *Necesse est patiens, & faciẽs idem genere esse, specie vero contrariũ.*

Tex.51.

Universidad de Deusto
Biblioteca

assimilare sibi ipsi patiens. faciens enim, & pa-
tiens contraria sunt: & generatio in cõtrarium:
quapropter necesse est patiens in faciens trans-
mutari. sic enim erit in contrarium generatio.

Tex.52. ¶Et secundum rationem quoque, non eadem dicentes, ambos tamen est tangere naturam. Dicimus enim pati quandoque quidem subiectum, vt sanari hominem, & calefieri, & infrigidari, & alia eodem modo: quandoque autem calefieri quidem frigidum, sanari autem laborans. ambo autem sunt vera. Eodem modo & de faciente. quandoque enim hominem calefacere inquimus, quandoque autem calidum. est enim vt materia patitur, est autem vt contrarium. Ad illud igitur respicientes, idem oportere habere existimauerunt faciens, & patiens: ad alterum autem, contrarium.

Tex.53. ¶Eandem quoque rationem existimandum est de ipso facere, & pati, quam & de ipso moueri, & mouere. Dupliciter enim dicitur, & mouens. in quo enim est principium motus, videtur hoc mouere: (principium enim prima cuiusque rei est:) & rursus vltimum ad id, quod mouetur, & generationem. Similiter autem & de faciente, etenim medicum sanare dicimus, & vinum. Primum igitur mouens nihil prohibet in motu quidem immobile esse, in quibusdam autem & necessarium: vltimum autem semper mouete, motum. In actione autem primum quidem impassibile est, vltimum autem & ipsum patiens est. Quæcunque enim non habent eandem materiam, faciunt impassibilia existentia, vt Medicatiua. ipsa enim faciens sanitatem, nihil patitur ab eo, qui sanatur. cibus autem faciens & ipse patitur. aut enim calefit, aut infrigidatur

Quæcunque non habent eandem materiam, impassibilia faciunt.

fidatur, aut aliud quid patitur, simul faciens. Est autem Medicatiua quidem vt principium, cibus autem vltimum est, & tangens.

Tex.54. ¶Quæcunque igitur actiuorum non in materia habent formam, hæc quidem impassibilia sunt: quæcunque autem in materia, passibilia. Materiam enim dicimus similiter eandem, vt ita dicam, esse cuilibet oppositorum, vt genus existens. potens autem calidum esse, præsente calefaciente, & approximante, necesse est calefieri. Ideo, quemadmodum dictum est, factiuorum hæc quidem impassibilia, hæc autem passibilia. Est quemadmodum in motu, eodem modo res se habet & in factiuis. illic enim primo mouens immobile est, & in factiuis primo fa-
ciens, impassibile est. ¶Est enim effectiua cau- Tex.55.
sa, vt vnde principium motus: cuius autem gratia non effectiua. Ideo sanitas non est effectiua, nisi secundum translationem: etenim facientis cum inerit, generatur aliquid ipsum patiens. habitibus autem præsentibus, non amplius generatur, sed est iam. formæ autem, & fines habentibus quidam sunt: materia autem secundum quod materia passiuum. Ignis igitur habet in materia caliditatem. si autem aliqua esset separata caliditas, hæc nihil vtique pateretur. Hanc igitur fortasse impossibile est separatam esse. Si autem sunt quædam talia, in illis vtique erit, quod dicitur, verum. Quid igitur sit facere, & pati, & quibus insit, & quare, & quomodo, determinatum sit hoc modo.

Vide contr. Zim.

Habentibus præsentibus amplius generatur, sed iam est.

Caput Quintum. Varia adducuntur Antiquorum opiniones, quo pacto fiant Agere, & Pati: earumque examinationes, ac confutationes.

Tex.56. QVomodo autem potest hoc accidere rursus dicamus. His igitur videtur pati vnum quodque per quosdam meatus, ingrediente faciente vltimo, & principalissimo: & hoc modo videre, & audire nos inquiunt, & secundum alios sensus sentire omnes. Amplius videri per aërem, & aquam, & per transparentia, quia meatus habent inuisibiles quidem propter paruitatem, spissos autem, & secundum ordinem: & magis habere transparentia magis. Hi igitur in quibusdam determinauerunt ita, quemadmodum & Empedocles, non solum in patientibus, & facientibus, sed & misceri existimant quorumcunque meatus adinuicem sint commensurati. ¶Via autem maxime & de omnibus vno sermone determinauerunt Leucippus, & Democritus, principium cum fecerint secundum naturam quod est. Quidam enim Antiquorum opinati sunt ex necessitate ens vnum esse, & immobile: vacuum enim esse non ens: moueri autem non posse, non existente vacuo separato. † neque rursus multa esse, non existente segregante.

Empedocles.

Tex.57. *Leucippus. Democritus.*

† *a.l. addit plenū enim solum ens.*

¶Hoc autem nihil differre, siquis existimet non continuum esse vniuersum, sed tangere diuisim ab eo, quod est dicere fore multa, & non vnum esse, & vacuum. Si enim omnique que diuisibile, nihil esse vnum. quapropter neque multa, sed vacuum omne. Si autem tum quidem, tum autem non, figmento alicui hoc vtique assimilari. quousque enim, & propter quid

Tex.58.

quid ipsius totius hoc quidem ita se habet, & plenum est, illud autem diuisum? Amplius similiter dicere necessarium non esse motum. Ex his igitur rationibus, transcendentes sensum, & cogentes eum, ac si conueniat rationem sequi, ipsam omne esse vnum, & immobile, & inquidam quidam dicunt. finem enim finire vtique ad vacuum. Hi ergo ita, & propter has causas enunciauerunt de veritate.

¶Amplius autem in rationibus quidem videntur hæc contingere, in rebus autem dementer simile est opinari ita. nullum enim demenrum egredi tantum, vt ignem vnum esse existimet, & glaciem: sed solum bona, & apparentia propter assuetudinem, hæc quibusdam propter dementiam nihil videntur differre.

Tex.59.

¶Leucippus autem existimauit habere rationem, quæ ad sensum confessa dicentes, non destruere neque generationem, neque corruptionem, neque motum, & multitudinem entium. confessus autem hæc quidem apparentibus: contrariis autem vnum, vt non existat motus sine vacuo, vacuúmq. non ens, & entis nihil non ens inquit esse. quod enim proprie ens omnino plenum existens. sed esse tale, non vnum, sed habens multitudine, & inuisibilia propter paruitatem molium. hæc autem in vacuo ferri. vacuum enim esse, & congregata quidem generationem facere, dissoluta autem corruptionem. facere autem, & pati, secundum quod existunt contigua. secundum enim id non vnum esse, & composita, & circumplicata, generare.

Tex.60. *Leucippus.*

¶Ex vno autem secundū veritatem non vtique generari multitudinem, neq. ex vere multis vnū, sed esse hoc impossibile. Sed vt Empedocles? & alios

Tex.61. *Empedocles.*

& aliorum aliqui inquiunt pati per meatus, ita & omnem alterationem, & omne pati hoc modo generari per vacuum, facta dissolutione, & corruptione. similiter autem & augmentatione, subintrantibus † alijs.

† a. l. solidis

Tex. 61. ¶ Ferè autem & Empedoclem necesse est dicere, vt & Leucippus inquit. esse enim quædam solida, sed indiuisibilia, nisi omniquaque meatus continui sint. hoc autem impossibile est. nullum enim aliud solidum erit præter meatus, sed vniuersum vacuum. Necesse est igitur tangentia quidem esse indiuisibilia, intermedia autem eorum vacua, quos ille dicit meatus. Ita autem & Leucippus dicit de ipso facere, & pati. Modi igitur, secundum quos hæc quidem faciunt, hæc autem patiuntur, ferè hi dicuntur. & de his quidem, & quomodo dicunt, manifestum est. Et ad eorum positiones, quibus vtuntur, ferè confesse videtur id, quod accidit, alijs autem minus. vt Empedocli quonam modo etit generatio, & corruptio, & alteratio, non est manifestum. Illis enim sunt indiuisibilia prima corporum, figura differentia solum, ex quibus primis componuntur, & in quæ vltima dissoluuntur. Empedocli autem alia quidem manifestum est quòd vsq; ad elementa habent generationem, & corruptionem. ipsorum vero horum quomodo generatur, & corrumpitur coacernata magnitudo, nec manifestum est, nec contingit dicere ei, non dicenti & ipsius ignis elementum esse. similiter autem & aliorum omnium, vt in

Tex. 63. Timæo scripsit Plato. ¶ Tantum enim differt vt non eodem modo Leucippus dicat. quòd hic quidem solida, ille autem plana dicit indiuisibilia. & hic quidem infinitis terminata esse figuris

indiuisibilium solidorum vnumquodque, ille autem terminatis. quoniam indiuisibilia vtique dicunt, & terminata figuris. Ex his itaque generationes, & segregationes. Leucippo quidem duo vtique modi essent, & per vacuum & per tactum: ob hoc enim diuisibile est vnumquodque. Platoni autem secundum solum tactum. vacuum enim non esse inquit. Et de indiuisibilibus quidé planitiebus diximus in prioribus sermonibus: de indiuisibilibus autem solidis amplius consyderare quod accidit, relinquamus nunc. ¶ Vt autem parum egredientes dicamus, necessarium est & impassibile vnumquodque dicere indiuisibilium (non enim possibile est pati, nisi per vacuum) & nullius effectum passionis. neque enim durum, neque frigidum possibile est esse. ¶ Quamuis hoc inconueniens sit, solum attribuere circulari figuræ calidum. necesse enim est & contrarium frigidum alij alicui congruere figurarū. Inconueniens autem est, & si hæc quidé insint, dico autem caliditas, & frigiditas, grauitas autem, & levitas, & durities, & mollities non insint.

Tex. 64.

Tex. 65.

¶ Sed tamen grauius, secundum excessum, dicit esse Democritus vnumquodque indiuisibilium propter & calidius. talia autem existentia non pati abinuicem impossibile est: vt à modicum excellenti calido remisse calidum.

Tex. 66. Democritus.

¶ Amplius si durum, & molle. molle autem iam in pulsando aliquid dicitur. quod enim cedit, molle. ¶ Sed tamen inconueniens est, si nihil ineſt, nisi sola figura, & si ineſt, vna autem sola, vt hæc quidé dura, illa autem calida. nec enim vna aliqua esset natura eorum. Similiter autem impossibile est. & si plura vni, indiuisibile enim

Tex. 67.

Tex. 68.

existens

existens in eodem habebit passiones. quapropter &, si patiatur secundum quod infrigidatur, secundum id, & aliquid aliud faciet, aut patietur. Eodem autem modo & de passionibus aliis.

Tex.69. ¶ Hoc enim & solida, & plana dicentibus indiuisibilia contingit eodem modo. neque enim rariora, neque densiora est possibile generari, vacuo non existente in indiuisibilibus.

Tex.70. ¶ Amplius autem inconueniens est & parua quidem indiuisibilia esse, magna autē non. nunc enim rationabiliter maiora magis frangūtur, quàm parua, hæc enim dissoluuntur facilius, paruis scilicet magna: offendunt enim multis.

Tex.71. Indiuisibilia autem penitus, quare magis, quam magnis, inexistunt paruis? ¶ Amplius autem vtrum vna omnium sit natura illorum solidorum. aut differunt altera ab alteris: quemadmodum. si hæc quidem essent ignea, illa autem secundum terea mole. Si enim vna natura est omnium, quid est quod separauit aut quare non fiunt, cum & tetigerint, vnum? quemadmodum aqua, aquam quando tetigerit. nihil enim differt posterior a priori. Si altera autem, qualia hæc sunt? Et manifestum est quòd hæc ponendum est principia,

Tex.71. & causæ eorum, quæ contingunt magis, quàm figuras. ¶ Amplius autem differentia naturæ, & si fecerint, & si passa fuerint tangentia adinuicem. ¶ Amplius autem quid est quod mouet? si enim aliud, passiuum. si autem ipsum, secundum ipsum vnumquodque, aut diuisibile erit, secundum aliud quidem mouens, secundum aliud autem motum, aut secundum idem contraria inerunt. ¶ Et non solum materia erit numero vna, sed & potentia. ¶ Quicunque igitur per meatuum motum inquiunt passiones contingere.

Idem sepsum mouere non potest.

tingere, siquidem & plenis meatibus superfluūt meatus. Si enim patitur sic vniuersum, & si non meatus habens, sed ipsum, continuum existens, patietur eodem modo. ¶ Amplius autem quo- Tex.76
modo contingit de ipso perspicere accidere, vt dicunt? neque enim secundum tactus continuum transire per transparentia, neque per meatus, si plenus sit vnusquisque. quid enim differt ab eo, quod est non meatus habere? omne enim sic esset plenum. Sed & si vacua quidē hæc sint, necesse autem sit corpora in se habere, idē contingit rursum. Si autem tanta sint secundū magnitudinem, vt non suscipiant corpus aliquod, ridiculum est paruum quidem existimare vacuū esse, magnum autem non, neq; quantumcunque, aut vacuum aliquid aliud existimare præter regionem corporis. quapropter manifestum est quòd omni corpori mole æquale est vacuum. Omnino autem meatus facere superfluum. Si enim nihil facit secundum tactum, neque per meatus transiens faciet. Si autem tangendo, & meatibus non existentibus hæc quidem patientur, illa autem facient eorum, quæ adinuicem hoc modo nata sunt. Quòd ergo ita sint meatus, vt quidam existimant, aut falsum, aut vanum sit, manifestum est ex his. diuisibilibus autem omniquaque corporibus existentibus, meatus facere, ridiculum est. secundū quod diuisibilia sunt, possunt separari.

Caput Sextum. Quo pacto vere fiant Generatio, & Actio, & Passio.

QVo autem modo insit Generare entibus, Tex.77.
& facere, & Pati dicamus, accipientes

ptinc

principium dictum sæpe. Si enim est hoc quidē potestate, hoc autem actu tale, natum autem est non tum quidem pati, tum autē non pati, sed omniquaqi, secundum quòd est tale minus aut, & magis secundum quòd tale magis est, & minus: sic vtique meatus aliquis dicet magis esse, vt in fodiendis metallis procedunt pal-
†a. Lant vt Tex.78. sibiles venæ continuæ. ¶Connatū igitur vni-
Ex hoc sumitur quòd agens, & patiens differentia sunt lo. & subito. Idem 4. Ph. 48. & 1. Phys. 30. quodque, & vnum existens, impassibile est. Similiter autem, & non tangentia neque seipsa, neque alia, quæ facere nata sunt, & pati. Dico autem vt non solum tangens calefacit ignis, sed & si longe sit, (aërem enim ignis, aër autem corpus calefacit) natus & facere, & pati.

¶Existimare autem tum pati, tum autem non, cum determinauerimus in principio hoc dictum. Si enim non omniquaque diuisibilis sit magnitudo, sed est corpus indiuisibile, aut la-
Tex.79. titudo, non vtique erit omniquaque possibile, sed neque continuum vllum. Si autem hoc falsum, & omne corpus diuisibile, nihil esset diuisum quidem esse, tangere autem, aut diuisibile esse Si enim segregati potest secundum tactus, vt aiunt quidam, & si nondum fuerit diuisum, erit diuisum. possibile enim diuisum esse. fit enim nullum impossibile. Omnino autem hoc generati modo, scissis corporibus, inconueniens est. destruit enim hic sermo alteratio-
Tex.80. nem ¶Videmus enim idem corpus, continuum existens, quandoque quidem humidum, quandoque autem congelatum, non diuisione & compositione hoc patiens, nec versione, &
†a. l. nō habet hac verba. tactu, sicut ait Democritus. neque enim †transductum, neque transpositum, neque mutatum secundum naturam, congelatum ex humido gene-

ratum est. neque nunc sunt dura, & congelata, indiuisibilia molibus, sed similiter omne humidum, quandoque autem durum, & congelatum est. ¶Amplius autem neque augmentationem possibile esse, & diminutionem. non Tex.81.
enim quodcunque erit factum maius, si quidem erit appositio, & non omne mutatum, aut minus aliquo, aut secundum se mutato. Quòd igitur est generare, & facere, & generari, & pati similiter, & quomodo contingit, & quomodo contingit quidam, non contingit autem, determinatum sit hoc modo.

Caput Septimum. Proponuntur dubitationes de ipsa Mistione, aliorumque de hiis opiniones, ac eorum confutationes.

RElinquum autem est considerare de Mi- Tex.82.
stione, secundum eundem modum methodi. hoc enim erat tertium propositorum à principio. Considerandum autem est quid est Mistio, & quid Miscibile: & quibus existit entibus, & quomodo. Amplius autem vtrum est Mistio, an hoc falsum. Impossibile enim est aliquid alterum alteri missum esse, sicut dicunt quidam. Existentibus enim adhuc mistis, & non tactis, non magis nunc mista esse inquiunt, quàm prius, sed consimiliter se habere: altero autem corrupto, non mista esse, sed hoc quidem esse, hoc autem non esse: mistionem autem similiter habentium esse. Eodem autem modo & si, duobus congredientibus, corruptum est eorum quæ miscentur, vtrunque. non enim esse vlla nullatenus existentia.

¶Hic igitur sermo videtur quærere vt deter- Tex.83.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Misstio à generatione, et corruptione quid differat.

minetur quid differt mistio à generatione, & corruptione, & quid miscibile à generabili, & corruptibili. Manifestum enim est quòd oportet differre, siquidem est, quapropter his existentibus manifestis, dubitata soluentur vtique. At vero nec materiam igni mistam esse dicimus, nec misceri, cum ardet, aut ipsam suis particulis, neque igni: sed ignem quidem generari, hanc autem corrumpi. Secundum autem eundem modum nec corpori nutrimentum, nec figuram ceræ mistam formare molem, neque corpus, & album, neque omnino passionet, & habitus possibile est mista esse rebus. saluata enim videntur. Atqui neque album, & discipli-nam contingit misceri, nec aliud non separabilium nullum. Sed hoc dicunt non bene, qui omnia quandoque simul esse dicunt, & mista esse, non enim omne omni miscibile, sed oportet existere separabile vtrumque mistorum. passionum autem nulla separabilis.

Tex.84. ¶Quoniam autem sunt entium, illa quidem potentia, hæc autem actu, contingit mista, esse quodam modo, & non esse, actu quidem existente alio generato ex ipsis, potentia autem quid vtriusque eorum, quæ erant, antequàm misceretur, & non deperdita. hoc autem sermo quærit prius. Videntur enim ea, quæ miscentur prius ex separatis conuenientia & possibilia separari rursus. Neque permanent igitur acta, vt corpus, & album, neque corrumpuntur, neque alterum, neque ambo: saluatur enim virtus eorum, ideo hæc quidem relinquantur.

Tex.85. ¶Annexam autem his dubitationem diuidendum, vtrúmve mistio ad sensum sit, vt quando ita in parua diuisa fuerint ea, quæ miscentur, & posita fuerint hoc modo adinuicem, vt non manifestum vnumquodque sit sensui, tunc mista sunt. An non sunt, sed est vt quæcunque secundum quamcunque sit particulam mistorum. Dicitur igitur illo modo, vt hordea mista esse frumentis, quando quodcunque secus quodcunque ponatur. Si autem est omne corpus diuisibile, siquidem est corpus corpori miscibile, quod simi-lium partium, quamcunque vtique oportebit partem fieri secus quamcunque.

Tex.86. ¶Quoniam autem non est in minima diuisum esse, nec compositio idem quod mistio, sed diuersum, manifestum est quod neque secundum parua saluata oportet ea, quæ miscentur, dicere mista esse. compositio enim erit, & non temperamentum, nec mistio, neq; habebit eandem rationem cum toto pars. Dicimus autem oportere, si mistum est aliquid, quod mistum est similarium partiũ esse. & quemadmodum aquæ pars aqua, ita & temperati. Si autem secundum parua compositio fuerit mistio, nihil cõtinget horum, sed solum quidem mista ad sensum: & idem huic quidem mistum, non inferet: it quis acute, Lynci autem nihil erit mistum. Neque diuisione, vt quæcunque pars sit quamcunque sit. impossibile enim ita diuidi. Non igitur non erit mistio, aut dicendum hoc, quando contingit fieri rursus.

Caput octauum. Quo pacto fiat ipsa Mistio, & quæ sint Mistibilia propriè, & quid sit ipsa Mistio.

Vtrumque igitur, vt dicebamus, entiũ hæc quidem Tex.87.
sunt actiua, illa autem ab his passiua. Hæc igitur
sunt, quorumcunque eadem materia
sit, & actiua adinuicem, & passiua abinuicem

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæc autem faciunt, impassibilia existentia. quorum non est eadem materia. Horum igitur non est mistio, ideo neque Medicatiua facit sanitatem, neque sanitas mixta corporibus.

Tex.88. ¶Actiuorum autem, & passiuorum quæcunque sunt facile diuisibilia, multa quidem paucis, & magna paruis composita, non faciunt mistionem, sed augmentationem dominantis. mutatur enim alterum in dominans. Ideo gutta vini decem millibus congiis aquæ non miscetur. solui enim forma, & mutatur in vniuersum

Tex.89. aquam. ¶Quando autem potentiis adæquantur quodammodo, tunc mutatur quidem vterque in dominans ex sui ipsius natura. non generatur autem alterum, sed medium, & commune. Manifestum est igitur quòd hæc miscibilia sunt, quæcunque facientium, contrarietatem habent. hæc enim sunt abinuicé passiua. Et parua quoq; secus parua posita, miscentur magis. facilius enim inuicem permutantur, & citius. multum autem, & à multo tardiùs hoc operatur. Ideo & facile terminabilia diuisibilium, & passiuorum miscibilia sunt. diuiduntur enim in parua, hæc facilitet. hoc enim erat facile terminabile esse, vt humida miscibilia maxime corporum. facile terminabile enim maxime humidum diuisibilium, nisi viscosum fuerit. hæc enim amplioretem vtique, & maiorem molem faciunt. Quando autem alterum solum passiuum erit, aut vehementer, illud autem valde remisse, aut nihil amplius quod mistum est ex ambobus, aut parum. quod quidem contingit circa stannum, &

Tex.90. æs. ¶Quædam enim balbutiunt adinuicem entium, & ancipitia sunt. videntur enim quodammodo & miscibilia esse remisse, & vt alterum

Quæ humida sunt inter corpora, maxime miscibilia sunt Idem 2. huius c.49.

num quidem susceptibile, alterum autem forma. quod & in his contingit. Stannum enim, vt passio aliqua existens sine materia æris, penè euanescit, & mistum recedit, cum colorauerit solum. Idem autem hoc contingit & in aliis. Manifestum est igitur ex iis, quæ dicta sunt, & quòd est mistio, & quid est, & propter quid est, & quæ miscibilia entium. quoniam sunt quædam talia, qualia sunt abinuicem passibilia, & facile terminabilia, & facile diuisibilia. hæc enim neque corrupta esse necessarium est mista, neque possunt eadem simpliciter esse, neque compositionem esse mistionem eorum, neque ad sensum. Sed miscibile quidem est, quando facile terminabile existens passiuum fuerit, & actiuum, & tali miscibile. ad æquiuocum enim miscibile. Mistio autem est miscibilium alteratorum vnio.

ARISTOTELIS DE GENERATIONE ET CORRVPTIONE LIBER SECVDVS.

SVMMA LIBRI.

In Prima elementarum principia & eorum numerum inquirit.
In Secunda de elementorum Generatione pertractat.
In Tertia de Mistorum generatione sermonem facit.
In Quarta Generationis, & Corruptionis causas inuestigat.
Summa primæ Capit Primum. De huius libri intentione, de principio materiali generationis elementorum opiniones & Antiquorum & propria.

Tex.1. DE mistione igitur, & tactu, & de ipso facere, & pati dictum est quomodo existunt in rebus, quę transmutantur secundum naturā. Amplius autem de generatione, & corruptione simplici, quomodo est, & cuius, & propter quam causam. Similiter autem & de alteratione dictum est quid † alterati, & quam habet differentiam cum vnumquodque. Reliquum autem est considerare circa vocata Elementa corporum. generatio enim & corruptio omnibus natura constantibus substantiis, non sine sensibilibus corporibus. ¶Horum autem subiectam materiam hi quidem

† al. quod alteratur.

Tex.2.

hi quidem inquiunt esse vnam, vt aërem ponentes, aut ignem, aut aliquid medium horum, & corpus existens, & separabile. Hi autem plures secundum numerum vno. hi enim ignem, & terram. hi autem & hæc, & aërem, tertium. hi autem & hæc, & aquam, quartum, vt Empedocles: ex quibus congregatis, & segregatis, aut alteratis contingere generationem, & corruptionem rerum. ¶Quod igitur prima principia, & elementa bene se habet dicere, sit confessum, ex quibus immutatis aut secundum congregationem, & segregationem, aut secundum aliam transmutationem contingit generationem esse, & corruptionem. Sed facientes quidem vnam materiam præter dicta, hanc autem separabilem, & corpoream, peccant. Impossibile enim est sine contrarietate esse corpus hoc, sensibile existens. aut enim leue, aut graue, aut calidum, aut frigidum necesse est esse infinitū hoc, quod quidam dicunt esse principium. ¶Vt autē in Timæo scriptum est, habilem habet determinationem. Non enim decet ita aliquem dicere illud, *omne recipiens, si separatum ab aliquibus elementis: nec vtitur vllo, dicens esse subiectum aliquod vocatis elementis prius, vt aureis operibus aureis. sed & hoc non bene dictum, hoc * odo dictum. sed quorum quidem alteratio est, ita, quorum autem generatio, & corruptio, impossibile illud appellant, ex quo generatum est: quamuis, inquit, ŏmne verissimum esse omnia dicere vnum quod esse. ¶Sed elementa existentibus solidis, vsq; ad planities facit distinctionem. impossibile autem materiā primam planities esse. ¶Nos autem dicimus aliquam materiam corporum sensibilium, sed hanc non separabilem, sed semper cum contrarietate, ex

Empedocl.

Tex.3.

Tex.4.

* πασι-

Tex.5.

Tex.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qua generantur vocata elementa. determinatum est autem de his exactius in aliis. Sed tamen quoniam & hoc modo sunt ex materia corpora prima, determinandum est & de his. principium quidem, & primum † existimantes esse materiam, inseparabilem quidem, subiectam autem contrariis. neque enim calidum materia est frigido, neque hoc calido, sed subiectum ambobus. Quapropter primum quidem potentia corpus sensibile principium est: secundum autem contrarietates: dico autem vt caliditas, & frigiditas: tertium autem iam iguis, & aqua, & talia. hæc enim transmutantur in seinuicem, & non vt Empedocles, & alij dicunt. neque enim esset alteratio. contrarietates autem non transmutantur. sed non minus &, vt corporis, qualia, & quot dicendum principia. alij enim ponentes vtuntur, & non dicunt quare aut talia, aut tot.

† *a.l. suppositi.*

Caput Secundum. Quòd qualitates tangibiles sint elementorum principia primæ, earum differentiæ.

Tex.7. QVoniam igitur quærimus sensibilis corporis principia, hoc autem est tangibile tangibile autem, cuius est sensus tactus, manifestum quòd non omnes contrarietates corporis formas, & principia faciunt, sed solum quæ cundum tactum, secundum cõtrarietatem eorum differunt, & secundum tangibilem contrarietatem. Ideo neque albedo, neque nigredo, neque dulcedo, & amaritudo, similiter autem neque aliarum sensibilium contrarietatum aliqua facit elementum. quamuis prior visus est tactu. quia propter & subiectum prius. sed non est corpus tangibilis passio, secundum quòd tangibile, sed secundum alterum, etsi fuit natura prius.

Hic subiungitur pro obiectione. Ideo 2. de Anima tex. 58. & 3.1. 3. in sol. primæ quæstionis.

¶ Ipsorum autem tangibilium diuidendum Tex.8. sunt primæ differentiæ, & contrarietates. Sunt autem contrarietates secundum tactum hæ, Calidum Frigidum, Siccum Humidum, Graue Leue, Durum Molle, Lubricum Aridum, Asperum Leue, Crassum Tenue. Horum autem, Graue quidem, & Leue, neque actiua, neque passiua. non enim faciendo aliquid alterum, neque patiendo ab alio, dicuntur. Oportet autem actiua, & passiua adinuicem esse elemẽta. miscentur enim & transmutantur in seinuicem. Calidum autem, & frigidum, & siccum, & humidũ, illa quidem, quia actiua sunt, hæc autem, quia passiua, dicuntur. Calidum enim est quod congregat ea, quæ sunt eiusdem generis. segregare enim quod inquinat facere ignem, congregare est ea, quæ eiusdem generis sunt. contingit enim excipere aliena. frigidum autem quod coniungit, & congregat similiter & ea, quæ eiusdem generis, & eiusdem, non eiusdem generis. ¶ † Humidum autem, quod interminabile proprio termino, facile terminabile existens. Siccum autem, facile terminabile proprio termino, difficulter autem terminabile. ¶ Tenue autem, & Crassum, & Lubricum, & Aridum, & Durum, & Molle, & alia differentiæ, ex his. Quoniam enim repletiuum est ipsius humidi, quia nõ est terminatum quidem, facile autem terminabile existens, & quia sequitur tangens, tenue autem repletiuum, Tibullum enim partium, & quod paruarum partium repletiuum, totum enim totum tangit, tenue autem maxime tale est: manifestum est quòd tenue quidem erit humidi, crassum autem

Contrarietates secundum tactũ.

Tex.9.

† *Humidũ interminabile proprio termino, sed terminabile alieno: e contra vero siccũ. vide idem 4. Meteo. primo, & 2.*

Tex.10.

† *a.l. parua.*

Tex.11. ficci. ¶Rursum autem lubricum quidem humidi. Lubricum enim humidum aliquid passum est, velut oleum.

Tex.12. ¶Aridum autem ficci. Aridum enim est, quod perfecte siccum, adeo vt & congelatum sit propter defectionem propriæ humiditatis.

Tex.13. ¶Amplius, molle quidem humidi, durum autem ficci. Molle enim, quod cedit in seipsum, & non obsistit: quod quidem facit humidum, & ideo non est humidum molle, sed molle humidi: durum autem ficci. Durum enim est, quod congelatum est: congelatum autem siccum est.

Tex.14. ¶Dicuntur autem Siccum, & Humidum multifariam. opponitur enim sicco & humidum, & vdum. & rursus humido, & siccum, & congelatum. omnia autem hæc sunt ficci, & humidi primorum dictorum. Quoniam enim vdo opponitur siccum, & Vdum quidem est, quod habet alienam humiditatem superficie tenus: Irrigatum autem, quod in profundo, siccum autem priuatur hac, palam est quòd vdum quidem erit humidi, oppositum autem siccum primi ficci.

Tex.15. ¶Rursus autem humidum, & congelatum similiter. Humidum enim est, quod habet propriam humiditatem in profundo. Congelatum autem priuatur hac. quapropter & horum erit hoc quidem ficci, illud autem humidi. Manifestum est igitur, quòd omnes aliæ differentiæ reducuntur ad primas quatuor. hæ autem non amplius in minores. neque enim calidum quod humidum, vel quod siccum. neque humidum, quod calidum, aut quod frigidum. nec frigidum, & siccum, nec sub inuicem, nec sub calido, & humido sunt. quapropter necesse est quatuor esse has.

Caput

Caput Tertium. Quot sint qualitatum primarum coniugationes: Quotúsque Elementorum numerus. Quaternarius scilicet.

QVoniam autem quatuor elementa sunt, ipsorum autem quatuor sex coniugationes: Tex.16.
contraria autem non nata sunt coniungi: (calidum enim & frigidum esse Idem, & rursus humidum, & siccum impossibile est:) manifestum est quòd quatuor erunt elementorum coniugationes, calidi & ficci, & calidi & humidi, & rursus frigidi & ficci, & humidi & frigidi. Et secundum rationem simplicia apparentia corpora, & ignem, & aërem, & aquam, & terram. Ignis enim calidus, & siccus est, Aër autem calidus, & humidus: velut euaporatio enim aëris. Aqua autem frigida, & humida, Terra autem frigida, & ficca.) vt rationabiliter distribuantur differentiæ primis corporibus, & multitudo eorum sit secundum rationem.

¶Omnes enim qui simplicia corpora elemen- Tex.17.
ta faciunt, hi quidem vnum, hi autem duo, hi autem tria, hi autem quatuor faciunt. Quicunque igitur vnum solum dicunt esse, deinde densitate, & raritate alia generant, his contingit duo facere principia, & rarum, & densum, aut calidum, & frigidum. hæc enim quæ operantur: vnum autem supponitur, quemadmodum materia.

¶Qui autem mox duo faciunt, vt Parmenides Tex.18.
ignem, & terram, intermedia misturas faciunt *Vide 1. Phy sic. 41.*
eorum, vt aërem, & aquam.

¶similiter autem & qui tria dicunt, quem- Tex.19.
admodum Plato in diuisionibus. medium enim *Plato.*
mistam facit. Et ferè eadem dicunt, & qui duo, & qui tria dicunt, præterquam quòd hi quidem

in duo

Universidad de Deusto
Biblioteca

in duo diuidunt medium, hi autem vnum solum faciunt. Quidam autem & mox quatuor dicunt, vt Empedocles, congregat autem & hæc in duo. igni enim omnia alia opponit.

Empedocles.

Tex.10. ¶Non est autē ignis, & aër, & vnumquodque prædictorum simplex, sed mistum. Simplicia autem, talia quidem sunt, non tamen eadem, vt quod simile igni est, igneum, non ignis, & quod aëri, aëreum. similiter autem & in aliis.

Tex.11. ¶Ignis autem est superabundantia caliditatis, quemadmodum & Glacies frigiditatis. Congelatio enim, & Exarsio superabundantiæ quædam sunt, illa quidem frigiditatis, hæc autem caliditatis. Si igitur glacies est congelatio humidi, & frigidi, & ignis erit exarsio calidi, & sicci. ideo nihil ex glacie generatur, neque ex igne.

Tex.12. ¶Existentibus autem quatuor simplicibus corporibus, vtrumque duorum vtrisque locorum est. ignis enim, & aër eius, qui ad minum fertur: terra autem, & aqua eius, qui ad

† *Ignis, & terra sunt & aqua. & aër magis media videtur.*

medium. †Et extrema quidem, & syncera ignis & terra: media autem, & mista magis aqua, & aër. Et vtraque vtrisque contraria. igni enim aqua, aëri autem terra. hæc enim sunt contrariis passionibus constituta sunt.

com. 16.

¶Sed tamen simpliciter quatuor existentia, vnius vnumquodque est. Terra enim sicci magis, quàm frigidi: Aqua autem frigidi magis quàm humidi: Aër autem humidi magis quàm, calidi: Ignis autem calidi magis, quàm sicci.

Tex.13.

***

Summa

Summa Secunda. De Elementorum generatione.

Caput Primum. De mutua Elementorum generatione facili, atque difficili.

Tex.14. VOniam autem determinatum est prius quòd simplicibus corporibus ex seinuicem generatio: simul autem & secundum sensum videntur generata (non enim esset alteratio: secundum enim ipsius tactus passiones alterationis est dicēdum est quis modus adinuicē transmutationis, & vtrum omne ex omni generari possibile sit, an hæc quidē possibile, hæc autem impossibile. Quòd igitur omnia nata sint adinuicem transmutari, manifestum est. Generatio enim in contraria, & ex contrariis. elementa autem omnia habent contrarietatem adinuicem, quia differentiæ sunt contrariæ. his enim inuicē contrariæ, vt igni & aquæ. illud enim siccum, & calidum. hoc autem frigidum, & humidum, illis autem altera solū, vt aëri & aquæ. illud enim calidum, & humidum, hoc autem frigidum & humidum. Qua propter vniuersaliter quidem manifestum est quòd omne ex omnibus generari natum est. Iam autem secundum vnumquodque non difficile est videre, quomodo quidem omnia ex omnibus erunt.

Tex.15. ¶Differt autem ipso citius, & tardius, & facilius, & difficilius. Quæcunque enim habēt *contrariationem adinuicem, velox horum transmutatio est: quæcunque autem non habent, tarda, quia facilius est vnum quàm multa transmutare. Vtex igne quidem erit aër, altero transmutato, illud enim erat calidum & siccum, hoc autem

Inhabentibus cognationem facit fieri transmutationem.

* συμβεβηκότος.

autem calidum, & humidum. quapropter si vincatur siccum ab humido, aër erit. Rursus autem ex aëre aqua erit, si vincatur calidum à frigido. illud enim erat calidum, & humidum, hoc autem frigidum, & humidum. quapropter transmutato calido aqua erit. Eodem quoque modo ex aqua terra, & ex terra ignis. habent enim ambo ad ambo cognationẽ. aqua enim humidum, & frigidum, terra autẽ frigidum, & siccum. quapropter victo humido, terra erit. Et rursus quoniam ignis quidẽ siccus, & calidus, terra autem frigida, & sicca, si corrumpetur frigidum, ignis erit ex terra. Quapropter manifestum est quòd circularis erit generatio in simplicibus corporibus. & facillimus hic modus transmutationis, quia cognatio existit in ils, quæ consequenter.

Tex. 16. ¶Ex igne quoque aquam, & ex aëre terram, & rursus ex aqua, & terra aërem, & ignem contingit quidem generari, difficilius autem, quia plurium est transmutatio. Necesse enim est, si ex aqua ignis, corruptum esse & frigidum, & humidum. Et rursus, si ex terra aër, corruptum esse & frigidum, & siccum. Similiter autẽ, si ex igne, & aëre aqua, & terra, necesse est ambo transmutari. hæc igitur tardior generatio est.

Tex. 17. ¶Si autem vniuscuiusque alterum corruptum fuerit, facilis quidem erit, non autem in semicem transitus, sed ex igne quidem, & aqua erit terra, & aër: ex aëre vero, & terra ignis, & aqua. Quando enim aquæ corruptum fuerit frigidum, ignis autem siccũ, aër erit. relinquitur enim humidũ quidẽ calidum, illius autem humidũ. Quando autem ignis quidem calidum, aquæ autem humidum, terra. quia relinquitur, illius quidem siccum, huius autẽ frigidum. Similiter autem & ex

Ex hoc sumitur quòd ex duobus elemẽtis vnius contrarij tertium generari possit.

ex aëre, & terra ignis, & aqua. quando enim aëris corruptum fuerit calidum, terræ autem siccum, aqua erit. relinquitur enim illius quidem humidum, huius vero frigidum. Quando autem aëris humidum, terræ autem frigidum, ignis. quia relinquitur, illius quidem calidum, huius autem siccum, quæ quidem erant ignis. ¶ Confessa autem & sensui ignis generatio. maxime enim ignis flamma: hæc autem est fumus ardens: superne autem ex aëre, & terra. ¶In iis autem, quæ consequenter et sunt, non contingit, corrupto in vtroque altero, elementorum factum esse transitum vllum corporum, quia relinquuntur in ambobus aut eadem, aut contraria: ex neutro autem contingit generari corpus. vt, si ignis quidem corruptum fuerit siccum, aëris autem humidum, relinquitur in ambobus calidum. si autem ex vtroque calidum, relinquuntur contraria, siccum, & humidum. similiter autem & in omnibus enim iis, quæ per consequentiam, inest hoc quidem idẽ, illud autem contrarium. Quapropter simul manifestũ est quòd quæ transeunt in vnum transeunt, vno corrupto, generatorum autem ex duobus in vnum, plurib⁹.

Tex. 18. *Flamma est fumus ardens.*

Tex. 19.

¶Quòd ergo omnia ex omni generantur, & quomodo adinuicem transitus sit, dictum est.

Tex. 20.

Caput secundum. Quòd Elementa non sint naturalium corporum materia, nec alterum alteri.

Tex. 21. Ad tamen adhuc, & sic consyderabimus de Deis. Si enim est naturalium corporum materia, vt etiam videtur quibusdam, aqua, & aër, & talia sunt, necesse est aut vnum esse, aut duo aut plura. Vnum itaque omnia esse non est

possi

Universidad de Deusto
Biblioteca

possibile, vt aërem omnia, aut aquam, aut ignem, aut terram, si quidem transmutatio in contraria. Si enim erit aër, si quidem permanet, alteratio erit. sed non generatio. Simul autem neque ita videtur, vt aqua sit simul, & aër, aut aliud quodcunque. Erit igitur aliqua contrarietas, & differentia, cuius habebit aliquam alteram particulam ignis, vt caliditatem. Sed tamen nec ignis erit aër calidus. alteratio enim tale, & non videtur. Similiter autem rursus, si erit aër ex igne calido, in contrarium transmutatio erit. inerit igitur aëri hoc, & aër erit frigidum aliquid. quapropter impossibile est ignem aërem calidum esse. simul enim idem calidum, & frigidum erit. aliud aliquid igitur, præter ambo. idem erit, & aliqua alia materia communis. Eadem autem est ratio de omnibus, quòd non est

Tex.32. vnum horum, ex quo omnia. ¶ Sed neque aliud aliquid præter hæc, velut medium aliquod aëris, & aquæ, vel aëris, & ignis, his autem crassius illis autem tenuius. erit enim illud aër, & ignis cum contrarietate: sed priuatio alterum contrariorum. Quaptopter non contingit illud solum esse vnquam, vt inquiunt quidam, infinitum, & continens. similiter igitur quodcunque horum,

Tex.33. aut nullum. ¶ Si igitur nullum est sensibile prius his, hæc vtique erunt omnia. Necesse est igitur aut semper manentia, & immutabilia inuicem, aut quæ mutentur, & aut omnia, aut hæc quidé, hæc autē non, vt in Timæo Plato scripsit.

Tex.34. ¶ Quòd igitur transmutari inuicem necesse est, demonstratum est prius, & quòd non similiter celeriter aliud ex alio dictum est, prius. quoniam habentia quidem cognationem citius generantur ex seinuicem: non habentia autem citius.

Habēta cognationem citius generantur.

dius. Si igitur contrarietas vna est, secundum quam transmutantur, necesse est duo esse. materia enim medium est, insensibilis, & inseparabilis existens. Quoniam autem plura videntur esse, quæ vtique erūt, quæ minimæ. Duabus autem existentibus, non possibile est tria esse, sed quatuor, quemadmodum videtur. tot enim coniugationes erunt. sex enim existentibus, duas impossibile est generari, quia contrariæ sunt adinuicem. De his igitur dictum est prius.

¶ Quòd autem, quoniam transmutantur ad- Tex.35.
inuicem, impossibile est principiū aliquod esse horum, aut in extremo, aut medio, ex his manifestum. In extremis igitur non erit, quoniam ignis, aut terra essent omnia. & eadem est ratio, ac si dicamus ex igne, aut terra esse omnia. Quòd autem neque medium, vt videtur quibusdam, aër quidem & in ignem transmutatur, & in aquam, aqua autem in aërem, & in terram, vltima autem non amplius in seinuicem. Oportet enim stare, & non in infinitum ire hoc in rectitudine ad vtraque. infinitę enim contrarietates, in vno erūt. Sit enim Terra, in quo T. Lympha, in quo L. Aër, in quo A, Ignis, in quo I. Si ergo A transmutatur in I, & L, contrarietas erit eorum, quæ A I. sint hæc albedo, & nigredo. Rursus, si in L, & A, erit alia. non enim idem L, & I. Rursus autem siccitas, & humiditas, S quidem Siccitas, Hu. autem Humiditas. Quapropter, si quidem manet albū, erit lympha humida, & alba, si autem nigra erit lympha, in contraria enim transmutatio. necesse est igitur aut nigram, aut siccam esse lympham. sit itaque alba primum. similiter igitur & ipsi I ipsum S inexistet, siccitas. erit igitur ignis in lympham.

Vt litera Latina dissimilē, nec coincidentes dissimilitudinem terminorum correspondent. vt etiā Græca Græcis correspondent. ideo hic Lymphæ propriū.

contraria enim existit. ignis enim primũ quidẽ niger erat deinde autem siccus: lympha autem humida, deinde vero alba. Manifestum itaque quòd omnibus ex se inuicem erit transmutatio & in his, quia & T, terræ inerunt reliqua, & duo cognata, nigrum & humidum. hæc enim nondum conjuncta fuerunt.

Caput tertium. Quòd in infinitum in vtrũm non possit procedere elementorum generatio, sed quod necessario ipsa sint finita.

Tex.36. QVòd autem in infinitum non possibile est ire, quod ostẽsuri ad hoc prius veniamus, manifestum est ex his. Si enim rursus ignis, in quo I, aliud transmutatur, & non resiccatur, vt in P S, contrarietas quædam in I, & P S alia existat præter prædictas, nulli enim fidi supponitur T L A I ipsum P S. Sit ergo ipsa quidem I ipsum B, ipsi vero P S ipsum M B. ergo omnibus in existet T L A I. transmutatum enim in seinuicem. Sed hoc quidem sit nondum demõstratum. sed illud manifestũ, quòd si rursus P S in aliud, alia erit contrarietas, & ipsi P S inerit, & I. similiter autem semper cum apposito contrarietas aliqua existet his, quæ antea. Quapropter si infinita, contrarietates infinitæ vni inexistent. si autem hoc, non erit neque terminatũ esse aliquid, neque generari. oportebit enim si erit aliud ex alio, tot transire contrarietates, & amplius plures, quapropter in aliqua quidem nunquam erit transmutatio, vt si infinita media sint. necesse est autem, siquidem infinita eleméta. Amplius autem neque ex aëre in ignem, siquidem infinitæ contrarietates sint

autem & omnia vnum. necesse enim omnes existere, in inferioribus quidem ipso I eas, quæ superiorum: his autem eas, quæ inferiorum, quapropter omnia vnum erunt.

Caput Quartum. Quòd Elementa, cum plura sint, non sint immutabilia, præcipuéque auersus Empedoclem, huius opinionem auterem.

ADmirabitur autem aliquis dicentes plura vno elementa corporum, vt non transmutentur inuicem, sicut Empedocles inquit, quomodo contingit eis dicere comparabilia esse elementa. Sed tamen dicit sic. Hæc enim æqualia omnia. Si ergo secundum quantum, necesse est idem aliquid esse existens in omnibus comparabilibus, quo mensurantur. vt si ex aquæ hemina fuerint heminæ aëris decem, idem aliquid igitur erant ambo, si mensurantur eodem. Si autem non sic secundum quantum comparabilia, vt quantum ex quanto, sed quantũ possibile, velut si hemina aquæ æqualiter potest implere & decem aëris, & sic secundum quantum, non secundum quòd quantum comparabilia, sed secũdũ quòd possunt aliquid. erit ergo & quanti mensura comparate & potentiæ, sed secundum proportionem. verbi gratia vt hoc calidum, hoc album. Hoc autem, vt hoc, significat in quali quidem simile, in quanto autem æquale. Inconueniens igitur videtur, si corpora inuicem conuertibilia existenti, non proportione comparabilia sint, sed mensura potẽtiarum, & eius, quod est esse æquale calidum, aut simile ignis calidum, & aëris multiplex. idem enim plus, quia eiusdem sit generis, talem habebit rationem. Tex.37.

Tex.38. ¶Sed neque augmentatio vtique erit secundum Empedoclem, nisi secundum additionem. „ igne enim auget ignem. *Auget autem terra suum „ genus. æthera autem æther.* Hæc autē apponuntur. videntur autem non sic augeri ea, quæ augentur.

Tex.39. ¶ Multo autem difficilius est eidem tradere de generatione secundum naturam. Ea enim quæ generantur secundū naturam, omnia fiunt aut semper, aut vt plurimum. Ea autem, quæ extra ipsum semper, & multum à casu, & à fortuna. Quænam igitur causa existit huius, ex homine hominem, aut semper, aut vt plurimum, & ex frumento frumentum, sed non oliuam?

Tex.40. ¶ An & si ita compositum fuerit oi non enim vt contingit conuenientibus aliquid generatur, quemadmodum ille inquit, sed ratione aliqua. Quæ igitur horū causa? nō enim ignis, aut terra.

Tex.41. At vero neque amicitia, neque lis. cōgregationis enim solum illa, hæc autem segregationis causa. hoc autem est substantia, quæ vnuscuiusque, sed non solum mistio, & fœdus mistorum, quemadmodum ille inquit. fortuna autem in his nominatur, sed non ratio. est autem mista esse vt contingit. natura enim existentium causa est ita se habere, & vniuscuiusque naturæ hæc est, de qua nihil dicit. Nihil igitur de natura dicit. sed tamen & bene hoc, & bonum. Lis autem mistionem solum laudat, quāuis & elementa segregat non lis, sed amicitia, quæ naturæ priora sunt Deo. Dij autem & hæc.

Tex.42. ¶ Amplius autem de motu dicit simpliciter non enim sufficit dicere quòd amicitia, & lis mouent, nisi hoc erat amicitiæ esse quòd sic tali, liti autem tali. Oportebat igitur aut definiuisse, aut supposuisse, aut demonstrasse, aut

actiue, aut leniter, aut alio quodam modo.

¶ Amplius autem, quoniam videntur & vi, & Tex.43. præter naturam moueri corpora, & secundum naturam, vt ignis superius quidem non vi, inferius autem vi, ei autem, quod vi, id quod secundum naturam, contrarium est: est autem vi motus: est igitur & secundum naturā moueri. Hoc igitur amicitia mouet, an non? contrario enim est tertium superius, & segregationi assimilatur. & magis lis causa est eius, qui secundum naturam motus, quàm amicitia. quapropter & omnino præter naturam amicitia erit magis. Simpliciter autem, nisi amicitia, aut lis mouet, eorum corporū nullus motus est, neque quies, sed inconueniens. ¶ Amplius autem & apparent Tex.44. quòd mouentur. segregauit enim lis. latus autē sur superius æther, nō à lite, sed quādoque quidem, inquit, vel vt à fortuna. *Sic enim fuit multotiens tunc, frequenter autē aliter. Quandoque autē,* „ *inquit, natum esse ignem sursum ferri, Aether autē* „ *longe terram ingrediebatur radicibus. Simul autem* „ *& quando similiter habere*, inquit. *in lite nunc.* „ *opus in amicitia.* Quid igitur est id, quod mouet primum, & causa motus? non enim amicitia, & lis, sed cuiusdam motus hæ causæ sunt, si autem sunt, illud principium.

¶ Inconueniens autem est, & si anima ex elementis, aut vnum aliquod eorum. alterationes Tex.45. enim animæ quomodo erunt, vt musicum esse, & rectus immusicum, aut memoria, aut oblivio? manifestum enim quòd, siquidem ignis anima est, passiones inerunt ei, quæcunque igni, secundum quòd ignis. Si autem mistum, corporales: horum autem nulla corporalis est. Sed de his alterius opus est contemplationis.

Animam ex elementis esse absurdum.

Summa Tertia. De Mistorum generatione.

Caput Primum. Quo pacto Elementa mutuo grauentur, & quo pacto ex eis generentur Mista.

Tex.46. DE elementis autem, ex quibus corpora constituta sunt, quibuscunque quidem videtur esse aliquid commune, aut mutari in seinuicem, necesse est, si alterum horum, & alterd contingere. Quicunque autem non faciunt ex inuicem generationem, neque ex vnoquoq; nisi ficuti ex pariete lateres, inconueniens. quomodo enim ex illis erũt, carnes, & ossa, & aliorum quodcunq;? Habet autem quod dicitur dubitationem, & apud eos, qui ex alterutris generant, quomodo generatur ex eis aliud aliquid præter hoc. dico autem, vt si ex igne est aqua, & ex hac generatur ignis. est enim aliquod commune subiectum. sed vtique & caro ex eis generatur, & medulla. hæc autem quomodo generantur? Illis enim, qui dicunt, vt Empedocles, quis erit modus? necesse enim est compositionem esse, sicut ex lapidibus, & laterib⁹ paries est. mistura; hæc ex saluatis quidem elementis erit, secundũ parua autem adinuicem compositis. sic itaque caro, & aliorum vnumquodque.

Tex.47. ¶Contingit autem non ex qualibet parte carnis generari ignem, & aquam, (quemadmodum ex cera generaretur vtiq;, ex hac quidem parte sphæra, pyramis autem ex alia aliqua,) sed contingebat ex vtraque vtrunque generari. hoc igitur hoc generatur modo ex carne, ex qualibet ambo. Eis autem, qui illo modo dicunt, non cõtingit, sed vt ex pariete lapis, & lateres, vtrosq; ex alio

ex alio loco, & parte. ¶Similiter autem & sa- Tex.48.
cientibus vnam eorum materiam habet aliquam dubitationem, quomodo erit aliquid ex ambobus, vt frigido, & calido, aut igne, & aqua. si enim est caro ex ambobus, & neutrum eorum, neque rursus compositio saluatorum, quid relinquitur, nisi materiam esse quod ex illis est? alterius enim corruptio, aut alterum facit, aut materiam. Nunquid igitur quoniam est & magis, & minus calidum, & frigidum, quando quidem simpliciter fuerit alterum actu, potentia alterum erit: quando autem non omnino, sed vt quidem calidum frigidum, vt autem frigidum calidum, quia quæ miscentur corrumpunt excellentias adinuicem, tunc neque materia erit, neque illorum contrariorum vtrunque actu simpliciter, sed medium. Secũdum vero quod est potentia magis calidum, quàm frigidum, vel econtra, secundum hanc rationem duplo calidum potentia, aut frigidum, vel triplo, vel secundum alium talem modum. Erunt autem mista alia ex contrariis, aut ex elementis, & elementa ex illis potentia quodammodo existentibus, non ita vero vt materia, sed secundum prædictum modum. & est ita quidem misto, illo vero modo materia, quod generatur. Quoniam autem patiuntur contraria secundum eam, quæ in primis, determinationem. est enim alia calidum potentia frigidũ, & actu frigidum potentia calidum. quapropter, si nõ coæquẽtur, mutantur in seinuicẽ. similiter autem & in aliis contrariis. Et primo quidem elemẽta ita transmutantur, ex his autem carnes, & ossa, & quę talia, calido quidẽ facto frigido, frigido aute calido, quando ad mediũ veniunt. hic enim neu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ttum, medium autem multa, & non indiuisibile. Similiter autem & siccum, & humidum, & alia talia secundum medietatem faciunt carnem, & os, & alia huiusmodi.

Caput Secundum. Mista omnia ex quatuor constare simplicibus elementis.

Tex. 49. OMnia autem mista corpora, quæcunque circa medij locũ sunt, ex omnibus constituta sunt simplicibus. Terra enim inest omnibus, quia vnum quodque est maxime, & multum in proprio loco. Aqua autem, quia indigent terminari ipsa composita. solam autem esse simplicium facile terminabilem, aquam. Amplius autem & terra sine humido non potest consistere, sed hoc est, quod, cõtinet. si enim auferatur ex ipsa omnino humidum, decidet vtique, terra igitur, & aqua, propter has inexistunt causas. Aër autem, & ignis, quoniam contraria sunt terræ, & aquæ. terra enim aëri, aqua vero igni contraria est, vt cõtingit substantiam substantiæ contrariam esse. Quoniam igitur generationes ex contrariis sunt, inexistunt autem altera extrema contrariorum, necesse est & altera inesse. quapropter in omni composito & mnia simplicia inerunt. ¶ Testificari autem videtur & nutrimentum vniuscuiusque. omnia enim nutriuntur ex eisdem, ex quibus sunt, omnia vero ex multis nutriuntur. enim quæcunque viderentur vno solo nutriri, vt aqua plantæ, multis nutriuntur, mista est nim aquæ terra. ideo agricolæ tentant, cum miscuerint, irrigare. Quoniam autem est nutrimentum quidem materiæ, quod autem nutrit

Terra aëri, ignis vero aquæ contraria est.

Tex. 50.

Omnia nutriuntur ex eisdem, ex quibus sunt

ur comprehensum cum materia forma, & species, rationabile iam solum simplicium corporum nutriri ignem omnium, ex se inuicem generatorum, quemadmodum & priores dicunt. solus enim est & maxime ipsius formæ ignis, quia natus est ferri ad terminum. Vnumquodque autem natum est ad suam ipsius sette reponem. forma autem, & species omnium in terminis. Quòd igitur omnia corpora ex omnibus constituta sunt simplicibus, dictum est.

Ignis solus, & maxime forma.

Summa Quarta. De causis Generationis. & Corruptionis

Tex. 51. *Facilius singularia inspiciemus quando deuniuersalibus accepe rimus primum. Eadẽ numero æqualia, & generatione, sunt principia, quæ in sempiternis, et in primis. Materia in generabilibus est causa, per quã res potest esse, & nõ esse. Idem 7. me. te. c. 22. & 32.*

Caput Primum. Quòd oporteat inquirere causas rerum generabilium, & corruptibilium vniuersales. Quot, quæne sint ista causæ: & nonnulla circa ipsas Antiquorum errores.



Via vero sunt quædam generabilia, & corruptibilia, & generatio existit in eo, qui est circa medium, loco, dicendum est de omni generatione, similiter quot, & quænam eius principia. facilius enim sic singularia considerabimus, quando de vniuersalibus accepemus primum. Sunt igitur & numero æqualia, & genere eadẽ, quæ & in sempiternis, & in primis. illud enim, vt materia est, hoc autẽ, vt forma. oportet autem & tertium adhuc adesse, non enim sufficiẽtia sunt ad generandũ duo, quemadmodum neque in primis. Vt materia igitur generabilibus causa est, quod possibile sit, & nõ sit. hæc enim ex necessitate sunt, vt æterna, hæc autem non sunt ex necessitate. Horum autem

hæc quidem impossibile est non esse.hæc autem impossibile est, quia non contingit circa necessarium aliter se habere. Quædam vero esse, & non esse possibilia, quod est generabile, & corruptibile,quandoque enim est hoc, quandoque autem non est. Quapropter necessarium est generationem,& corruptionem esse circa possibile esse,& non esse. Ideóque vt materia quidem, hęc est causa generabilibus,vt autem cuius gratia,forma,& species.hæc autem est ratio vniuscuiusque substantiæ. ¶Oportet autem adesse
Tex.52. & tertium, quod omnes quidem somniant, dicit autem nullus. Sed hi quidem sufficientem existimauerunt causam esse ad generãdum sumatum natutam, quemadmodum in Phædone
Phadon. Socrates. etenim ille increpans alios, vt nihil dicentes, supponit quòd sunt entium hæc quidem formæ, hæc autẽ participatiua formarum: & quòd esse quidem vnumquodque dicitur secundum formam, generari autem secundum susceptionem,& corrumpi secundum abstractionem. quapropter, si hæc vera sunt, formas existimat ex necessitate causas esse & generationis, & corruptionis. Hi autem ipsam materiam, ab hac enim esse motum. Neutri autem dicunt bene. Si enim sunt causæ formæ, quare non semper generant continue, sed quandoque quidem, quandoque autem, non existentibus & formis semper, & participatiuis? Amplius autẽ in quibusdam conteplamur aliam causam esse, sanitatem enim Medicus facit, & scientiam scientia, existente & sanitate ipsa,& scientia, & participatiuis, similiter autem & in aliis secundum potentiam operantibus.

Tex.53. ¶Si autem materiam quis inquiat generans propter

propter motum, naturalius vtique diceret ita dicentibus.alterans enim,& transformans,materia est causa generanti. & in omnibus consuetudinem hoc dicere efficiens, similiter & in iis, quæ natura, & in iis, quæ ab arte sunt,quod vtiquemotium.Sed tamen,neque hi recte dicunt. materiæ enim est pati, & moueri, & mouere autem, & facere alterius potentiæ. Manifestum autem & in iis,quæ arte, & natura generantur. nam enim ipsa facit aqua animal ex seipsa, neque lignum lectum, sed ars. Quocirca & hi dicunt non recte propter hoc, & quoniam determinant principaliorem causam. auferũt enim quòd quid est esse, & formam. *Materia est pati. & mouere. non. alterius vero potentia. facere. & mouere.*

¶Amplius autem & potentias attribuunt corporibus, propter quas & generant valde instrumentaliter, auferentes eam, quæ secundum formam, causam. Quoniam enim natum est, vt inquiunt, calidum quidem segregare, frigidum autem congregare, & aliorum vnumquodque, hoc quidem facere, hoc autem pati, ex his dicunt, & per hæc, omnia alia generari, & corrumpi. videtur autem & ignis, ipsam quod mouetur, & patiens. ¶Amplius Tex.54. vero similè faciunt, vt si quis serræ, & vnicuique instrumentorum attribuat causam eorum, quæ generantur. necesse enim est serrante dividi, & poliente leuigari, & in aliis similiter. Quocirca, si quàm maxime facit, & mouet ignis, sed quomodo mouet non †vident, quoniam deterius quàm instrumenta. nobis autem & vniuersaliter prius dictum est de causis, & Tex.55. †*ad. animadnertunt.*

hoc determinatum est de materia, & forma. Amplius autem, quoniam secundum lationem motus demonstratum est quòd est perpetuus, necesse

Universidad de Deusto
Biblioteca

necesse est his existentibus & generationem esse continue. Latio enim faciet generationem incessanter, quia adducit, & abducit generatum. Simul autem manifestum est quòd & prior a bene dicta sunt, primam transmutationum lationem, sed non generationem dicere, multum enim rationabilius ens nõ enti generationis causam esse, quàm non ens enti ipsius esse quod fertur igitur est, quod generatur autem nõ est propter quod & latio prior est generatione.

Latio facit generationẽ incessanter, quia adducit generatum.

Rationabilius est ens non enti generationis causam esse, quàm nõ enti esse.

Caput Secundum. Quæ sit causa perpetuitatis Generationis & Corruptionis. Quod oporteat deuenire ad vnum primum. Et à quo dicatur motus continuitas.

Tex.56. QVoniam autem suppositum est, & demonstratum continuam esse rebus generationem, & corruptionem, dicimus autem lationem causam esse generationis, manifestum est quòd vna existente latione non contingit fieri ambo, quia contraria sunt, idem enim, & similiter se habens semper idem natum est facere quo circa generatio erit semper, aut corruptio.

Idem, & similiter se habens semper idem in natũ est facere.

Oportet autem multos esse, & contrarios motus, aut latione, aut inæqualitate, contrariorum enim contrariæ causæ. Ideóque non prima latio causa generationis, & corruptionis est, sed quæ secundum obliquum circulum. in hac enim & continuum vnum est, & moueri duobus motibus. Necesse enim, si erit semper continua generatio, & corruptio, semper aliquid moueri, vt non deficiant ipsæ transmutationes: duobus autem, vt non solum contingat alterum.

Contraria contrariorum contraria causæ.

Continuitatis igitur, quæ est totius, latio causa est,

est, accedendi vero, & recedendi inclinatio. cõtingit enim quandoque fieri longe, quandoque vero prope. Inæquali vero distantia existente, inæqualis erit motus. Quocirca, si in adueniendo, & in propè esse generat, & in recedendo, & longe fieri, id ipsum corrumpit. Et si in sæpe adueniendo generat, & in sæpe recedendo corrumpit, contrariorum enim contrariæ causæ.

¶Et in æquali tempore corruptio, & generatio, quæ secundum naturam. Ideo & tempus, & vita vnius cuiusque numerum habent, & hoc determinatur. omnium enim est ordo. Et omne tempus, & vita mensurantur circuitu. sed tamen non eadem omnia, sed hæc quidem minoris, hæc autem maioris. his enim annus, his autem maior, aliis autem minor circuitus est mẽsura. ¶Apparent autem & secundum sensum confessa his, quæ à nobis dicta sunt. videmus enim quòd adueniente quidem Sole generatio est, recedẽte autem corruptio: & in æquali tempore vtrunque. æquale enim tempus generationis, & corruptionis, quæ secundum naturam. sed contingit sæpe in minoti corrumpi, propter adinuicem confusionem. inæquali enim existente materia, & non vbique eadem, necesse est generationes inæquales esse, & has quidem celeriores, illas autem tardiores. quocirca accidit propter horum generationem alterius fieri corruptionem. Semper vero, vt dictum est, continua erit generatio, & corruptio, & nunquam deficiet, propter eam, quam dixi- Tex.59. mus causam. ¶Hoc autem rationabiliter contingit. Quoniam enim in omnibus inquirit quod melius est desyderare naturam semper: melius autem esse quàm non esse: esse autem

Tex.57.

Tẽpus, & vita vnius cuiusq; numerum habent.

Tex.58.

Natura semper desyderat quod melius est.

tem quot modis dicimus in aliis dictum est hoc autem in omnibus impossibile existit. propterea quòd longè á principio distant: neque quo modo compleuit totum Deus, continuum faciens generationem, ita enim maxime cōtinuabitur ipsum esse, quia proxime est substantiæ fieri semper generationem. Huius autem causa, vt dictum est sæpe, circulo latio. sola enim continua. Ideo & alia, quæcunque transmutantur ad inuicem secundam passiones, & potentias, vt simplicia corpora, imitantur circularem lationem. cum enim ex aqua aër generetur, & ex aëre ignis, & rursus ex igne aqua, circulo dicimus reuertisse generationem, quia rursus reflectitur. quocirca & recta latio, imitans circularem, continua est.

Tex.60. ¶Simul autem manifestum ex his quod quidam dubitant, quare vnoquoque corporum in propriam lato regionem, in infinito tempore non distrahuntur corpora. Causa enim huius est adinuicem transitio. si enim vnumquod que maneret in sua ipsius regione, & non transmutaretur ab eo, quod propè, iam vtique distracta fuisset. transmutantur igitur, propter lationem duplicem existentem. quia autem nō mutantur, non contingit manere vllum eorum in vlla regione ordinata. Quòd igitur est generatio, & corruptio, & propter quam causam, & quid generabile, & corruptibile, manifestum est ex his, quæ dicta sunt.

Tex.61. ¶Quoniam autem necesse est esse aliquod mouens, si motus erit, vt dictū est prius in aliis &, si semper, quòd oportet aliquid semper esse &, si continuus, vnum, idem, & immobile, & inalterabile, & ingenerabile: &, si multi circulares motus

motus, multa quidem, omnia autem quodammodo esse hæc necesse sub vno principio: contrario autem existente tempore, necesse motum continuum esse. si quidem impossibile tempus sine motu esse: cōtinui igitur alicuius numerus tempus circularis ergo, quemadmodum in his, quæ in principio sermonibus, determinatū est.

¶Continuus autem motus vtrum, quia id, Tex.62.
quod mouetur, continuum est, an quia id, in quo transfertur, velut locum dico, aut passionem? manifestum itaque quòd, eo quòd id, quod mouetur. quo modo enim continua passio, nisi quæ, cui accidit continua est? Si autem & quòd id, in quo, soli loco hoc inest. magnitudinem enim quandam habet. huius autem quod circulo fertur continuū. quocirca ipsum illi semper continuum est. Hoc igitur est, quod facit cōtinuum motum, quod circulo fertur corpus: ipse autem motus tempus.

Caput Tertium. Quo pacto fiat in ipsis rebus contingentiam, & vnumquodque necessitas, ac quo etiam pacto non fiat.

QVoniam autem in his, quæ continue mo- Tex.63.
ueneur secundum generationem, aut alterationem, aut omnino transmutationem, vi-
dimus consequenter existens, & quod generatum est aliquid, quod ex necessitate erit, an
non, sed omnia contingit non facta esse.

¶Quòd enim quædam manifestum est, & Tex.64.
erit ipsum erit, & ipsum erit futurum, alterum Vide comm.
propter hoc. Quod enim verum dicere quòd e- Zim.
rit, oportet hoc esse quandoque verum quòd

est

est. quod autem nunc verum est dicere quòd futurum est, nihil prohibet non factum esse, ambulaturus enim quis non ambulabit.

Tex.65. ¶ Omnino autem, quoniam contingit quandam entium esse, & non esse, manifestum est quòd & quæ generantur, ita se habebunt, & non ex necessitate hoc erit. Verum igitur omnia sic talia? an non? sed quædam necesse est simpliciter fieri. ¶ Et est, quemadmodum in ipso esse, hæc quidem impossibilia non esse, hæc autem possibilia, ita & circa generationem, vt factas esse versiones necesse est, & non possibile est non contingere. ¶ Si igitur quod prius necesse est factum esse, & quod posterius erit, vt, si domus, fundamentum, si vero hoc, lutum, nummus quid, si fundamentum factum est, necesse & domum factam esse, an non amplius, nisi & illud necesse sit generatum esse simpliciter? si autem hoc, necesse &, fundamento generato, generatam esse domum. sic enim quod prius, se habebat ad posterius. quare, si illud erit, necesse illud prius generatum esse. Si igitur necesse generatum esse posterius, & quod prius necesse, & si quod prius, & quod posterius igitur necesse: sed non propter illud, sed quoniam supponitur erat ex necessitate futurum. In quibus igitur posterius necesse esse, in his conuertitur, & semper priori generato, necesse est generatum esse posterius. ¶ Si igitur in infinitum tendat ad posterius, non erit necesse posterius hoc generatum esse simpliciter, sed neque ex suppositione semper enim alterum antea necesse erat esse & illud necesse generatum esse. quocirca, si non est principium infiniti, neque primum erit aliquod, propter quod necesse erit generatum esse.

Tex.66.

Tex.67.

Tex.68.

esse. At vero neque in terminum habentibus hoc est dicere vere, quòd simpliciter necesse sit, generatum esse, vt domum, quando fundamentum generatum fuerit. quando enim generatum fuerit, nisi necesse semper hoc generari, accidet semper esse, contingens non semper esse. sed oportet generationi semper esse, si ex necessitate eius sit generatio. ipsum enim ex necessitate, & semper simul. quod enim esse necesse, non possibile non esse. quo circa, si est ex necessitate, sempiternum est: & si sempiternum est, ex necessitate. & si generatio, igitur ex necessitate, sempiterna & generatio huius: & si sempiterna, ex necessitate. Si igitur alicuius ex necessitate simpliciter generatio sit, necesse circumire. & aeterni. necesse enim est aut terminum habere generationem, aut non. & si non, aut in rectum, aut circulo. Horum autem si quidem erit sempiterna, non in rectum possibile est, quia neque finem est principium. neque, si infinitum, vt in principiis accipiamus, neque superius, vt in generatis. necesse autem est esse principium, non solum existente, & sempiternam esse. ideo necesse est circulo esse. Conuerti igitur necesse est, vt si hoc ex necessitate est, & quod prius erat, si hoc, & quod posterius necesse generari. & hoc semper vtique continue. nihil enim differt dicere per duo, aut multa. In circulari igitur motu, & generatione est quod ex necessitate simpliciter. &, si circulo necesse vnumquodque generari, & generatum esse, &, si necesse horum generatio circulo.

Tex.69. Efficiuntque rationabiliter, quoniam perpetuum, & alibi apparuit circulo motus, & qui cœlo. quoniam hæc ex necessitate generantur &

erunt, quot huius motus sunt, & quot propter hunc. Si enim quod circulo mouetur, semper aliquid mouet, necesse est & hotum circulatum esse motum. vt superiori latione existente circulari, Sol sic. Quoniam autem sic anni tempora propter hoc circulo generantur, & reuertuntur, his autem ita generatis, omnia ab his.

Tex.70. ¶ Quare ergo hæc quidem ita videntur, vt aquæ, & aër circulo generari, & , si nubes esse, oportet & pluere: & , si pluit, oportet & nubem esse? homines vero, & animalia non reuertuntur in seipsa, vt rursus generetur idem: non enim necesse, si patet generatus est, te generatum esse, sed, si tu, illum. in rectum autem videtur esse hæc generatio. Principium autem considerationis rursus hoc, vtrum similiter omnia reuertuntur, an non. sed hæc quidem numero, hæc autem specie solum. Quorumcunque igitur incorruptibilis est substantia, quæ mouetur, manifestum quod & numero eadem erunt. nam enim sequitur quod mouetur. Quorumcunque autem non, sed corruptibilis, necesse est specie, numero autem non, reuerti. ideo aqua ex aëre, & aër ex aqua specie idem, non numero. Si autem & hæc numero, sed non quorum substantia generatur, existens talis, qualis potest non esse.

Librorum de Generatione, & Corruptione finis.

ARIS-

ARISTOTELIS STAGIRITÆ, PERIPATETICORVM Principis, Meteorologicorum

LIBER PRIMVS.

SVMMÆ LIBRI.

In Prima declarat ea, quæ, tanquã principia, eorum, quæ in libr. traktãtur, cognitionem antecedunt.

In Secunda de his, quæ in superiori loco generantur, formamque sumunt.

In Tertia de his, quæ in inferiori loco, terræ propinquiori.

In Quarta de Fluminibus ac Fontibus.

Huius Primi Caput Primum. Earum, quæ hactenus dicta sunt, rememoratio, deinde finisque explicatio.

DE primis igitur causis naturæ, & de omni motu naturali, adhuc autem de recte dispositis secũdum superiorem lationem astris, & de elementis corporalibus, & quot, & quæ, & de ea, quæ adinuicem transmutatione, & de generatione, & corruptione communi dictum est prius. Reliquum autem huius methodi est adhuc consyderandum, quod omnes priores Meteorologiam vo-

Meteorologia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cabant. Hæc autem sunt, quæcunque accidunt secundum naturam quidem, inordinationem tamen, primi elementi corporum, circa locum maxime propinquum lationi astrorum, vt & de Lacte, & Cometis, & iguitis, & motis Imaginibus, & quæcunque ponemus vtique aëris esse communes passiones, & aquæ. Adhuc autem terræ quæcunque species, & partes, & passiones partium, ex quibus & de Flatibus, & Terræmotibus consyderabimus vtique causæ, & de omnibus, quæ fiunt secundum motus horum: in quibus hæc quidem dubitamus, hæc autem attingimus quodammodo. Adhuc autem de fulminum casu, & Vorticibus, & accensis Tubis, & aliis circularibus, quæcunqi propter congelationem accidunt passiones eorundem horum corporum. Cum autem pertranseuntes de his, speculabimur, si quid possimus secundum inductum modum dicere de animalibus, & plantis vniuersaliter, & singillatim. Fere enim hic dictis, finis vtique factus erit totus eius, quod à principio, nobis propositi.

φυσικὰ πάθη.

Τὰ φάνταστικὰ συμπίπτοντα, καὶ τῶν ἄλλων ἢ ἐγγυτάτω.

Caput Secundum. Cœlum eorum, quæ circa elementa accidunt, effectricem esse causam. Elementa vero materialem.

SIc igitur cùm incœperimus dicamus de ipso primo. Quoniam enim determinatum est prius à nobis, vnum quidem principium corporum, ex quibus constat circulariter latorum corporum natura, alia autem quatuor contraria, propter quatuor principia, quorum dupliciter esse dicimus motum, hunc quidem à medio, illum autem ad medium: quatuor autem existentibus his, igne, & aëre, & aqua, & terra, omnibus quidem his supereminens, esse ignem, subsistans autem, terram, duo autē, quæ ad ipsa his proportionaliter se habētia: enim igni est proximior, quàm alia, aqua autem terræ, quæ itaq; circa terram est totus mundus ex his constat corporibus, de quo accidētes passiones dicimus esse tractandum. Est autem ex necessitate continuus quodammodo iste superioribus lationibus, vt omnis ipsius virtus inde gubernetur. vnde enim motus principium omnibus ineſt, illam causam secundum primam. Adhæc autem hic quidem principius est, & finem motus non habens loco, semper in fine: hæc autem corpora omnia finibus distant locis abinuicem. Quare accidētium circa ipsum ignem, & terram & cognata his, vt in materiæ specie eorum, quæ fiunt, causas oportet putare. subiectum enim, & patiēs appellamus hoc modo: causa autem, vt vnde motus principium eorum, quæ semper mouentur, virtus causa ponenda. Resumentes igitur eas, quæ à principio definitiones, & dictas prius determinationes, dicemus & de Lactis imaginatione, & de Cometis, & aliis, quæcunque existunt his cognata. Dicimus itaque ignem, & aërem, & aquam, & terram fieri ex se inuicem, & vnumquodq; horum in vno quoque existere potentia, sicut & alio quod etiam resoluuntur vltimum.

Elementorum finis.

Mundus, q; circa terram ex necessitate superioribus lationibus est continuus quodammodo, vt omnis eius virtus inde gubernetur.

Caput Tertium. Neque Aërem, neque Ignem solum, intermedium replere locum.

PRimo igitur dubitabit vtique quis circa vocatum aërem, quam oporteat accidere ipsius

Universidad de Deusto
Biblioteca

naturam in mundo, ambiente terram, & quo modo se habet ordine ad alia dicta elementa corporum. Moles enim terræ quanta sit ad ambientes magnitudines, non immani festum. iam enim visum est per Astrologica theoremata à nobis, quòd multo etiam quibusdam astris minor est. Aquæ autem naturam congregatam, & separatam neque videmus, neque contingit segregatam esse ab eo, quod circa terram locatum est, corpore, vt à manifestis, mari, & fluminibus, & si quid in profundo immanifestum nobis est. Medium itaque inter terram, & vltima astra, vtrum vnum aliquod putandum sit secundum naturam esse corpus, aut plura. Et si plura, quot, & vsque quò determinata sunt loca. Nobis igitur dictum est prius de primo elemento, quale secundum virtutem est, & quare totus circa superiores lationes mundus illo corpore plenus est. Et hanc opinionem non solum nos habemus, videtur autem Antiqua quædam existimatio hæc, & priorum hominum. dictus enim æther antiquam accepit appellationem. quam Anaxagoras quidem igni idem putasse mihi videtur significare. superiora enim plena ignis esse. & ille eam, quæ ibi potentiam, æthera vocare putauit, hoc quidem recte putans. corpus enim semper currens, simul, & diuinum aliquid secundum naturam visi sunt existimare, & determinauerunt nominare æthera illud tale, tantum nulli eorum, quæ sunt apud nos, existens idem. nó enim dicemus semel, neque bis, neque ter easdem opiniones reuerti, factas in hominibus, sed infinities. Quicunque autem ignem purum esse ajunt, id quod ambit, & non solum quæ feruntur corpora, quod aut intermedium

Anaxagoras.

Idem primo Cœli tc. 22. Quòd natura cœli non sit ignea.

terræ & astrorum, aërem, considerantes vtique quæ nunc ostenduntur per Mathematica sufficienter, forte vtique deuiserent ab hac puerili opinione. valde enim simplex est putare vnumquodque eorum, quæ feruntur, esse paruum magnitudinibus, quia videtur, aspicientibus hinc nobis sic. Dictum est igitur & prius in his, quæ circa superiorem locum, speculationibus indicamus autem eandem rationem & nunc. Si enim & flammæ plenæ sunt ignis, & corpora consumpta ex igne, pridem annihilatum vtique esset vnumquodque aliorum elementorum. At verò non ita est, solo plena. multum enim vtique excederet æqualitatem communis proportionis ad coordinata corpora. Et etiam, si duobus elementis plenus, qui intermedius terræ, & cæli locus est. nulla enim, vt ita dicam, particula, terræ moles est, in qua contenta est & tota aquæ multitudo ad ambientem magnitudinem. Videmus autem non in tanta magnitudine factum vnumquodque molium, cum ex aqua disgregata aër fit, aut ignis ex aëre. Necesse autem est eandem rationem habere, quam habet tantilla, & parua ad totum ex ipsa aërem, & tota aqua ad totum. Differt autem nihil, neque si quis dicat quidem fieri hæc ex seinuicem, æqualia tamen virtute esse. secundum enim hunc modum necesse est æqualitatem virtutis inesse magnitudinibus ipsorum, quemadmodum si facta ex seinuicem existerent. Quòd igitur neque aër, neque ignis solum repleuit intermedium locum, manifestum est,

Caput Quartum. De ordine ignis, & aëris ad ipsum cælum. Cur in suprema aëris regione Nubes non fiant. De caliditate Solis in hac inferiora.

RElíquum autem est cùm dubitauerimus dicere quomodo ordinata sunt duo ad primi corporis positionem. dico autem aërem, & ignem. Et propter quam causam caliditas à superioribus astris sit his, quæ sunt circa terram, locis. De aëre igitur dicentes primo, sicut supposuimus, dicamus sic & de his iterum. Si itaque sit aqua ex aëre, & aër ex aqua, propter quam quidem causam non coguntur nubes in superiori loco? conueniebat enim magis, quanto remotior à terra locus, & frigidior: quia neque ita prope astra calida existentia est, neque prope tardios à terra refractos, qui prohibent prope terram cogi, disgregantes caliditate consistentias, fiunt enim nubium congregationes, vbi desinunt iam tardij, propterea quòd spargantur in immensum. Aut igitur non ex omni aëre nata est aqua fieri: aut, si similiter ex omni, qui circa terram est, non solum aër est, sed veluti vapor. quapropter tursus coguntur in aquam. At verò, si tantus existens aer omnis, vapor est, videbitur vtique multum excedere aëris natura, & aquæ. si quidem superiores distantiæ plenæ sunt corpore aliquo: & igne quidem impossibile, quia exiccatentur vtique alia omnia: relinquitur itaque aëre, & quæ circa terram tocam, aqua. vapor enim aquæ disgregatio est. De his igitur dubitatum sit hoc modo. Nos autem dicamus simul & ad dicenda determinantes, & ad nunc dicta. Quod enim est sursum, & vsque ad Lunam, dicimus esse corpus alterum & ab igne, & aëre.

Quæstio, cur summa aëris regio nubium expers.

aëre, quinimo & in ipso, hoc quidem purius esse, illud autem minus syncerum, & differentias habere, & maxime quà definit ad aërem, & ad eum, qui circa terram, mundum. Cum autem sint primum elementorum circulo, & corpora, quæ in ipso sunt, id, quod propinquum est, semper inferioris mundi, & corporis motu disgregatum accenditur, & facit caliditatem. Oportet autem intelligere sic, & hinc cùm incœperimus, quod enim sub ea, quæ sursum est, circumlationis corpus, velut materia quædam existens, & potentia calida, & frigida, & sicca, & humida, & quæcunque aliæ has sequuntur passiones, fit ratio, & est & à motu, & immobilitate, cuius causam, & principium diximus prius. In medio igitur, & cui a medium est grauissimum, & frigidissimum segregatum, terra, & aqua. circa hæc autem, & antigua his, & aër, & quod propter conterminem vocamus ignem, non est autem ignis, excessus enim caliditatis, & veluti feruor est ignis, sed oportet intelligere dicta à nobis aëris, id quod est circa terram, velut humidum, & calidum esse, propterea quòd vaporet, & exhalationem habeat terræ: quod autem super hoc, calidum tam, & siccum. Est enim Vaporis natura, humidum, & calidum: Exhalationis autem calidum, & siccum. Et est vapor quidem potentia, velut aqua: exhalatio autem potentia, velut ignis. Cur igitur in eo, qui sursum est, loco non coguntur nubes, hanc existimandum est causam esse, quia non inest aër solum, sed magis ignis. Nihil autem prohibet & propter circularem lationem prohiberi nubes cogi in superiori loco. Fluere enim necessarium est omnem in circuitu aërem, quicunque non intra

Vaporis, & Exhalationis natura.

Quæstionis solutio, cur nubes in suprema loca non cogantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

circunferentiam capitur definientem, vt & terra sphærica sit tota, videtur enim & nunc vento-rum generatio in stagnantibus locis terræ, & non excedunt venti altos montes. Fluit autem aër circulatiter, quia simul trahitur cum totius circulatione. ignis enim cum eo, quod sursum est, elemento, cum igne autem aër continuus est. Quare & propter motum prohiberur congregari in aquam. sed semper quæcunque particula ipsius grauescit, extruso in superiorem locum calido, deorsum fertur. alia autem, in parte simul sursum fertur cum exhalato igne. & sic continue hoc quidem persseuerat, aere plenum existens, hoc autem igne: & semper aliud, & aliud fit vnumquodque ipsorum. De eo igitur, quod est non fieri nubes, neque in aquam congregationem, & quomodo oporteat accipere de loco intermedio astrorum, & terræ, & quo est corpore plenus, tot dicta sint. De facta autem caliditate, quam exhibet Sol, magis quidem secundum se, & diligenter in his, quæ de sensu, conuenit dicere, calidum enim passio quædam sensus est. Propter quam autem causam fit, non talibus existentibus vtilis secundum naturam, dicendum est & nunc. Videmus itaque motum, quod potest disgregare aërem, & ignire, vt & quæ feruntur liqueferi videantur fieri. Vt igitur fiat tepor, & calor, sufficiens est recipere etiam Solis latio tantum. velocem etenim oportet, & non longe esse. Quæ igitur astrorum est, velox quidem, longe autem, quæ autem Solis, ambo hæc habet sufficienter. Fieri autem magis simul cum Sole ipso caliditatem rationabile est, sumentes simile ex iis, quæ apud nos fiunt.

Aliqui sunt montes, quos venti non pertingunt.

Fiunt. etenim hic eorum, quæ violentia feruntur, vicinus aër maxime fit calidus. & hoc rationabiliter accidit. maxime enim motus solidi disgregat ipsum. Et propter hanc igitur causam pertingit ad hunc locum caliditas, & quia ascendens ignis aërem spargitur motu frequenter, & fertur violentia deorsum. Signum autem sufficiens, quod qui sursum est locus non sit calidus, neque ignitus, est etiam discursus astrorum. ibi enim non fiunt, deorsum autem: quamuis quæ magis mouentur, & citius, igniantur citius. Adhuc autem Sol, qui maxime esse videtur calidus, videtur albus, sed non igneus existens.

Quòd astra nõ sint actu calida.

Summa Secunda. De his, quæ in superiori loco generantur.

Caput Primum. De causis accensarum Flammarum, discurrentium Syderum, Trabium, & Caprarum.



Is autẽ determinatis, dicamus propter quam causam Flammæ accensæ apparent circa cœlum, & discurrentia Sydera, & vocati à quibusdam Trabes, & Caprææ. hæc enim omnia sunt idem, & per eandem causam: differunt autem ipso magis, & minus. Principium autem & horum, & multorum aliorum hoc est. Calefacta enim terra à Sole, exhalationem necessarium est fieri, non simplicem, vt quidam putant, sed duplicem, hanc quidem magis vaporosam, illam autem magis spirituosam. illam eandem, quæ eius, quod in terra, & super terram est, humidi, vaporem: hanc autẽ, quæ ipsius

terræ

terræ existentis siccæ, fumosum, & harum, spirituosam quidem supereminere, propter calidum: humidiorem autem subesse, propter pondus. Et propterea hoc modo ordinatum est quod in circuitu primo enim sub circulari latione est calidum, & siccum, quod dicimus ignem innominatum enim est, & commune in omni fumosa disgregatione. attamen, quia maxime natum est tale corpus exuri, sic necessarium est vti nominibus. Sub hac autem natura Aër. Oportet autem intelligere, veluti * succensum fomitem, hoc, quod nunc diximus ignem, extensum esse circa vltimum sphæræ, quæ circa terram est, vt modicum motum sortiens exuratur sæpe, sicut fumus. est enim Flamma spiritus sicci ardor. Quâ igitur maxime opportune se habeat talis consistentia, quando à circulatione mota fuerit aliqualiter, exuritur. Differt † igitur secundum succensi fomitis positionem, aut multitudinem. Si enim latitudinem habeat, & longitudinem succensus fomes, sæpenumero videtur accensa flamma, veluti in area ardente stipula. Si autem secundum longitudinem solummodo, qui vocantur Trabes, & Capræ, & Sydera. Et si quidem maior sit succensus fomes secundum longitudinem, quàm secundum latitudinem, quandoquidem quasi exscintillat, simul autem ardens: (hoc autem fit, propterea quòd igitur secundum modica quidem, ad principium autem Capra vocatur: quando autem sine hac passione, Trabs. Si vero longitudines exhalationis secundum parua, & multipliciter disperæ fuerint, & similiter secundum latitudinem, & profunditatem, Sydera, quæ videntur volare, fiunt. Aliquando igitur à motu exhalatio exusta g-

* ὑφῆκε κρατῆρα.

Flamma quid.

† *a.l.aptè iam.*

neratur ipsa, aliquando autem ab aëre, propter frigus coacto, extruditur, & segregatur calidum. quapropter & latio ipsorum assimilatur magis proiectioni, sed non exustioni. Dubitabit enim aliquis, verum veluti quæ sub lucernis posita exhalatio à superiori flamma accendit inferiorem lucernam: (mirabilis enim & huius velocitas est, & similis proiectioni, sed non vt alius, & alius fiat ignis:) an proiectiones eiusdem corporis fiunt discursus. Videtur itaque propter amboo. etenim sic, vt quæ à lucerna sit: & quædam, quia expelluntur proiiciuntur, veluti ex digitis sagittæ, vt & in terram, & in mare videantur cadere, & noctu, & per diem, serenitate existente. deorsum autem iaciuntur, quia debilitas deorsum inclinat propellés. quapropter & fulmina deorsum cadunt. omnium enim horum generatio, non exustio, sed segregatio ab expulsione est. quapropter & secundum naturam calidum sursum natum est ferri omne. Quæcunque igitur magis in supremo loco coguntur, exusta fiunt exhalatione: quæcunque autem demissius, segregata, propterea quòd congregantur, & frigefit humidior exhalatio. hæc enim congregata, & undiquaque, deorsum tendens propellit, & deorsum facit calidi proiectionem. Propter positionem autem exhalationis, qualitercunque posita habeat latitudinem, & profunditatem, sic ferri aut sursum, aut deorsum, aut ad latus, vt plurimum autem ad latus, propterea quòd duabus frangitur lationibus, violentia quidem deorsum, natura autem sursum. omnia enim secundum vtrumque ferruntur talia. quapropter & dicentium Syderum plurima obliqua fit latio. Omnium itaque horum causa, vt materia quidem,

Dubitatio, quemodo Sydera exhalatio à superiori flamma accendit inferiorem lucernam: (mirabilis enim & huius velocitas est, & similis proiectioni, sed non vt alius, & alius fiat ignis:) an proiectiones eiusdem corporis fiunt discursus. Videtur itaque propter amboo. etenim sic, vt quæ à lucerna sit: & quædam, quia expelluntur proiiciuntur, veluti ex digitis sagittæ, vt & in terram, & in mare videantur cadere, & noctu, & per diem, serenitate existente. deorsum autem iaciuntur, quia debilitas deorsum inclinat propellés. quapropter & fulmina deorsum cadunt. omnium enim horum generatio, non exustio, sed segregatio ab expulsione est. quapropter & secundum naturam calidum sursum natum est ferri omne. Quæcunque igitur magis in supremo loco coguntur, exusta fiunt exhalatione: quæcunque autem demissius, segregata, propterea quòd congregantur, & frigefit humidior exhalatio. hæc enim congregata, & undiquaque, deorsum tendens propellit, & deorsum facit calidi proiectionem. Propter positionem autem exhalationis, qualitercunque posita habeat latitudinem, & profunditatem, sic ferri aut sursum, aut deorsum, aut ad latus, vt plurimum autem ad latus, propterea quòd duabus frangitur lationibus, violentia quidem deorsum, natura autem sursum. omnia enim secundum vtrumque ferruntur talia. quapropter & dicentium Syderum plurima obliqua fit latio. Omnium itaque horum causa, vt materia quidem,

Solutio.

Propter quid Sydera cadentia vt plurimum deferuntur transuersa-liter.

dem, exhalatio, vt autem mouens, aliquando quidem quæ sursum latio, aliquando autem astris concrescentis coagulatio. Omnia autem hæc sub Luna fiunt. Signum autem est, apparens ipsorum velocitas, similis existens iis, quæ à nobis proiiciuntur: quæ, quia prope nos sunt, multum videntur velocitate prætergredi & astra, & solem, & Lunam.

Caput Secundum. De Imaginum causa, nostra apparentium.

APparent autem aliquando noctu, serenitate existente, consistentes multæ imagines in cælo, veluti Hiatus, & Foueæ, & Sanguinei colores. Causa autem & in his eadem. Cum enim manifestus est consistens qui sursum ascendit, vt ignitio fiat. & ignitio aliquando quidem talis fit, vt flamma videatur ardere, aliquando autem veluti trabes † serantur, & sydera, nullum inconueniens est, si coloretur idem hic aër concrescés, omnimodis coloribus. per spissius enim transparens minus lumen, & refractionem faciens aër, omnimodos colores facit. maxime autem puniceum, aut purpureum, quia ex his maxime ex igneo, & albo fiunt, permistis secundum superappositiones, veluti orientia astra, & occumbentia. si fuerit æstus, & per fumum punicea apparent. Et refractione etiam facientem cum speculum fuerit tale, vt non figuram, sed colorem suscipiat. Quare autem non multo tempore maneant hæc, consistentia causa est, velox existens. Hiatus autem, discupto lumine, ex obscuro, & nigro facit vt videatur habere aliquam profunditatem. Sæpe autem ex talibus & Trabes excidunt, cum concretum fuerit magis, coiens autem amplius, Hiatus videtur. Comano autem in nigro alium multas facit varietates, veluti flammam in fumo. Die igitur Sol quolibet, nocte autem, excepto puniceo, alij propter similem colorationem non apparet. De siccuretibus igitur astris, & ignitis, adhuc autem & de aliis imaginibus talibus, quæcunque sellinas faciunt imaginationes, has æstimare oportet causas.

† a. Apparent.

Caput Tertium. De Cometis, Antiquorum opinionet, ac earum confutationes.

DE Cometis autem, & vocato Lacte dicamus, cum dubitauerimus ad dicta ab aliis priùs. Anaxagoras igitur, & Democritus aiunt esse cometas * coappantiam errantium stellarum, eum, propterea quòd propè veniunt, videntur tangere seinuicem. Italicorum autem quidam, vocatorúmque Pythagoræorum vnum dicunt ipsum esse errantium sydetum, sed post longum tempus apparitionem ipsius esse, & exiguum ad modicum, quod accidit & circa Mercurij stellam, quia enim modicum superascendit, sæpe non apparet, ità vt post tempus multum appareat. Similiter autem his & qui sub Hippocrate Chio, & discipulo eius Aeschylo cometæ cauerunt: sed comam non ex seipso aiunt habere, sed errantem propter locum aliquando accidere, refracto nostro visu ab humore attracto ab ipso ad solem. Quia autem subdeficit tardissime tempore, apparere post tempus plurimum aliorum astrorum, vt cùm ex eodem appareat subdefeciſſe per totum suum circulum.

Anaxago. Democritus.

* ἁμαξοειδῆ.

Pythagorei.

Hippocratei.

Aeschylus.

subdefi

subdeficere autem ipsum, & ad versam, & ad austrum. In intermedio igitur loco † tropicorum non attrahere aquam ad seipsum, quia exulta est à Solis latione. Ad Austrum autem quando feratur, copiam quidem habere talis humiditatis. † sed, quia parua est sectio circuli, quæ per terram, quæ autem deorsum multiplex, non posse visum hominum fractum ferri ad solem. † neque ipsi tropico appropinquante, neque in his quidem locis neque fieri cometen ipsum. Quando vero ad Boream subdefecerit, accipere comam, quia magna est circunferentia, quæ est supra horizontem, quæ autem est subtus, pauci circuli, patuit facile enim visum hominum pertingere tunc ad Solem. Omnibus autem his hæc quidem communiter accidit dicere impossibilia, hæc autem & separatim. Primo igitur dicentibus quòd errantium est vna stella tum cometes. Errantes enim omnes, in circulo † animalium paruorum subdeficiunt cometæ autem multi visi sunt extra circulum. Deinde & plures vno simul facti sunt sæpe. Adhæc autem, si propter refractionem comam habent sicut ait Aeschylus, & Hippocrates, oportebat aliquando apparere & sine coma stellam hanc, quoniam subdeficit quidem & ad alia loca, comam autem habet nō vbique. nunc autem nulla visa est præter quinque stellas. istæ autem sæpe simul omnes eleuatæ apparent supra horizontem. Et manifestis autem existentibus ipsis omnibus, & non apparentibus omnibus, sed quibusdam existentibus apud Solem, nihilominus cometæ apparent facti sæpe. At verò neque hoc verum, quod in loco ad Vrsam sit cometes simul

† *Solstitiale circulorum.*

† *a. l. sed, quia parua est quod supra ipsius circuli: qui æstiuis vero visa. multo copiosius.*

† *a. l. neque ipsi tropico australi.*

Cometes ex erraticis.

* *τῶν ζῳδίων. Zodiaco. signifero.*

simul & sole existente circa versiones æstiuales. Magnus enim ille cometes factus circa eum, qui in Achaïa fuit, terræ motum, & circa fluuius ascessum ab occasibus æquinoctialibus ortum fuit. Et ad austrum iam multi facti sunt. Imperante autem Athenis Eucle Molonis, facta Eucle. * comata stella mense * Ianuario, Sole existente circa versiones hyemales. Et quidem tantam refractionem fieri & ipsi impossibilitū esse * χειμερινοῦ. aiunt. Commune autem his, & contactum discensibus, primo quidem, quòd & non errantium comam accipiunt quædam. & hoc non solum Aegyptiis credere oportet (etenim illi Aegyptij. & sed & nos vidimus. Earum enim quę sunt in remote canis, stella quædam habuit comam, obscuram tamen. intendentibus enim in ipsam videbat fiebat lumen adiicientibus autem sensim visum, maius. Adhæc autem omnes, qui nostris temporibus visi sunt, sine occasu disparuerunt de loco super horizontem, cō umpti paulatim, ut, vt neque vnius stellæ derelinqueretur cor- Aristæus. pus, neque plurium. Quoniam & magna stella, de qua prius meminimus, apparuit quidē hyeme in gelu, & serenitate à vespera, Aristæo imperante, & prima quidem die nō apparuit. tantum præoccumbens ante Solem, sequenti autem apparuit quantum contingit. minimum enim subdefecit, & mox occubuit. lumen autem se extendit vsque ad tertiam partem cœli, velut caudæ. quapropter & vocata fuit via. ascendit autem vsque ad zonam Orionis, & ibi dissoluta fuit. Atqui Democritus concertauit pro opi- Democritus. nione sua. ait enim apparuisse, dissolutis cometis. & stellas quasdam. Hoc autem non oportet, & fieri aliquando quidem fieri, aliquando autem

non, sed semper. Ad hæc autem & Aegyptij aliq; errantium & ad seipsas, & ad non errantes fieri conuentus. & ipsi vidimus iam bis stellam Iouis in Geminis subeuntem quandam, & occultasse, sed non cometen factum. Præterea autem & ex ratione manifestum. Stellæ enim etsi maiores, & minores appareant, attamen indiuisibiles per se esse videntur. Quemadmodum igitur & si essent indiuisibiles, tangentes nullam vtique facerent magnitudinem maiorem, sic & quoniam non sunt quidem, videntur autem indiuisibiles, & coëuntes, nihil videbitur maiores secundum magnitudinem existere. Quòd igitur dictæ de ipsis causæ falsæ existunt, & si non per plura, attamen & per hæc sufficienter patet.

Caput Quartum. De Cometarum causis, ac eorum differentiis Aristotelis opinio.

QVoniam autē de immanifestis sensui patamus sufficienter demonstrasse secundum rationem, si ad possibile reduxerimus, ex iis, quæ nunc dicuntur existimabit vtique aliquis sic de his maxime accidere. Supponimus enim nobis mundi eius, qui circa terram, quantum sub circulari est latione, esse primam paratem exhalationem siccam, & calidam. Ipsa autem, & continui sub ipsa astris adhuc multum simul circunducitur circa terram à latione, & motu circulari. cùm autem fertur, & mouetur hoc modo, quacunque contigerit, bene temperata existens, sæpe igitur, quapropter dicimus fieri & sparsorum syderum discussus. Cum igitur in talem condensationem inciderit propter superiorum motuum principium igneum neque sic multum valde, vt cito, & ad multum eatur, neque sic debile, vt extinguatur cito, sed aliquis, & ad multum, simul autem ab inferius accidat ascendere bene temperatam exhalationem, hoc fit stella comata, qualitercunque exhalationis extiterit figurarum. Si enim omniquaque similiter, Cometes: si autem in longitudinem, vocatur * Barbara. Sicut autem talis latio, stellæ videtur esse, sic & manfio, quasi stellæ manfio videtur esse. Simile enim est id, quod fit, velut si quis in palearum cumulum, & multitudinem impulserit titionem, aut ignis principiū iniecerit modicum, videtur enim similis & systasios discursus huic. cito enim propter aptam disgregationem succensi somitis succedit in longitudinem. Si itaque hoc manear, & non consumatur pertransiens, quà maxime densatus est accensus somes, fiet vtique principium latioris stellæ, vt discursus syderis, habens in seipso principium, & principium. Quando igitur in ipso inferiori loco principium cōsistentiæ fuerit, per se apparet cometes. quando autem sub alterum aliquo, aut non errantium, aut errantium à motu consliterit exhalatio, tunc cometes fit horum aliquis. Non enim apud ipsa astra sunt, & Iunam apparent, assequentes, etiam si considerantur astra, cum sic fuerit condensatus vt passio hæc fiat sub Solis itinere, sic & coma, velut area est. Attamen area quidem propter refractionem talis secundum colorem, hic autem in ipsis exhalationibus color existens est. Quando igitur iuxta stellam facta talis concretio, eadem necesse est appa-

Causa, & modus generationis cometæ.

* πογωνίας.

* ἀγ ἄλλα.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tete latione, & moueri cometen, quâ quidem fertur stella, cum autem constiterit per se, nunc tardantes videntur. talis enim est latio inuidi, qui circa terram. Hoc enim maxime indicat non esse refractionem quandam cometen, vt atea in succenso fomite puro, ad ipsam stellam, factam, & non, vt dicunt Hippocratici, ad solem, quia & per se fit cometa ſæpe, & frequentius, quàm circa aliquas determinatarum stellarum. De atea igitur causam posterius dicemus. De eo autem, quod est esse igneam consentiam ipsorum, argumentum oportet putare, quòd significant facti plures flatus, & * hiemales. Palam enim est quòd fiunt, propterea quòd multa est talis excretio. quare siccioremne factum est esse aërem, & disgregari, & dissolui euaporans humidum à multitudine calidæ exhalationis, ita vt non cogatur facile in aquam. Manifestius autem dicemus & de hac passione, quando & de flatibus dicendi fuerit tempus. Quando igitur crebri, & multi apparent, sicut diximus, sicci, & spirituosi fiunt anni notabiliter. Quando autem rariores, & tenuiores magnitudine, similiter quidem non fit tale. Attamen frequenter fit quidam excessus spiritus aut secundum tempus, aut secundum magnitudinem. Quoniam & quando in Aegos flumis cecidit lapis ex aëre, à flatu eleuatus cecidit per diem. fuit autem & tunc comata stella, facta à vespera. Et circa magnam stellam comatam ficca erat hyems, & borealis. Et fluctus propter contrarietatem ventorum factus fuit. In Ionenim Boreas dominabatur, extra autem Auster flabat magnus. Adhuc autem Nicomacho Atheniensibus præside factus fuit paucis diebus

Hippocrates.

* αὐχμώδεις squalores.

Lapidis apud Aegos flumis ex aëre casus.

diebus cometes circa æquinoctialem circulum, non & vespera faciens ortum, in quo qui circa Cosmelium flatus euenit. Eius autem, quòd est non fieri multos, neque ſæpe cometas, & magis extra tropicos quàm intra, causa est Solis, & astrorum motus, non solum segregans calidum, sed & disgregans quod consistit. Maxime autem causa est, quod plurimum in lactis congregatur regionem.

Cometa cur non plures oriantur.

Caput Quintum. De Lacteo circulo Antiquorum opinones, earumque confutationes.

QValiter autem, & propter quam causam fit, & quid est Lac, dicamus iam. præterea contingit autem & de hoc quæ ab aliis dicta sunt primo. Vocatorum igitur Pythagoreorum, quidam aiunt viam esse hanc. hi quidem circulum cuiusdam astrorum, secundum quem Phaëthontis latione: hi autem Solem hoc circulo dflatum esse aliquando aiunt. Videtur igitur exustum esse hunc locum, aut aliquam aliam talem passionem passum esse à latione ipsorum. Inconueniens autem est non contelligere quod, siquidem hæc erat causa, circumferebant & Zodiacum circulum sic se habere, & magis, quàm eum, qui Lactis. omnia enim in ipso feruntur errantia, & non Sol solus. Manifestus autem est nobis totus circulus. semper enim ipsius manifestus est semicirculus nocte, sed nihil videtur tale passus, nisi siqua copulatur pars ipsius ad Lactis circulum. Anaxagorici autem, & Democritici lumen esse Lac aiunt astrorum quorundam: Solem enim cùm sub terra fertur, non respicere quædam astrorum,

Phaëthon.

Anaxagor. Democritus.

Quæcunque igitur aspiciuntur ab ipso, hoc quidem non apparere lumen: prohiberi enim a Solis radiis. quibuscunque autem obsistit terra, ita vt non aspiciantur à Sole, horũ propriũ lumen aiunt esse Lac. Manifestum autem quod & hoc impossibile. Lac enim semper idem in eisdem est astris. apparet enim maximus esse circulus. à Sole autem semper alièna, quæ non aspiciuntur, quia non in eodem manet loco. oportebat igitur, cùm transferretur Sol, transferri & Lac. nunc autem non apparet hoc factum. Adhæc autem, si, quemadmodum ostenditur in iis, quæ circa Astrologiam, speculationibus, Solis magnitudo maior est quàm terræ, & distantia multo maior astrorum ad terram, quàm Solis, sicut Solis ad terram, quàm Lunę, non vtique longe alicubi à terra conus, qui à Sole coniicit radios, neque vtique vmbra terræ, quæ vocatur nox, erit apud astra: sed necesse Solem omnia astra circunspicere, & nulli ipsorum terram obsistere. Amplius autem est Tertia quædam opinio de ipso. Dicunt enim quidam Lac esse refractionem nostri visus ad Solem, sicut & stellam comatam. Impossibile autem est & hoc. Si enim videns quieuerit, & speculum, & quod videtur omne, in eodem signo speculi eadem apparebit vtique pars imaginis. si autem mouetur speculum, & quod videtur, in eadẽ quidem distantia ad videns & quiescẽs, ad inuicem autem neque æque velociter, neq; in eadem semper distantia, impossibile eandem imaginem in eadem esse parte speculi. Quæ autem in lacteo circulo feruntur astra, & Sol, ad quem fit refractio, mouentur, manentibus nobis, & similiter & æqualiter ad nos distantia, à seipsis autem non æqualiter. aliquãdo enim mediis noctibus Delphin oritur, aliquando vero diluculo: partes autem Lactis eædem manent in vnoquoque. neque non oportebat, si erat Imago. sed non in eisdem adhuc esset hęc passio locis. Amplius autem noctu in aqua, & talibus speculis Lac quidem illucescit aspicientibus, visum autem refragi ad Solem quomodo est possibile? Quòd igitur neque via planetarum vllius, neq; lumen est astrorum, quæ non videntur, neque refractio, ex his manifestum est. fere autem hæc solum sunt, quæ vsque nunc tradita sunt ab aliis.

Caput Sextum. De Lactei circuli essentia opinio propria.

NOs autem dicamus, cùm reassumpserimus suppositum nobis principium. Dictum enim est prius quòd extremũ dicti aëris potentiam habet ignis, ita vt, motu disgregato aëre, aggregetur talis consistentia, qualem & comarum stellas esse dicimus. Tale itaque oportet intelligere fieri, quod in illis, cùm non ipsis per se facta fuerit talis excretio, sed sub aliquo astrorum, aut fixorum, aut errantium, tunc enim talibus videntur cometæ, quia assequuntur ipsorum aliqua propter refractionem aëra apparere dictos, cùm sic fuerit dispositus aër. Quod itaque secundum vnum astrorum accidit, hoc oportet accipere fieri circa totum cœlum, & superiorem habitationem omnem. Rationabile enim est, siquidem vnius astri motus incendit, & eum, qui omnium est facere tale aliquid, † & exuffiare & eum his adhuc secundum quem locum crebet-

† *ad. & exsiccare aëra & dissipare gregare præter circuli magnitudinem.*

rima, & plurima, & maxima existunt astra. Zodiacus igitur propter Solis lationem, & planetarum dissoluit talem consistentiam. quapropter multi quidem cometarum extra tropicos fiunt. Amplius autem neque circa Solem, neque circa Lunam fit coma: citius enim disgregans, quàm vt coacta sit talis coniectio. Iste autem circulus, in quo Lac apparet aspicientibus, & maximus existens est, & positu situs sic, vt multum tropicos excedat. Adhæc autem locus plenus est astris maximis, & fulgidissimis, & adhuc sparsis vocatis (hoc autem est & oculis videre manifestum) vt & propter hoc continue, & semper hæc omnis aggregetur coniectio. Siquum autem est. Etenim ipsius circuli amplius lumen est in altero semicirculo, habente duplarum. in hoc enim plura, & crebriora sunt astra, quàm in altero, tanquam non propter alteram aliquam causam fiat lustratio, quàm propter astrorum lationem. Si enim & in hoc circulo fit, in quo plurima ponuntur astrorum, & ipsius circuli in eo, quod magis videtur spissum esse, & magnitudine, & multitudine astrorum, hanc par est existimare conuenientissimam causam esse passionis. Consyderetur autem & circulus, & quæ sunt in ipso astra, ex descriptione. Sparsa autem vocata sic quidem in sphæram non ordinare, quia nullã habet assidue vnumquodque positionem manifestam. ad cœlum autem respicientibus est palam. in solo enim hoc circulorum intermedia plena talibus astris sunt, in aliis autem deficiunt manifeste. Quare ipsum, & cur appareant cometæ approbatam causam, tanquam dictam mediocriter, & de Lacte eodem modo existimandum est sese habere, quod

Qualiter fit circulus Lacteus.

quod enim ibi circa vnum est passio, coma, hoc idem circa circulum quendam accidit fieri. Et est Lac, vt ita dicam, velati definitum, maximi propter segregationem comæ circuli. Quapropter, quemadmodum prius diximus, non multi, neque sæpe fiunt cometæ, quia continue segregata est, & segregatur, secundum vnumquemque circuitum in hunc locum semper talis consistentia. De factis igitur in eo, qui est circa terram, mundo, continuo superioribus lationibus, dictum est, & de discussa astrorum, & ignita flamma, adhuc autem de cometis, & vocam lacte, ferè enim sunt tot passiones, apparentes circa hunc locum.

Summa Tertia. De his, quæ in loco inferiori, terræ propinquiori generantur.

Caput Primum. De generatione Vaporis, Nubis, Capreæ, Pluuiæ, Roris, Pruinæ, & Niuis.

HE loco autem, positione secũdo post hunc, primo autem circa terram, dicamus. Iste enim locus communis est aquæ, & aëri, & accidentibus circa superiorem generationem ipsius. sumendum autem & horum principia, & causas omniũ similiter. Quod igitur est, vt mouens, & præcipuum, & primum principiorum, circulus est, in quo manifeste Solis latio, disgregans, & congregans, ex eo quia propè sit, aut longius, causa generationis, & corruptionis est. Manente autem terra, quod circa ipsam est humidum, à radiis, & ab alia, quæ desuper est, calliditate euaporans, fertur sursum. Cum autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

caliditas, quæ duxit ipsum sursum, derelinquit, & illa quidem disperditur ad superiorem locum, hæc autem & extinguitur, propterea quòd suspenditur longius in aëre, qui est super terram, cogitur iterum vapor infrigidatus, & propter derelictionem caloris, & propter locum, & fit aqua ex aëre: facta autem iterum fertur ad terram. Est autem quæ quidem ex aqua exhalatio, Vapor: quæ autem ex aëre in aquam, Nubes: Caligo autem, nebulæ decidentia, eius, quæ in aquam coctionis. quapropter signum magis est serenitatis, quàm aquatum. est enim caligo veluti nebula sterilis. Fit autem circulus iste, imitans Solis circulum. simul enim ille ad latera permutatur, & iste sursum, & deorsum. Oportet autem intelligere hunc veluti fluuium, fluere circulatiter sursum, & deorsum, communem aëris, & aquæ. propè enim existente Sole, vaporis sursum fluit fluuius. cùm autem elongatur, aquæ deorsum. & hoc perenne vult fieri, secundum ordinem. Quare, hi obscure dicebant Oceanum priores, forte vtique hunc fluuium dicebant circulariter fluentem circa terram. Cum autem eleuatur humidum semper propter calidi virtutem, & iterum fertur deorsum propter infrigidationem ad terram, propriè nomina passionibus imponuntur, & quibusdam differentiis ipsarum. cùm enim secundum modica feratur, Guttæ: cum autem secundùm maiores partes, Pluuia vocatur. Ex eo autem, quod in die euaporat, quantum non suspensum fuerit, propter paucitatem sursum ducentis ipsum ignis, ad eam, quę eleuatur, aquam, iterum cum deorsum feratur, quando infrigidatum fuerit nocte, vocatur Ros, & Pruina:

Pruina,

Pruina quidem, quàdo vapor congelatur prius, quàm in aquam concretus fuerit iterum. fit autem hyeme, & magis in hyemalibus locis. Ros autem, cum concretus fuerit in aquam vapor, & neque sic fuerit tepor, vt exiccetur sursum ductum, neque sic frigus, vt congelecut vapor ipse, propterea quòd aut locus tepidior, aut anni tempus sit. Fit enim magis ros in temperie, & in temperatis locis, pruina autem, sicut dictum est, econtrario. palam enim est quòd vapor calidior est aqua: habet enim eleuantem adiunctum ignem. quare amplioris est frigiditatis ipsum congelare. Fiunt autem ambo serenitate, & tranquillitate. neque enim eleuabuntur, non existente serenitate, neque coacta esse vtique poterunt, vento flante. Signum autem est, quòd flante hoc, quia non longe suspenditur vapor. in montibus enim non fit pruina. Causa autem est, vna quidem hæc, quòd sursum ducitur ex rarioribus, & humectis locis. quare, veluti onus portans maius, sursum ducens caliditas, quàm secundum seipsam, non potest eleuare ipsum ad multum locum altitudinis, sed propè dimittit iterum. Alia autem est, quia diffluit magis aër, existens in altis, qui dissoluit consistentiam talem. Fit autem ros vbique, australibus, non borealibus, præterquam in Ponto. ibi autem econtrario. borealibus enim fit, australibus autem non fit. Causa autè est similiter, sicut quòd specie quidem fit, hyeme autem non. Auster enim temperiè facit, Boreas autè hyemem. frigidus enim est, quare ex hyeme exhalationis extinguit caliditatè. In Ponto autem Auster quidem non sic facit temperiem, vt fiat vapor. Boreas autem, propter frigiditatè circumobsistens,

Rorē fere Auster non Boreas fieri, præter quàm in Ponto.

calidum

Universidad de Deusto
Biblioteca

calidum congregat. quare plus vaporat magis. Sæpe autem hoc & in exterioribus locis est videre fieri. vaporant enim putei borealibus magis, quàm australibus, sed borealia quidem extinguit, antequam coacta sit aliqua multitudo: in australibus autem finitur congregari exhalatio. ipsa autem aqua non congelatur hic, quemadmodum in circa nubes loco. Inde enim ttia veniunt corpora, quæ coguntur propter infrigidationem, aqua, & nix, & grando. Horum autem duo quidem proportionaliter, & propter eadem causas fiunt iis, quæ inferius, differentia secundum magis, & minus, & multitudine, & paucitate. Nix enim, & pruina idem, & pluuia, & ros. sed illud quidem multum, hoc autem paucum est. Pluuia enim ex multo vapore fit, qui infrigidatur. Huius autem causa est & locus multus, & tempus existens, in quo colligitur, & ex quo. Paucum autem, Ros. diaria enim est consistentia, & locus paruus. manifestat autem generatio, existens velox, & parua multitudo. Similiter autem & pruina, & nix. cum enim congelata est nubes, Nix est. cum autem vapor, Pruina. Quapropter aut temporis anni, aut regionis signum est frigidę. non enim vtique congelaretur, adhuc multa inexistente caliditate. si non superuinceret frigus. in nube enim adhuc inest multum calidum, testiduum ignis, qui euaporate fecit ex terra humidum. Grando autem ibi quidem fit: in vaporante autem propioque terræ hoc deficit. Quemadmodum enim diximus, vt quidem ibi nix, hic fit pruina. vt autem ibi pluuia, hic ros, vt autem ibi grando, hic non contra respondet simile. causa autem, cum dixerimus de grandine, erit manifesta.

Niuis causa, generatio, & accidentia.

Nix & pruina, pluuia et ros idem.

Caput

Caput Secundum. De Grandinis generatione.

OPortet autem accipere simul & accidentia circa generationem ipsius, & quæ non sequuntur, & quæ videntur esse rationabilia. Est enim grando glacies. congelatur autem aqua hyeme. Graßines autem fiunt vere quidem, & autumno maxime, deinde & † maturationis fructuum tempore: hyeme autem rarius, & quando minus fuerit frigus. Et vniuersaliter fiunt grandines quidem in temperatioribus locis, niues autem in frigidioribus. Inconueniens autem est & congelari aquam in eo, qui est sursum, loco. neque enim congelatam esse possibile est, antequam facta sit aqua: neque aquam vllo tempore possibile est manere elevatam. At vero neque sicuti guttæ sursum quidem insident propter paruitatem, immorantes autem in aëre (sicuti & in aqua terra, & aurum propter paruitatem partium sæpe supernatant) sic in aëre aqua. coeuntibus autem multis paruis, magnæ deorsum ferunt guttæ. hoc autem non contingit fieri in grandine. non enim coalescunt congelata, vti humida. Palam igitur quòd sursum tanta aqua manst. non enim vtique congelata fuisset tanta. His igitur videtur passionis causa esse solius, & generationis, cum expulsa fuerit nubes in superiorem locum, magis existentem frigidum, propterea quòd desinunt ibi reflationes tadiorum à terra, & veniens illuc aqua congelatur. quapropter & æstate magis, & in tepidis regionibus fieri grandines, quoniam amplius calidum sursum pellit à terra nubes. Accidit autem in valde altis minime fieri

† *vocabere.*

Grandinem in sublime non fieri.

fieri grandinem: quamuis oportebat, quemadmodum & niuem videmus in altis maxime fieri. Adhuc autem sæpe visæ sunt nubes delatæ cū sono multo secus ipsam terrā, vt terribile esset audientibus, & videntibus, tanquam futuro aliquo malorū. aliquando autem, & sine sono talibus visis nubibus, grando fit multa, & magnitudine incredibilis, & figuris non rotundis: propterea quòd non multo tempore fit latio ipsius tanquam prope terram facta congelatione, sed non sicut illi aiunt. At vero necessarium est ab ea, quæ maxime causa est congelationis, maximas fieri grandines. glacies enim grando est. & hoc cuicunque est manifestum. Magnæ autem sunt, quæ figuris non rotundæ. hoc autē signum est quòd sint cōgelatæ prope terram. quæ enim feruntur eminus, propterea quòd feruntur longe, circumfractæ fiunt, & figura rotundæ, & magnitudine minores. Quòd igitur non ex eo, quòd expellitur in superiorē locum frigidum, congelatio accidit, palam. Sed quoniam videmus quòd fit * circumobsistentia calido, & frigido inuicem (quapropter in temporibus frigida sunt inferiora terræ, & tepida in gelu) oportet putare & hoc in eo, qui sursum, fieri loco. Quare in tepidioribus anni temporibus circumobsistentiam passum intus frigidum, propter eam, quæ in circuitu est, caliditatē aliquādo quidem cito aquam ex nube facit, aliquando vero grandinē. quapropter & guttæ multo maiores in tepidis fiunt diebus, quàm in hyeme, & aquæ impetuosiores. impetuosiores enim dicuntur, cum congregatiores: congregatiores autem propter celeritatem condensationis. Hoc autem ipsum fit contrā, quàm vt Anaxagoras dicit. Ille enim cùm in frigidum aërem ascenderet, ait hoc pati. Nos autem, cùm in calidum descendetic, & maxime, cùm maxime. Cum autem adhuc magis circumobsistentiam passum est intus frigidum ab exteriori calido, aquam cum fecerit congelauit magis, & fit grando. Accidit autem hoc, cum citius fuerit congelatio, quàm aquæ latio deorsum. Si enim fertur quidem, in tanto autem tempore, frigiditas autem vehementi existens in minori congelauit, nihil prohibet sublimé existentem congelatā fuisse, si congelatio in minori fiat tempore, quàm quæ deorsum Et latio. Et quanto vtiq; propinquius, & congregatior fit congelatio, & aquæ impetuosiores fiunt, & guttæ, & grandines maiores, propterea quòd breui ferantur loco. & non crebræ guttæ magnæ cadunt propter eandem causam. Minus autem æstate fit, quàm vere, & autumno, magis tamen quàm hyeme. quia siccior est aër æstate: in vere autem adhuc humidus: in autumno autē iam humectatur. fiunt autem aliquando, vti dictū est, & in maturationis fructuū tempore grādines, propter eandē causam. Confert autē adhuc ad celeritatē congelationis & præcalefactā fuisse aquā. citius enim infrigidatur. quapropter multi, cum aquam infrigidare cito volebant, ad Solem ponunt primo. Et qui circa Ponti accolas, cùm in glacie habitacula faciunt ad piscandum venationes (venātur enim intercidentes glaciem) aquam calidā arundinibus circunfundūt, propterea quòd citius cōgelatur. vruntur enim glacie, tanquā plūbo, vt quiescāt arūdines. Caliditas autē fit cito consistens aqua in regionibus, & temporibus calidis. Fiūt autem & circa Arabiā, & Aethiopiam æstate aquæ, & non hyeme, & hæc impet

* ἀντιπερίστασις.

Anaxagoras.

Ponti accolarum piscandi ratio.

impetuosæ, & eadem die sæpe, propter eandem causam. citò enim infrigidantur per circumobsistentiam: quæ sit, propterea quòd calida est regio valde. De pluuia igitur, & rore, & nive, & pruina, & grandine propter quam causam fiunt, & quæ natura ipsorum est, vtq; dicta sint.

Summa Quarta. De Fluminibus, ac Fontibus.

Caput Primum. De Fluuiorum, ac Fontium generatione.

DE ventis autem, & omnibus flatibus, adhuc autem de fluuiis, & mari dicamus, primo & de his cùm prædubitauerimus ad nosipsos. sicut enim & de aliis, sic & de his nihil accepimus dictum tale, quod non & quilibet vtique dicat. Sunt autem quidam, qui aiunt vocatum aërem, motum quidem, & fluentem, Ventum esse consistentem autem eundem hunc iterum nubem, & aquam: tanquam eadem natura existente aquæ, & flatus, & ventum esse motum aëris. Quapropter & eorum qui sapienter volunt dicere, quidam vnum aiunt ventum esse omnes ventos, quia accidit & aërem motum vnum, & eundem esse omnem: videri autem differre, nihil differentem, propter loca, vnde fuerit fluens semper: similiter dicentes, quemadmodum vtique si quis putet & fluuios omnes vnum fluuium esse. Quare melius multi dicunt sine inquisitione, quàm qui cum inquisitione dicunt. Si enim ex vno principio omnes fluent.

fluerent, & ibi spiritus eodem modo, forte dicerent vtique aliquid, dicentes sic. si autem similiter hic, & ibi, palam quòd ornate dictum hoc erit falsum. Quoniam hoc quidem oprimam habet consyderationem, quid est ventus, & quomodo fit, & quid est mouës, & vnde principium ipsorum. & verum quemadmodum ex vase oportet accipere fluentem ventum, & eousque fluere, donec vtique euacuatum sit vas, velut ex vtriculis emissum, aut quemadmodum pictores pinguit, ex sei psis principium emittentes. Similiter autem & de generatione Fluuiorum videre quibusdam se habere. Eleuatam enim à sole aquam, iterum pluentem congregatam sub terra fluere, vt ex aluo magna, aut omnes ex vno, aut alium ex alio, & non fieri aquam vllam, sed collectam ex hyeme in talia † receptacula hanc † *a.l.prin-* fieri multitudinem fluuiorum. Quapropter & *cipia.* maiores semper hyeme fluere, quàm æstate. & hos quidem esse semper fluentes, hos autem non semper fluentes. quorum enim propter magnitudinem alui multa collecta aqua est vt sufficiat, & non prius consumatur, quàm superueniat imber, in hyeme iterum hos quidem semper fluentes esse fine fine: quibuscunque autem minora receptacula sunt, hi propter paucitatem aquæ exiccantur, antequam superueniat aqua de cœlo, euacuato vase. Quamuis manifestum sit quòd, si quis velit, cùm fecerit velut receptaculum præ oculis quotidianæ aquæ fluenti necesse intelligere multitudinem, excedere aquæ magnitudine terræ molem, vel non multos deficiet quæ suscipitur omnis fluens aqua annum. Sed palam quòd accidunt quidem & multa talia in multis locis terræ. Enimuero

Opinio Antiquorum de fluuiorum generatione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inconueniens est, si quis non putet propter eandem causam aquam ex aëre fieri, propter quam quidem super terram, & in terra. quare si & ibi, propter frigiditatem cogitur vaporans aër in aquam, & ab ea, quæ in terra frigiditate, idem hoc oportet putare accidere, & fieri non solum *Fluuiorum principia.* segregatam aquam in ipsa, & hanc fluere, sed & fieri continue. Amplius autem non fientes, sed existente aqua quotidie, non tale esse principium fluuiorum, veluti sub terra stagna quædam segregata, sicut quidam dicunt, sed similiter, sicut & in eo, qui est super terram, loca paruæ consistunt guttæ, & iterum ipsæ cum aliis, ac tandem cum multitudine descédit pluens aqua. sic & in terra ex paruis constillari primo, & esse, velut scaturiente in vnum terra, principia fluuiorum. Manifestat autem ipsum opus. Qui enim aquæ ductus faciunt, è cuniculis, & fossis conducunt, quasi vtique sudante terra ab excelsis. Quapropter, & fluxiones fluuiorum ex montibus videntur fluentes. & plurimi, & maximi fluuij fluunt ex maximis montibus. Similiter autem & fontes plurimi montibus, & locis altis vicini sunt. in campestribus autem fine fluuiis pauci fiunt omnino. Mótana enim, & alta loca, velut spongia, supersuspensa, secundum modica quidem, in multis autem locis scaturiunt, & constillant aquam. suscipiunt enim descendentis aquæ magnam multitudinem: (quid enim differt concauum, & supinum, aut pronum circunferentiam esse, & curuam? vtroque enim modo æqualem molem comprehendet corpotis:) & ascendentem vaporem infrigidant, & condésant iterum in aquam. quapropter, quemadmodum diximus, maximi fluuiorum ex maximis

ximis videntur fluentes montibus. Palam autem est hoc consyderantibus terræ circuitus. Hos enim, inquirendo à singulis, sic descriptere, quoscunque non accidit ipsorum videre & dicere. In Asia igitur plurimi ex †Paruaso vocato monte videntur fluentes, & maximi fluuij. Hic autem mons dicitur esse maximus omnium, qui ad Orientem hyemalem. illi enim qui iam transcenderit hunc, apparet mare, quod extra est, cuius terminus non palam his, qui hunc. Ex hoc igitur fluunt & alij fluuij, & Ganges, & Choaspes, & Araxes. Ab hoc autem abscinditur Tanais, pars existens, in Mæotidem paludem. Fluit autem & Indus ex ipso, omnium fluuiorum fluxio plurima. Ex Caucaso autem & alij fluunt multi & secundum multitudinem, & secundum magnitudinem excedentes, & Phasis. Caucasus autem maximus mons est eorum, qui ad Orientem æstiualem, & multitudine, & altitudine. Signa autem altitudinis quia magnantibus in stagnum. Insuper illustrantur ipsius summitates vsque ad tertiam partem, nocte, & ab aurora, & iterum à vespera. altitudinis autem, quia multas habet sedes, in quibus & gentes habitant multæ, & stagna esse aiunt magna, attamen omnes sedes esse manifestas vsque ad vltimum verticem. ex Pyrenæo autem, hic autem est mons ad Occidentem æquinoctialem in Gallia, fluunt †Ister, & Tartessius, iste quidem extra Columnas, Ister autem per totam Europam in Pontum Euxinum. Aliorum autem fluuiorum plurimi ad vesperam ex montibus †Arcynio. Hi autem & altitudine, & multitudine maximi circa locum

ASIA. † *Paropaniso.*

Bactrus. Choaspes. Araxes. Tanais. Mæotis. Indus. Caucasus. Phasis.

EVROPA. *Pyrenæus mons Gallia.* † *Danubius, Tartessus,* † *al. Hercynius. Arcynius. Hercynij montis.*

hunc sunt. Sub ipsa autem Vrsa super vltimam Scythiam quæ vocantur Rhipæ, de quarum magnitudine sermones, qui dicuntur, valde sunt fabulosi. Fluunt igitur plurimi, & maximi post Istrum alijs fluuiorum hinc, vt aiunt, simul iter autem & circa Libyam, hi quidem ex Æthiopicis montibus & Ægon, & Nyses. hi autem maximi diuulgatorum & Chremetes vocatus, qui in exterius mare fluit, & Nili fluxus primus ex Argenteo vocato monte. Eorum autem, qui circa Græcum locum, Achelous quidem ex Pindo, & Inachus hinc. Strymo autem, & Nestus, & Hebrus, omnes ttes existentes ex Scombro. Multi autem fluxus & ex Rhodope sunt. Similiter autem & alios fluuios inueniet quis vtique fluentes. sed testimonij gratia hos dixi-mus: quoniam & quicunque ipsorum fluunt ex paludibus, paludes sub montibus positas esse accidit omnes ferè, aut sub locis altis ex adductione. Quòd igitur non oportet putare sic fieri principia fluuiorum, vt ex determinatis aliis, manifestum. Neque enim vtique sufficiens esset locus terræ, vt ita dicam, sicuti neque nubium, si quod est oporteret fluere solum, & non hoc quidem recederet, hoc autem oriretur, sed semper ab existente dispensaretur. Et sub montibus esse fontes attestatur, propterea quòd, quia confluit ad modicum, & paulatim, ex multis humiditatibus distribuit locus, & fiunt sic fontes fluuiorum. Verum & talia esse loca, habentia multitudinem aquæ, veluti stagna, nihil inconueniens est: sed non tanta vt hoc accidat, nihil magis, quàm si quis putet manifestos esse fontes fluuiorum. ferè enim ex fontibus plurimi fluunt. simile igitur est illos, & hos putare

Scythia. *Rhipheæ montes.* AFRICA *Æthiopici montes.* *Ægon.* *Nyses.* *Chremetes.* *Nilus.* *Argenteus mons.* *Græcia.* *Pindus.* *Achelous.* *Inachus.* *Scombrus.* *Strymon.* *Nestus.* *Hebrus.* *Rhodope.*

esse corpus aquæ totum. Quòd autem sint tales fauces, & distantiæ terræ, manifestant absorpti fluuij. Accidit autem hoc in multis locis terræ, vt Peloponesi plurima talia circa Arcadiam sunt. Causa autem est, quia montosa existens non habet effluxus ex alueis in mare. repleta enim loca, & non habentia effluxum, ipsa inuenit transitum in profundum, cogente desuper aduenient aqua. Circa igitur Græciam partes talia omnino sunt facta. Sed est sub Caucaso flagnum, quod vocant qui ibi, mare. hoc enim multis fluuijs, & magnis ingredientibus, non habens effluxum manifestum, detiuat sub terra, terra Coraxos, circa vocata Profunda Ponti. hæc autem sunt infinita quædam maris profunditas. nullus enim vnquam, qui vrinauerit, potest terminum inuenire. His autem longè à terra ferè ad trecenta stadia potabilem ponunt aquam ad multum locum, non autem continue, sed in tres partes. Et circa Ligusticam non mitor Rhodanio absorbetur quidam fluuius, & iterum egreditur secundum alium locum. Rhodanus autem fluuius est nauibus transmeabilis.

Peloponesus Arcadia. *Græcia. Caucasus.* *Coraxi. Profunda Ponti.* *Liguria. Rhodanus.*

Caput Secundum. De permutatione, & vicissitudine aquarum, & continentis: Et de Diluuijs.

NOn semper autem eadem loca terræ neque aquosa sunt, neque arida, sed permutantur secundum fluuiorum generationes, & defectiones. Quapropter & quæ sunt circa continentia permutantur, & quæ circa mare. & non semper hæc quidem terra, hæc autem mare persistunt omni tempore, sed sit mare quidem, vbi arida, vbi autem nunc mare, hic iterum terra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundum quendam tamen ordinem putare oportet hoc fieri, & circuitum. Principium autem horum, & causa est quòd & terræ interiora, sicuti corpora plantarum, & animalium statum habent, & senectutem. Sed istis quidem non secundum partem hæc accidit pati, sed simul totum in statu esse, & decrementum pati necessarium est. terræ autem hoc fit secundum partem, propter frigus, & caliditatem. Hæc igitur & crescunt, & minuuntur, propter Solem, & circumlationem. propter hæc autem & vtrarum partes terræ acciplunt differentem. Quare aliquandiu aquosa possunt permanere, deinde exiccantur, & senescunt iterum. Alia autem iterum viuificantur, & aquosa fiunt secundum partem. Necesse autem est, cum loca fiunt ficciora, fontes deleri. his autem accidentibus, fluuios primo quidem ex magnis paruos, deinde tandem fieri siccos. Cum autem fluuia transmutantur, & hinc quidem delentur, in aliis autem proportionaliter generantur, permutari mare. vbi enim excitatus à fluuiis superabundauit, abscedens, atidam facere necessarium est. vbi autem fluxionibus abundans exiccabatur, effusum ictum hic stagnare. Sed propterea, quòd fit omnis naturalis circa terram generatio per successionem, & in temporibus longissimis ad nostram vitam, latent hæc facta: & prius omnium gentium interitus fiunt, & corruptiones, quàm memoretur horum permutatio à principio ad finem. Maximæ igitur corruptiones fiunt, & citissimæ in præliis, aliæ autem morbis, hæ autem sterilitatibus, & in his, hæ quidem magnæ autem secundum modicum. vt latent & ipsorum gentium etiam transmigrationes, plurea

Amnis quomodo arescant.

rea quòd hi quidem derelinquunt regiones, hi autem permanent vsque ad hoc, donec vsque non amplius possit alere regio multitudinem vllam. A prima igitur defectione ad vltimam par est fieri longa tempora, ita vt nullus memineric, sed saluatis adhuc his, qui sunt superstites, obliuionem factam esse propter temporis multitudinem. Eodem autem modo oportet putare & habitationes latere, quando primum factæ sunt gentibus singulis in permutatis, & factis siccis ex paludosis, & aquosis. etenim hic paulatim in multo fit tempore incrementum, vt non fit memoria qui primi, & quando, & aqualiter se habentibus locis, veneruut. Vt accidit & circa Aegyptum. Etenim hic locus semper siccior videtur fieri, & tota regio fluuij adgerato esse Nili. propterea autem, quòd paulatim ex siccatis paludibus propinqua inhabitata sunt, ex temporis longitudine ablatum est principium. Videntur igitur & ora omnia, excepto vno Canobico, manufacta, & non fluuij existentia. Et antiquitus Aegyptus, Thebæ vocatæ. Indicat autem & Homerus, sic recens existens (vt ita dicam) ad tales permutationes. Illius enim loci facit mentionem, tanquam nondum Memphi existente, aut omnino, aut non tanta. Hoc autem pars est sic accidere. inferiora enim loca superioribus posterius habitata fuere. Paludosa enim ad amplius tempus necessarium est esse propinquiora adaggerationi, propterea quòd stagnant in vltimis semper magis. permutatur autem hoc, & iterum apte habet: cum enim desiccantur, loca veniunt ad bene habendum. Quæ autem prius bene temperata, cum superexiccantur, nunc fiunt deteriora. quod quidem acci-

Aegyptus.

Ostia Nili Canobici. Thebæ. Homerus. Memphis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Græcia. *Argia.* *Mycenæa.* *Troiam.*

dit Græciæ, & circa Argiuorum, & Mycenæorum regionem. Troicorum enim tempore Argia quidem, quia paludosa erat, paucos poterat alere. Mycenæa autem bene habebat: quapropter honoratior erat. nunc autem contrarium, propter dictam causam. hæc enim inutilis facta est, & sicca prorsus, illius autem ea, quæ tunc, propterea quòd stagnabant, inutilia erant, nunc vtilia facta sunt. Sicut igitur in hoc loco accidit, existente paruo, idem oportet putare hoc accidere & circa magna loca, & regiones totas. Qui igitur respiciunt ad modicum, causam putant talium esse passionum totius mutationem, tanquam generato cœlo. quapropter & mare minus fieri aiunt, tanquam quod exicceatur, quia plura loca apparent hoc passa nunc, quàm prius. Est autem horum hoc quidem verum, illud autem non verum. Plura enim sunt, quæ prius aquosa, nunc autem continens sunt. Verùm & contrarium, in multa enim loca considerantes inuenisemus superuenisse mare. Sed huius causam non mundi generationem putare oportet. ridiculum enim est propter parua, & momentanea permutationes mouere ipsum totum. terræ autem moles, ac magnitudo nihil omnino est ad totum cœlum. Sed omnium horum causam existimare oportet, quia sit per tempora finita, vt in temporibus, quæ secundum annum, hyems, sic circultu quodam magno magna hyems, & excessus imbrium. Hic autem non semper secundum eadem loca, sed quemadmodum quod vocatur sub Deucalionis diluuium. Etenim hic circa Græcum locum factus fuit maxime, & huius circa Græciam antiquam. hæc autem est circa Dodonem, & Acheloum.

Deucalion. *Græcia antiqua.* *Dodone.*

Acheloum. iste enim multis in locis fluxiones permutauit. habitabant enim Selli hic, & qui vocabantur tunc quidem Græci, nunc autem Hellenes. Cùm igitur fiat talis excessus imbriũ, putare oportet ad multum tempus sufficere. & sicut nunc eius, quod est fluuiorum, hos quidem est semper fluentes, hos autem non, hi quidem aiunt causam esse magnitudinem sub terra horum, nos autem magnitudinem altorum locorum, & spissitudinem, & frigiditatem ipsorum: ista enim plurimam & suscipiunt aquam, & operiunt, & faciunt. Quibuscunque autem partes suspensæ sunt montium consistentiæ, aut saxæ, & lapidosæ, & argillosæ: hæc prædeficere sic putare oportet, in quibus vtique facta fuerit talis humidi latio, vt semper fluentes fiant hu-militates locorum magis. tempore autem hæc sicca apparent fieri magis, altera autem minus, quæ aquosa sunt, donec veniat iterum descensus circuitus eiusdem. Quoniam autem necesse est totius quidem fieri quandam permutationem, non tamen generationem, & corruptionem. siquidem manent totum, necesse est quemadmodum nos dicimus non eadem semper loca humida esse mari, & fluuiis, & sicca. Manifestius autem id, quod fit. quos enim dicimus Antiquissimos esse hominum Aegyptios, horum opera tota facta videtur, & esse fluuij opus. & hoc secundum regionem ipsam aspicienti manifestum est. Et quæ circa Rubrum mare argumentum sufficiens. hoc enim Regum aliquis tentauit perfodere. non enim paruas vtique habent ipsius vtilitates, si fieret nauigabilis totus locus. Dicitur autem primus Sesostris conatus fuisse Antiquorum, sed inuenit mare, existens

Achelous. *Selli.* *Græci.* *Hellenes.* *Aegyptij.* *Rubrum mare.* *Sesostris.*

Darius. altius terra, quapropter & ille primo, & Darius posterius cessauit fodere, vt non corrumperetur fluxus fluuij, commisto mari. Manifestum est igitur quòd mare vnum hæc omnia
Libya. continuum erant. Quapropter & quæ circa Libyam Ammoniam regionem humiliora videntur, & profundiora præter rationem inferioris regionis. palam enim quòd adaggeratione facta, facta sunt stagna, & continens. tempore autem facto, derelicta & stagnans aqua
Mæotis. desiccata, est iam annihilata. At vero & quæ sunt circa Mæotidem paludem creuerunt alluuione fluuiorum tantum, vt multo minores magnitudine naues nunc innatent ad quæstum, quàm anno sexagesimo. Quare ex hoc facile est ratiocinati quòd, & primo vt multa stagnorum, ita & hæc opus est fluuiorum, & tandem necesse est totum fieri siccum. Adhuc autem
Bosphorus. Bosphorus semper quidem fluit, propterea quòd adaggeratur. Et est adhuc hæc oculis videre quo accidunt modo. Quando enim ab Asia
† *Istus.* †intercceptionem faciebat fluxus, quod erat posterius, stagnum factum fuit, paruum primo deinde exiccatum fuit. post hoc autem alia ab
† *Istus.* hac †interceptio, & stagnum ab hoc, & hoc semper similiter sic accidit. Hoc autem facto sæpe, necesse tempore procedente veluti flauium fieri, tandem autem & hunc siccum. Manifestum igitur, quoniam tempus non deficit,
Tanais. & totum est æternum, quòd neque Tanais, neque
Nilus. Nilus semper fluxit, sed erat aliquando siccus locus, vnde fluunt, opus enim ipsarum habet terminum, tempus autem non habet. Similiter autem hoc & in aliis fluuiis, congruet dicere. At vero, si quidem fluuij fiunt, & corrumpun-

tur, & non semper eadem loca terræ sunt aquosa, & mare necesse est permutari similiter: mari autem hæc quidem deferente, hæc autem subsidente semper, manifestum est quòd totius terræ non semper eadem, hæc quidem sunt maria, hæc autem continens, sed permutantur tempore omnia. Cur igitur terræ non semper eadem aut continens fiunt, aut nauigabilia, & propter quam causam hæc accidunt, dictum est. similiter autem & propter quid fluuiorum, hi quidem semper fluentes sunt, hi autem non.

*

ARIST

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARISTOTELIS METEOROLOGICORVM LIBER SECVNDVS.

SVMMÆ LIBRI.

In Prima tractat de Mari. In Secunda de Ventis. In Tertia de Terræ motu. In quarta de Concretione, & Tonitruo.

Summæ Primæ Caput Primum. De Maris generatione, & essentia. Antiquorum opiniones, ac earum confutationes. Et cur ipsum fluere videatur.

DE Mari autem, & quæ naturæ ipsius, & propter quam causam est salsa tanta aquæ multitudo, adhuc autem de ea, quæ à principio, generatione dicamus. Antiqui igitur, & versantes circa Theologias faciunt ipsius fontes, vt ipsis sunt principia, & radices terræ, & maris. Magis tragicum enim sic, & venerabilius existimauerunt forte esse, quod dicitur, tâquam magna quædam hæc pars totius existens, & reliquum cœlum totum circa hunc locum consistere, & huius gratiâ, †tanquam existentem honoratissimum, & principium. Sapientiores autem humana sapientia faciunt ipsius generationem. Esse enim primo humi-

Hesiodi opinio de origine maris.

†a. l. putat.

midum omnem locum, qui circa terram est: à Sole autem cum exiccatur, quod quidem euaporauit, spiritus, & versiones Solis, & Lunæ aiût facere, reliquum autem mare esse. quapropter & minus exiccari putant, & tandem fore aliquando totum siccum. Quidam autem ipsorum dicunt cum calefiet à Sole terra, veluti sudorem fieri. quapropter & salsum esse. etenim sudor salsus. Quidam autem salsedinis causam terram esse aiunt. quemadmodum enim & quæ per cinerem colatur aqua salsa fit, eodé modo & hoc salsum esse, mista ipsi tali terra. Quòd igitur fontes maris impossibile sit esse, per existentia iam considerare oportet. Aquarum enim, quæ circa terram sunt, hæ quidem fluxibiles, exiliunt, hæ autem stabiles. Fluxibiles igitur omnes, fontanæ. De fontibus autem diximus prius, quòd oportet intelligere, non tanquam quòd ex vale dispensetur principium esse fontem, sed ad quod semper fiens, & cõfluens occurrit primum. Stabilium autem hæquidem collectitiæ & subsidentes, veluti palùdosæ, & quæcunque sunt stagnales, multitudine, & paucitate differentes, hæ autem fontanæ, hæ autem omnes manufactæ dico autem veluti puteales vocatæ: omnium enim oportet superius fontem esse fluxu. quapropter hæquidem spontaneæ fluunt, fontanæ, & fluuiales: hæ autem arte indigent operante. Differentiæ igitur tot, & tales aquarum sunt. Has autem sic determinatis, impossibile est fontes esse maris. in neutro enim horum generum possibile est esse ipsum. neque enim effluxibile est, neque manufactum. fontanæ autem omnes horum alterum passæ sunt. spontaneam autem stabilem tãtum multitudinem nullam videmus quòd:

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd fontana fiat. Adhuc autem plura sunt maria adinuicem, quæ non commiscentur secundum vllum locum. quorum Rubrum quidem videtur secundum modicum communicàs cum eo mari, quod extra columnas est. Hyrcanium autem, & Caspium, & separata ab hoc, & circuhabitata in circuitu. quare non vtique latèrent fontes, si secundum aliquem locum ipsorum essent. Fluens autem mare videtur secundum angustias, sicubi propter adiacentem terram in modicum ex magno coarctatur pelago, propterea quòd libratur huc, & illuc sæpe. Hoc autem in magna multitudine maris immanis fetid est. qua autem propter angustiam terræ modicum obtinet locum, necessarium est eam, quæ in lato est, modicam liberationem ibi apparere magnam. Quod autem intra Herculeas columnas est, totum secundum terræ concauitatem fluit. & fluuiorum multitudinem. Mæotis enim in Pontum fluit: iste autem in Aegæum, omnia autem præter hæc, maria minus faciunt hoc euidenter. Illis autem & propter fluuiorum multitudinem accidit hoc (plures enim fluuij in ea xinum fluunt, & Mæotia, quàm in amplioremregionem ipsius) & propter breuitatem profunditatis. Semper enim adhuc profundius videtur esse mare, & Mæotide quidem Pontus, hoc autem Aegæum. Aegæo autem Siculum. Sardonicum autem, & Tyrrhenicum profundissima sunt omnium. Quæ autem extra columnas sunt, breuia quidem propter lutum sine fluxu autem sunt, vt in concauo, mari existente. Sicut igitur & secundum partem ex altis fluuij apparent fluentes, sic & totius terræ ex altioribus, quæ ad Vrsam. fluxus sit plurimus. quare hæc quidem propter effusionem non profunda, hæc autem extra maria, profunda magis. De eo autem, quod est, ea, quæ ad Vrsam sunt, esse terræ alta, signum quoddam est & hoc, multos persuasos esse Antiquorum Meteorologorum Solem non ferri sub terra, sed circa terram, & locum hunc. obscurari autem, & facere noctem, propterea quòd alta sint ad Vrsam terra. Quòd igitur neq; fontes possibile sit esse maris, & propter quam causam sic videtur fluere, talia, & tot nobis dicta sint.

Mare Rubrum.
Columnæ Herculis.
Mare Hyrcanium.
Caspium.

Mæotis.
Pontus.
Aegæum.
Siculum.
Tyrrhenicum.
Sardonicũ.

Caput Secundum. De Maris essentia, & loco: Et cur à fluminibus in ipsum ingredientibus, non reddatur maius: Nonnullarumque absurdarum opinionum derisio, ac confutatio.

DE generatione autem eius, si factum est, & de sapore, quæ causa sit salsedinis, & amaritudinis, dicendum. Causa igitur, quæ fecit priores putare mare principium esse, & corpus totius aquæ, hæc est. Videbitur enim rationabile, esse corpus totius aquæ. sicut & aliorũ elementorum est congregata moles, & principium propter multitudinem, vnde transmutatur cùm patiatur, & miscetur aliis, vt ignis quidem in superioribus locis: aeris autẽ multitudo, quæ post hæc omnia posita sunt manifeste. quare palam est quòd secundum eandem rationem & de aqua necesse est quærere. Tale autem nullum aliud corpus videtur positum totum simul, sicut & elementorum, præter matris magnitudinem. quod enim fluuiorum, neque totum simul, neque stabile, sed vt factum semper videtur quotidie. Ex hac itaque dubitatione principium

Universidad de Deusto
Biblioteca

pium humidorum, & omnis aquæ puratum est esse mare, quapropter & fluuios non solum in hoc, sed & ex hoc aiunt quidem fluere, colatum enim fieri, quod salsum est, potabile. Opponitur autem altera ad hanc opinionem dubitatio, cur non est consistens aqua hæc potabilis, si quidem principium est totius aquæ, sed salsa. Causa autem, simul & huius dubitationis solutio erit, & de mari primam accipere existimationem necessarium tecte. Aqua enim circa terram extensa, sicuti circa hanc aëris sphæra, & circa hanc quæ dicitur ignis (hic enim est omnium vltimus, siue vt plurimi dicũt, siue vt nos) lato autem Sole hoc modo, & propterea permutatione, & generatione, & corruptione existente, quod quidem subtilissimum est, & dulcissimum sursum ducitur per singulos dies, & fertur, cum disgregatur, & euaporat in superiorem locum, ibi autem rursum coactum propter infrigidationem deorsum fertur iterum ad terram. & hoc semper vult facere natura sic, vt dictum est prius. Quapropter & deridendi sunt omnes, quicunque priorum existimauerunt Solem ali humido. Et propter hoc quidem etiam aiunt facere versiones ipsum, non enim semper posse eadem locæ exhibere ipsi alimentum. necessarium autem esse hoc accidere circa ipsum, aut corumpi. etenim manifestum ignem, quamdiu habuerit alimentum, tandiu viuere. humidum autem igni esse alimẽtum solum, tanquam pertingat vsque ad Solem quod sursum ducitur humidi, aut ascensus talis sit, qualis quidem ex ẽtæ flammæ propter quam signum accipiemus sic & de Sole purauerunt. Hoc autem non est similliter. Flãma enim propter continuum humi-

dum, & siccum, quæ permutantur, sit, & non aliter. non enim eadem existens, permanet vllo tempore, vt ita dicam. Circa Solem autem impossibile est hoc accidere, quoniã, si alitur quidem eodem modo, sicut illi quidem dicunt, palam quod & sol non solum, sicut ait Heraclitus, *Heraclitus.* nouus quotidie est, sed semper nouus continue. Adhuc autem quæ à sole fit eleuatio humidi, similis est calefactis aquis ab igne. Si igitur neque successus alitur ignis, neque Solem par erat existimare, etiam si omnem calefaciens euaporare facerit aquam. Inconueniens autẽ & solum cuiuslibet de sole, aliorum autem astrorum ipsos negligere salutem, tantorum & multitudine, & magnitudine existentium. Idem autem accidit & his irrationabile, & dicẽtibus primo humida existente terra, & mundo, qui est circa terram, à sole calefacto, aërem factum esse, & totum cœlum augmentatum, & hoc flatus exhibere, & versiones ipsius facere. Aperte enim semper surgentem videmus delecẽdere iterum aquam, & si nõ per annum redditur, & per singulas tempestates similiter, sed in aliquibus ordinatis temporibus redditur omne acceptum, velut neque quid alantur superiora, neque hic quidem manet iam post generationem, hic autem fiat, & corumpatur iterum in aqua, sed similiter omnem dissoluatur, & consistat iterum in aquam. potabile igitur, & dulce propter leuitatem sursum ducitur omne, salsum autem subsidet propter grauitatem, vt in suo proprio loco. Hoc etiam putandum est, & dubitatum esse conueniens (irrationabile enim, si non est aliquis locus aquæ, sicut & aliorum elementorum) & hanc esse solutionem. Quem enim videmus lo-

cum occupare mare, iste non est maris, sed magis aquæ, videtur autem maris, quia quod quidem salsum est, deorsum manet propter pondus, quod autem dulce, & potabile, sursum ducitur propter leuitatem. Quemadmodum in animalium corporibus. Etenim in his alimento ingrediente dulci. humidi alimenti subsidentia, & excrementum apparet amarum esse, & salsum. dulce enim, & potabile ab innato calore attractum in carnes, & aliam constitutionem venit partium, vt quælibet nata est. Sicut igitur ibi inconueniens erit, si quis potabilis alimenti non putet locum esse aluum solam, quia cito absumitur, sed excrementi, quia hoc videt subsidens, & nō vtique existimabit bene, similiter & in hisce enim, sicut dicimus, iste locus aquæ. Quapropter & fluuij fluunt in ipsum omnes, & tota, quæ fit aqua. etenim ad maxime cōcauum fertur est, & mare talem obtinet locum terræ, sed hoc quidem sursum fertur cito propter Solem totum hoc autem detelinquitur propter dictam causam. Quærere autem antiquam dubitationem, propter quid tanta multitudo aquæ manquam apparet (per singulos enim dies fluuiis fluctibus innumeralibus, & magnitudine immensis, nihilo mare fit amplius) hoc nullū quidem est inconueniens dubitasse aliquos, non tamen intuētem difficile est videre. Eadē enim multitudo aquæ in latum diffusa, & tota simul, non in æquali tempore exiccatur sed differentiam tantum, vt hoc quidem permaneat per totam diem, hoc autem, quemadmodum si quis super mensam magnam diffunderit aquæ cyathum, citò mul dum perspiciunt, vtiq; euanescet tota, quod vtique & circa fluuios accidit. continue enim fluentibus simul cotis, semper quod peruenit in immensum, & latum locum, exiccatur cito, & lacenter. Quòd autem scriptum est in Phædone de fluuiis, & mari impossibile est. Dicitur enim quòd omnia quidem inuicē perforata sunt sub terra principium autem omniū sit & fons aquarum vocatus Tartarus, circa medium aquæ quædam multitudo, ex quo & fluentia, & non fluentia prodeunt omnia. Influentiam autem facere in singulam fluxionum, propterea quòd agitetur semper quod primum, & principium, non habere enim sedem, sed semper circa medium volui: motum autem sursum, & deorsum facere effusionem ipsis fluxionibus. Hæc autem in multis quidem locis stagnare, quale & quod apud nos est mare. omnia autem iterum circumducuntur ad principium, vnde incœperunt fluere. multa quidem & secundum eundem locum, quædam autem & positione è regione effluunt vt si fluere incœperunt ad inferius, desuper ingredi. esse autem vsque ad medium, deinde ex altero enim ad acclive iam omnino esse lationem. Sapores autem & colores habere aquam qualem vtique contingerit fluere totam. Accidit autem fluuios fluere non ad eosdem semper, secundum rationem hāc. Quoniam enim ad medium influunt, à quo quidem effluunt, nihil magis fluent ab inferius, quàm desuper, sed ad quæcunque tenderit fluctuans Tartarus: quamuis hoc accidente, fiet vtique quod dicitur, Sursum fluuiorum. quod quidem est impossibile. Insuper, quæ fit aqua, & quæ iterum sursum ducitur, vnde erit? hāc enim totam euidenter est necessarium, si quidem semper fluxus æqualis, quantum enim extra fluit, ite-

Phædon. Tartara.

rum fluit ad principium, quamuis omnes fluuij videantur terminantes ad mare, quicunque non in alios, in terram autem nullus: sed & ij disperdantur, iterum prodeunt. Magni autem fiunt fluuiorum, qui longe fluunt per conca-uum. multorum enim suscipiunt fluxiones fluuiorum detruncantes loco, & longitudine viae, quaptopter & Ister, & Nilus, maximi fluuiorum sunt, qui in hoc mare exeunt. Et de fontibus, alij dicunt vniuscuiusque fluuiorum alias causas, quia multi in eundem incidunt. Haec itaque omnia manifestum est quòd impossibile est accidere, praesertim & mari principium inde habente. Quòd igitur & aquae locus sit ister, & non maris, & propter quam causam hoc quidem potabile, immanifestum praeterquam fluens, hoc autem subsidet, & cur semper magis aquae, quàm principium sit mare, quemadmodum quod in corporibus est excrementum alimenti omnis, & maxime humidi, dicta sint tot à nobis.

Ister. Nilus.

Caput Tertium. De Maris Salsedine, ac eius Perpetuitate.

DE Salsedine autem ipsius dicendum est. Et vtrum semper est idem, aut neque est, neque erit, sed deficiet. etenim sic putant quidã. Hoc igitur visi sunt omnes confiteri, quòd factum est, si quidem & omnis mũdus. simul enim ipsius faciunt generationem, quare palam est quòd, si quidem perpetuum ipsum vniuersum, & de mari sic existimandum. Putare autem minus fieri secundum multitudinem, sicut ait Democritus. & tandem deficere, ab Aesopi fabulis nihil

Democritus.

nihil differre videtur persuasus sic. Etenim ille fabulose dixit quòd bis quidem Charybdis absorbens, primo quidem mõtes fecit manifestos, secundo autem insulas, vltimo autem sorbens, aridam faciet omnino. Illi igitur congruebat acuersus potitorem talem dicere fabulam, veritatem autem quaerentibus minus. Propter quam enim causam mãsit primo, siue propter pondus, vt etiam quidam horum aiunt (in promptu enim est huius causam videre) siue & propter aliud aliquid, palam est quòd propter hoc permanere necessarium est & reliquo tempore ipsum. Aut enim dicendum ipsis, quòd semper eleuata aqua à Sole veniet iterum, aut si quidem hoc, erit necessarium aut semper, aut quandiu quidem fuerit hoc remanere mare, & iterum sursum ferri illud prius oportebit, quod est potabile. quare nunquam exiccabitur. tunc enim praeueniet descendens in ipsum, quod praecendit, differt enim nihil semel hoc dicere aut saepe. Si igitur solem cessare faciet quis à latione, quid erit exiccans? Si autem permittet esse circumlationem, semper appropinquans, potabile, sicut diximus, sursum ducet: dimittet autem iterum, recedens. Acceperunt autẽ hanc dubitationem de mari ex eo, quòd multa loca apparent siccora nunc, quàm prius. De quo causam diximus, quòd secundum quasdam tempora necessitatibus factis, aquae haec est passio, sed non propter totius generationem, & particulatem. & iterum erit contrarium. & cum facta fuerit, deficcabitur iterum. & hoc sic necessarium est circulariter semper ire: magis enim sic rationabile est existimare, quàm propter haec cœlũ totũ permutari. Sed de his quidẽ plus quàm dignum

Charybdis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De causa salsedinis maris secundum opinionē aliarum.

erat, immoratus est sermo. De salsedine autē, his quidem, qui semel generauerunt, & omnino ipsum genetant, impossibile est salsum facere. Siue enim omnis humidi circa terram existentis, & eleuati à sole quod relictum est, factum est mare, siue inexistit tantus sapor in multa aqua, & dulci, propterea quòd immissa est quædam terra talis, nihil minus, cùm aduenerit iterum aqua, quæ euaporauit, necesse est, æquali quidē existēte multitudine, & primo, & si neq; primo, neq; posterius salsum esse ipsum. Si autē & primo, confestim erat dicendū quæ causa, & simul propter quid non, si & tunc sutsum latum fuit, & nunc patitur hoc. At vero & quicunque terram causam ponunt salsedinis, immistam: habere enim aiunt multos sapores ipsam, vt quæ à fluuiis simul deferatur propter mistionem faciat salsum: inconueniens est non & fluuios salsos esse. Quomodo enim possibile est, in multa quidem multitudine aquæ, euidens sic facere mistionem talis terræ, in vnaquaque autem non palam enim est quòd mare est omnis fluuialis aqua. (in nullo enim differt, nisi eò quòd salsum sit, à fluuiis.) hoc autem illis aduenit in loco, in quem omnes simul fluunt. Similiter autem ridiculum est, & si quis dicens sudorem terræ esse mare, putet aliquid manifestū dixisse, sicut Empedocles. Ad Poēsin enim sic dicens forte dixit sufficienter: translatio enim Poēticum est: ad cognoscendum autem naturam, non sufficiēter. Neque enim hic palam est qualiter ex dulci poculo salsus fit sudor: vtrum abscedente quodam solum, vt dulcissimo, an commisto quodam, & cut in iis, quæ per cinerem colantur aquis. Videtur autem causa eadem, & circa excrementum in ve-

Mare, an terræ sudor.

Vrina, & sudoris salsedo.

la vesicam collectum. etenim illud amarum, & salsum fit, potato & eo, quod in alimento est, humido, dulci existente. Si itaque quemadmodum quæ per calcem colatur aqua fit amara, hæc cum vrina quidem simul delata tali quadam virtute, qualis & videtur subsistens in vasis salsedo, cum sudore autem segregata ex carnibus, veluti abluente id, quod tale est, ex corpore exeunte humido, palam est quòd & in mari id, quod ex terra, humido commissum est, causa salsedinis est. In corpore igitur tale, alimenti subsidentia propter inconcoctionem. In terra autem secundum quem modum existit dicendum est. omnino autem quomodo possibile sit tantam aquæ multitudinem à desiccata, & calefacta segregari. minimam enim oportet ipsam esse partem relictæ in terra. Adhuc propter quid non & nunc, cum exiccata fuerit terra, siue amplior, siue minor, sudat. humiditas enim, & sudor fiunt amara. Si enim tunc, & nunc oportebat. Non videtur autem hoc accidere, sed humida quidem existēs exiccatum. sicca autem existens nihil patitur tale. Quomodo igitur possibile est circa primam generationem, humida existente terra, sudare exiccatam? Sed magis vetisimile est, sicut aiunt quidam, assumpto plurimo, & eleuato humido propter solem, quod relictum est esse mare, humidum autem existentem sudare impossibile est. Quæ igitur dicuntur salsedinis causæ, diffuse videntur rationem. Nos autem dicamus, simul pium cùm assumpserimus idem, quod & prius. Quoniam enim positum est duplicem esse exhalationem, hanc quidem humidam, illam autem siccam, palam est quòd hanc putandum

De causa salsedinis maris secundum opinionē propriā.

est principium esse talium. Et vtique & de quo dubitasse prius necessarium, vtrū & mare semper permaneat eorundem existens partium numero, an specie. & quantitate earum, quæ transmutantur semper partium, quemadmodum aër, & potabilis aqua, & ignis. semper enim aliud, & aliud fit horum vnumquodque, species autem multitudinis vniuscuiusq; horum manet, sicut fluentium aquarum, & flammæ fluxus. Manifestum itaque est hoc, & probabile, quòd impossibile est non eandem esse de omnibus his rationem, & differre velocitate, & tarditate transmutationis, & in omnibus generationem esse & corruptionem. hoc tamen ordinate accidere omnibus ipsis. His autem sic se habentibus, tentandum est reddere causam & de salsedine. Manifestum vtique est per multa figura quòd fit talis sapor propter commistionem alicuiam. Etenim in corporibus, quod inconcoctissimum salsum, & amarū, sicut & prius diximus. inconcoctissimum enim est excrementum humidi alimenti. talis autem est omnis quidem subsidentia, maxime autem quæ in vesicam. Signum autem est, quia subtilissima est. quæ autē coquuntur, omnia consistere nata sunt. Deinde sudor, in quibus idem corpus coexcernitur, quod facit saporem hunc. Similiter autem & in his, quæ adduruntur. vbi enim non dominatum fuerit calidum, In corporibus quidem fit superfluitas, in adustis autem cinis. Quapropter & mare quidam ex adusta aiunt factum esse terra. Dicere autem sic quidem est inconueniens. ex tali tamen verum est. Sicut enim & in dictis, & & in toto, & ex nascentibus, & factis secundum naturā semper oportet intelligere, sicut ex ignitis quod relinquitur, talem esse terram. Et vtiq; & eam, quæ in arida, exhalationē omnem. hæc enim exhibet multam hanc multitudinem. Mista autem existente, sicut diximus, vaporosa exhalatione, & sicca, cum coacta fuerit in nubes, & aquam, necessarium intercipi aliquam multitudinem semper huius virtutis, & simul deorsum ferri iterum in pluuias, & hoc semper fieri secundum quendam ordinem, vt contingit quæ hoc sunt participare ordine. Vnde igitur generatio salsi inest in aqua, dictum est. Et propter hoc australes aquæ latiores, & primæ autumnalium. Auster enim & magnitudine, & spiritu vehementissimus ventus est, & flat à locis siccis, & calidis. quare cum pauco vapore quapropter & calidus est. si enim & non talis, sed vnde incipit flare frigidus, nihil minus procedens, propterea quòd comprehendit multam exhalationem siccam ex propinquis locis, calidus est. Boreas autem, velut à frigidis locis, vaporosus: quapropter & frigidus. eò autem quòd propellat, serenus hic, in contrariis autem australibus aquosus. similiter autem & Austet serenus iis, qui circa Libyam. Multum igitur in aqua, quæ deorsum fertur, confert quod tale est. Et autumno † latæ aquæ sunt. necesse enim est grauissima prima deferri. quare in quibuscunque inest talis natura multitudo, tendūt citissime deorsum hæc. Et calidum quidem mare propter hoc est. omnia enim quæcunq; ignita fuerunt, habent potentia caliditatem in seipsis. Videre autem licet & calcem, & cinerem, & subsidentiam animalium & siccam, & humidam: & calidissimorum secundum ventrem animalium accidit calidissimam esse subsidentiam. Fit igitur propter hāc

† al. falsa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cauſam ſemper latius. Eleuatur autē ſemper aliqua pars ipſius cū dulci, ſed minor tanto, quanto & in pluente ſalſa, & lata dulci minor. quapropter æquale eſt, vt omnino dicam. Quod autem fit euaporans, potabile, & non in mare ēcreſcit euaporans, quando cogatur iterum, cūm tentauerimus dicamus. Patiuntur autem & alia idem. etenim vinum, & omnes humores, quieſque, cum in vaporem mutati iterū in humidum conſiſtant, aqua fiunt. Aliæ enim paſſiones, per quandam commiſtionem, ipſius aquæ ſunt. & qualecunq; aliquid fuerit quod commiſtum eſt, talem facit ſaporem. ſed de his quidem in aliis temporibus conueniētioribus facere oportebit conſyderationem. Nunc autem tantū dicamus quòd maris exiſtētis ſemper aliquid ſurſum defertur, & fit potabile, & deſuper in pluente deſcēdit aliud factum, non quod ſurſum ductum, & propter pōdus ſubſidet potabili. Et propter hoc, neque deficit, ſicut neq; fluuij, niſi locis, hoc autem in ambobus neceſſe eſt accidere ſimiliter. Neque ſemper eadem partes permanent, neque terræ, neq; matitis: ſed tantum tota moles. Etenim de terra ſimiliter oportet exiſtimare. hoc enim aſcendit, illud autem iterum condeſcendit, & loca permutant & ſupernatantia, & deſcendentia iterum. Quòd autem fit in commiſtione alicuius ſalſum, palam eſt non ſolum ex dictis, ſed & ſi quis vas ceteum formans poſuerit in mare circumligans os talibus, vt non illiqueſcat maris, quod enim ingreditur per parietes ceteos, fit potabilis aqua. tanquam enim percolatum quod terreſtre eſt, & quod facit ſalſedinem propter commiſtionem, ſecernitur. Hoc enim cauſa eſt & granitatis (plus enim trahit ſalſa, quàm potabilis) & craſſitiei. Etenim craſſities differt

Maris aqua quomodo reddatur potabilis.

naturam, vt naues ab eodem pondere rerum, quæ veluntur, in fluuiis quidem ferè ſubmerguntur, in mari autem mediocriter ſe habeāt, & nauigabiliter. quapropter aliqui in fluuiis onerariorum naues propter hanc ignorātiam damnum paſſi ſunt. Coniectura autem eſt admiſti alicuius, quòd craſſior eſt moles. Si enim aliquis aquam ſalſam fecerit valde, miſcēs ſal, ſupernatant oua, etiam ſi ſint plena. fere enim, ſicut lutum fit: tantam habet corpulentam multitudinem mare. Idem autem hoc operantur & cineres ſalituras. Si autem eſt, ſicut fabulantur quidem, in Palæſtina tale ſtagnum, in quod ſi quis immiſerit colligatum hominem, aut iumentum, ſupernatat, & non ſubmergitur in aqua, teſtimonium vtique erit aliquod dictis. dicunt enim amarum ſic eſſe ſtagnum, & ſalſum, vt nullus piſcis innaſcatur. veſtimenta autem purgari, ſi quis, cum irrigauerit, quaſſauerit. Signa autem & talia ſigna omnia diſtorum, quòd ſalſedinem facit corpus aliquod, & terreſtre eſt, quod inexiſtit. In Chaonia enim fons aquæ lætioris. effluit autem hic in fluuium propinquum, dulcem quidem, piſces autem non habentem. elegerunt enim vt qui ibi ſunt habitant. opione data ab Hercule, quando venit ducens ab Erythia boues, ſalem pro piſcibus, qui fiunt ipſis ex fonte. Huiuſmodi enim aquæ cum decoxerint aliquam partem, reponunt, & ſit frigefacta, cum euaporauerit humidum cum calido, ſales, non quammoſi, & compacti, ſed laxi, & tenues, ſicut nix. eſtque virtute debilior alio, & multi delectant iniecti, & colore non ſimiliter albi.

Naues ab eodem ponderesubmergūtur in fluuiis, & non in mari.

Chaonia.

Hercules. Erythia.

Tale

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vmbri. Tale autem aliud fit & Vmbris. eſt enim quidam locus, in quo nati ſunt arundo, & iuncus. hos igitur comburunt, & cinerem immittentes in aquam, decoquunt. cùm autem dimiſerint aliquam partem aquæ, hæc infrigidata, ſalis fit multitudo. Quæcunque autem ſunt ſalſæ fluxiones fluuiorum, aut fontium plurimas quidem calidas aliquando eſſe oportet putare, deinde principium quidem extingui ignis, per quam autem penetrant terram, adhuc manere

Vnde ſintur, & fluuiorum diuerſi ſapores, colores, effectus. exiſtentem, velut calcem, & cinerem. Suæ autē in multis locis & fontes, & fluxiones fluuiorū, omniſarios habentes ſapores, quorum omnium cauſam ponendum inexiſtentem, aut ingenitā virtutem ignis. cùm enim exuritur terra ſecundum magis, & minus, omniſarias accipit formas, & colores ſaporum. aluminis enim & calcis, & aliorum talium ſit plena virtutibus, per quæ quæ percolantur aquæ exiſtentes dulces, tranſmutantur. Et hæ quidem acidæ fiunt, quē-

Sicania. Sicilia. Lyncus. Scythia. admodum quæ in Sicania Siciliæ. Ibi enim acida mutia fit, & vtuntur ſicut aceto ad quædam eduliorum ſuorum. Eſt autem & circa Lyncum fons quidam aquæ acidæ: circa Scythiam autem amarus. quod autem defluit ab ipſo, fluuium in quem ingreditur, facit amarum totum. Differentiæ autem horum inde manifeſtæ ſunt. Quales autem ſapores ex qualibus fiunt commiſtionibus, dictū eſt de ipſis ſeorſum in aliis. De aquis igitur, & mari propter quas cauſas & ſemper continue ſunt, & quomodo tranſmutantur, & quæ natura ipſorum, adhuc autem quaſcunque paſſiones ſecundum naturam ipſis accidit facere, aut pati, dictum eſt ferè nobis de pluribus.

Summa

Summa Secunda. De Ventis.

Caput Primum. De Ventorum eſſentia, ac generatione.

De flatibus autē dicamus, cùm ſumpſerimus principium dictum nobis iam prius. Sunt enim duæ ſpecies exhalationis, vt dicimus, hæc quidem humida, illa autem ſicca. vocatur autem hæc quidem vapor, illa autem ſecundum totum quidē innominata eſt: eo autem, quod in parte, vtentes neceſſe eſt vniuerſaliter appellare ipſam, velut fumum. Eſt autem neque humidum ſine ſicco, neq; ſiccum ſine humido, ſed omnia hæc dicuntur ſecundum exceſſum. Cum itaq; fertur Sol circulariter, & cùm quidem appropinquauerit, per caliditatem ſurſum ducit humidum, longius autem cum fiat, propter infrigidationem conſiſtit iterum ſurſum ductus vapor in aquam (quapropter hyeme magis fiūt aquæ, & nocte, quam per diem: ſed non videntur, quia latent nocturnæ magis, quam diurnæ) deſcendens autem aqua diſtribuitur tota in terrā, exiſtit autem in terra multus ignis, & multa caliditas, & Sol non ſolum illud, quod ſupernatat terræ humidum trahit, ſed & terra ipſam deliciens calefaciens, exhalatio autem, ſicut dictum eſt, duplex exiſtit, hæc quidem vaporoſa, illa autem fumoſa, ambas neceſſarium eſt fieri. Harum autem quæ quidem humidi plurem habet multitudinem exhalatio principium pluentis aquæ eſt, ſicut dictum eſt prius: ſicca autem flatuum principium eſt, & natura omnium. Hæc autem quod iſto modo neceſſarium ſit accidere & ex

Exhalationis duæ ſunt ſpecies.

ipſis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsis operibus palam est. Etenim exhalationem differre est necessarium. Et Solem, & eam, quæ est in terra, caliditatem hæc facere non solum possibile, sed necessarium est. Quoniam autem altera vtriusque species, manifestum est quòd differunt: & non eadé est venti natura, & fluentis aquæ, sicut quidam aiunt: eundem enim aëris rem motum quidem, ventum esse, consistentem autem iterum, aquam. Aër igitur, sicut in sermonibus ante hos diximus, fit ex his. Vapor enim humidum & frigidum. bene terminabile enim est, vt humidum: quia autem aquæ est, frigidum est propria natura, sicut aqua non calefacta. Fumus autem calidum, & siccum. quare veluti ex cognatis consistet vtique aër humidus, & calidus. Etenim inconueniens est si qui circa singulos circunfusus est aër, iste fiat, cum mouetur, flatus, & vndecunque motus fuerit, ventus sit: sed non, sicut fluuios existimamus, non qualitercunque esse aquæ fluentis, neque si habeat multitudinem, sed oportet fontanam esse quæ fluit, sic & de ventis habet. mouebitur enim vtique magna multitudo aëris ab aliquo magno casu, non habens principium, neq; fontem. Attestantur autem quæ fiunt dictis. Quia enim continue quidem, magis autem, & minus & maior, & minor fit exhalatio, semper & nubes, & spiritus fiunt secundum tempus vtrumque, vt nata sunt. Quia autem aliquando quidem vaporosa fit multo copiosior, aliquando autem sicca. & fumosa, quandoq; quidé pluuiosi anni fiunt, & humidi, quandoque autem ventosi, & sicci. Aliquando igitur accidit & velocitates, & imbres multos simul, & secundū multitudinem, & continuam fieri regionem, aliquando autem

vetum & secundum partes. Sæpe enim quæ in circuitu est regio accipit téporaneos imbres, & multotiés aliqua autem patte huius siccitas est. aliquando autem contrarium, ea omni, quæ in circuitu est, aut mediocribus vtente aquis, aut eadem magis sicca, vna aliqua pars aquæ copiosam accepit multitudinem. Causa autem est, quia vt plurimum quidem eandem passionem ad vltimam pertingere par est regionem, quia similiter ponuntur ad Solem quæ prope sunt: nisi aliquid differens habeant proprium. Quinimo aliquando secundum hanc quidem partem siccam exhalatio facta est amplior, secundum aliam autem vaporosa, aliquando autem contrarium. Et ipsius autem huius causa est, quia vtraque decidit in antiquæ regionis exhalationem: vt sicca quidem secundum propriam siccæ regionem: humida autem ad vicinam, aut etiam in aliquem remotiorem locum prohibita est à flatibus. aliquando autem hæc quidem manfit, contratia autem idem fecit. Et accidit hoc sæpe, sicut in corpore, si superior ventre siccus fuerit, inferiorem contratie dispositionem, & hoc sicco existente, humidum esse superexistentiam, & frigidum: sic & circa loca circumstantiam pari, & permutati exhalationes. Adhuc autem post imbres ventus vtplurimum fit in illis locis, in quibus continuè fieri imbres, & flatus cessant, aqua facta. Hæc enim necesse est accidere propter dicta principia. Cum enim pluerit, terra exiccata, & ab eo, quod est in ipsa, calido, & ab eo, quod desuper exhalat. hoc autem erat venti corpus. Et, cùm talis segregatio fuerit, & venti dominentur, cessantibus, quia segregatur

calidum

Universidad de Deusto
Biblioteca

calidum semper, & sursum fertur in superiorem locum, cogitur vapor infrigidatus, & fit aqua, & cùm in idem compulsæ fuerint nubes, & circumobstiterit ad ipsas frigiditas, aqua fit, & infrigidat siccam exhalationem. Cessare faciunt igitur aquæ factæ ventos, & cessantibus, ipsæ

Flatus cur potissimum à Septentrione & Meridie.

fiunt propter has causas. Adhuc autem quòd fiant maxime flatus ab Vrsa, & Meridie eadem causa est. plurimi enim Boreæ, & Austri sunt ventorum. Sol enim sola hæc loca non accedit, sed ad hæc, & ab his ad occasus autem, & orientes semper fertur. quapropter & nubes coguntur in lateribus: & fit accedente quidem, exhalatio humidi, abscedente autem ad contrarium locum, aquæ, & hyemes propter lationem igitur ad tropicos, & à tropicis æstas fit, & hyemis, & eleuatur sursum aqua, & fit iterum. Quoniam autem plurima quidem descendit aqua in his locis, ad quæ vertitur, & à quibus, hæc autem sunt quæ ad Vrsam, & Meridiē, vbi autem plurimam aquam terra suscipit, hic plurimam necessarium est fieri exhalationem, simili modo vt ex viridibus lignis fumum, exhalatio autem hæc ventus est, rationabiliter vtique hinc fiunt plurimi & principalissimi flatuum. Vocantur autem qui quidem ab Vrsa, Boreæ: qui autem à Meridie, Austri. Latio autem ipsorum, obliqua

Latio ventorum.

est. circa terram enim flant, cum fiat in rectum exhalatio: quia omnis, qui in circuitu est, aër consequitur lationem. Quapropter & dubitabit vtique aliquis vnde principium flatuum sit, vtrum desuper, an desubter, motus enim desuper est, & antequam flent, aër clarus est, si fiertis nubes, aut caligo, significat enim cùm moueatur flatus principium, antequam manifeste veniens ventus

ventus, tanquàm desuper ipsis habentibus principium. Quoniam autem est Ventus multitudo quædam siccæ ex terra exhalationis, mota circa terram, palam est quòd motus quidem principium desuper est, materiæ autem, & generationis desubter. Quà enim tenderit quod ascendit, inde causa est, latio enim eorum, quæ longè fiunt à terra, domina est. & simul desubter quidem in rectum sursum fertur, & omne valet magis propè. Generationis autem principium palam quòd ex terra est. Quòd autem multis exhalationibus coëuntibus secūdum modicum, fiunt fluuiorum † principia fiunt, humorem manente terra, palam est & in operibus. vndè enim singulatim fiant, minimi omnes sunt: ptoteriores autem & longe validiores flant. Adhuc autem & quæ circa Vrsam in hyeme tranquilla sunt, & sine flatu: sed secundum modicum vltemodo flans, & latens, extra procedent iam flatus in vehementi. Quæ igitur est venti natura, & quomodo fit, adhuc autem de siccitate, & de humorum abundantia, & propter quam causam & cessant, & fiunt post imbres, & propter quid Boreæ, & Austri plurimi ventorum sunt, dictum est, adhuc autem & de latione ipsorum.

† *a. l. fontes.*

Regio septē trionalis hyemē tranquil.

Caput Secundum. Quas ab causas venti essent. Quibus temporibus nonnulli eorum flent. & à quibus locis. De partibus terræ habitabilibus.

Fit autem & cessare facit, & commouet flatus. Nubes enim, & paucas existentes exhalationes extinguit, & ampliori calido illud, quod in exhalatione minus existit, disgregat.

Adhuc autem ipsam terram præuenit exiccans, antequàm facta fuerit multa simul excretio: sicut, si in multum ignem inciderit modicum exustibile, præuenit sæpe, antequàm fumum faciat, exustum esse. Propter has igitur causas cessare facit ventos, & à principio fieri prohibet, consumptione quidem cessare faciens, celeritate autem siccitatis fieri prohibens. Quapropter & circa Orionis ortum maxime fit tranquillitas, & vsque ad Etesias, & Prodromos. Vniuersaliter autem fiunt tranquillitates propter duas causas, aut enim propter frigus, cùm extinguitur exhalatio, veluti cum fuerit gelu forte, aut cùm marcescit à suffocatione. Plurimæ autem & intermediis temporibus, aut eò quòd nondum facta sit exhalatio, aut eò quòd iam præterijt exhalatio, & alia nondum adest. Incessus autem, & molestus Orion esse videtur, & occumbens, & oriens, quia in transmutatione temporis accidit occasus, & ortus, æstate, aut hyeme, & propter magnitudinem astri diemum fit aliqua pluralitas. transmutationes autem omnium turbulentæ sunt propter indeterminationem. Etesiæ autem flant post vesiones, & Canis ortum. & neque tunc quando maxime propè fuerit Sol, neque quando longè, & diebus quidem flant, noctibus autem cessant. Causa autem est, quia propè quidem existens, præuenit exiccans, antequàm fiat exhalatio. cùm autem abscesserit modicum, mediocris iam fit caliditas, adeo vt congelatæ aquæ liquescant, & terra exiccata, & à propria caliditate, & ab ea, quæ Solis est, quasi ardescant, & exhalent. Nocte autem desinunt, quia congelata liquescere desistunt, propter frigiditatem noctium. Exhalat autem neque quod congelatum est, neque quod nihil habet siccum, sed, cum habeat siccum humiditatem, hoc calefactum exhalat. Dubitant autem quidam propter quid Boreæ quidem fiunt continui, quos vocamus Etesias, post æstuales versiones, Austri autem sic non fiunt post hyemales. Habent autem non irrationabiliter. fiunt enim vocati Leuconoti opposito tempore, non sic autem fiunt continui. quapropter latentes faciunt inquietè. Causa autem est, quia Boreas quidem à locis, quæ sub Vrsa, flat, quæ plena aqua, & niue sunt multa, quibus liquefactis à Sole post æstuales versiones, magis quàm in ipsis flant Etesiæ. sic enim & suffocationes fiunt, non cùm maxime appropinquauerit ad Vrsam, sed cum calefecerit ampliori tempore, adhuc autem propè. Similiter autem & post hyemales versiones flant Ornithiæ, etenim hi Etesiæ sunt debiles, minores autem, & tardiores Etesijs flant: septuagesimo enim die incipiunt flare, propterea quòd longe existens Sol inualescit minùs. Non continui autem similiter flant, quia quæ in superficie, & debilia, tunc segregantur: magis autem congelata ampliori indigent calore. quapropter interpollantes isti flant, dolore sub versionibus iterum æstualibus flauescunt Etesiæ. quoniam vult quàm maxime conflare hinc semper flare ventus. Auster autem ab æstiua versione flat, & non ab altera Vrsa. Duabus enim existentibus sectionibus possibilibus habitari regionis, hac quidem ad supetiorem polum, qui secundum nos est, illa autem ad alterum, & ad Meridiem, & existente velut cingano (talis enim figura terræ) excidunt ex

Tranquillitas duabus de causis.

Venti.

De partibus terræ habitabilibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

† al. addit tineæ. † turbines.

centro ipsius ductæ, † & faciunt duos † conos, hunc quidem, habentem basin tropicum, illum autem semper manifestum, verticem autem in medio terræ. Eodem autem modo ad inferiorem polum alij duo coni terræ dissectiones faciunt. Hæ autem habitari solæ possibiles, & neque vltra versiones: vmbra enim non vtique esset ad vrsam. nunc autem inhabitabilia prius fiunt loca, quam subdeficiat, aut permutetur vmbra ad meridiem. Quæ autem sub Vrsa à frigore inhabitabilia. Fertur autem & Corona secundum hunc locum, videtur enim super caput esse nobis, cum fuerit secundum meridianum. Quapropter & ridicule describunt nunc circulos terræ. describunt enim circulatem habitatam. Hoc autem est impossibile & secundum apparentia, & secundum rationem. Nam & ratio ostendit quòd ad latitudinem quidem determinata est, circulariter autem copulari contingit propter temperaturam: (non enim excedunt æstus, & frigus secundum longitudinem, sed ad latitudinem. quare, nisi alicubi prohibet maris multitudo, totum est perambulabile:) & apparentia circa nauigationes, & itinera. multum enim longitudo differt à latitudine. quod enim est ab Hercule is columnis vsque ad Indicam, eò quòd est ex Æthiopia ad Mæotin, & extrema Scythiæ loca, plus est, quàm quinque ad vnum secundum magnitudinem, si quis & nauigationes rationetur, & viæ, quantum contingit accipere talium certitudines. Et quidem ad latitudinem vsque ad inhabitabilia scimus habitatam. hic enim propter frigus non amplius habitant, illic autem propter æstum. Quæ autem extra Indicam sunt, & columnas Herculeas propter mare non

Columnæ Herculis. India. Æthiopia. Mæotis. Scythiæ. India. Columnæ Herculis.

non videntur copulari, vt continua sit omnis habitabilis: Quoniam autem similiter se habere necesse est locum quendam ad alterum polum, sicut quem nos habitamus, ad eum, qui est supra nos, palam est quòd proportionaliter se habebunt & alia, & flatuum constitutio. Quare, quemadmodum hic Boreas est, sic & illis ab illa, quæ ibi est Vrsa, aliquis ventus existit, quem nihil possibile est peringere huc, quoniam neque Boreas ille in eam, quæ hic habitatur, omnem flat. est enim velut † abterraneus, flatus Boreas. Sed, quia habitatio ista ad Vrsam est posita, flabrum Boreæ flans tamen & hic deficit, & non potest longe pertransire. quoniam circa mare Australe extra Libyam, quemadmodum hic Boreæ, & Austri flant; sic ibi Eurl, & Zephyri, sue- rentes continui semper flant. Quòd igitur Auster non est ab altero polo flans ventus, manifestum est. quoniam neque ille ab hyemali versione. oportebit enim vtique alium ab æstiuali esse versione, sic enim proportionale assidebit. nunc autem non est. vnus enim solus vidimus flans ex iis, quæ inde, locis. quare necesse ab eusto loco flantem ventum esse Austrum, ille autem locus propter Solis vicinitatem non habet aquas, neque pascua, quæ propter liquefactionem faciunt Etesias. Sed quia multo maior est locus ille, & expansus, maior, & amplior, & magis vrens ventus est Auster Boreæ, & pertingit magis huc, quàm iste illuc. Quæ igitur causa est horum ventorum, & quomodo se habent adinuicem, dictum est.

† ἀβόρειος

Africa. Mare Australe.

Caput Tertium. De Ventorum Numero, Situ, Contrarietate, Temperatura, & Operationibus.

DE situ autem ipsorum, & qui quibus contrarij sint, & quos simul flare contingat, & quos non, adhuc autem qui, & quot sint existentes, & adhæc de aliis passionibus, quæcunque non contingit dictas esse in Problematibus particularibus, nunc dicamus. Oportet autem de situ simul rationes ex descriptione considerare. Descriptus sit igitur, vt magis insigniter habeat, horizontis circulus: quapropter & rotundus. Oportet autem intelligere ipsius alteram sectionem, quæ sub nobis, habitatam: erit enim & illam diuidere eodem modo. Supponatur autem primo contraria secundum locum esse plurimum distantia secundum locum, sicut secundum speciem contraria plurimum distantia secundum speciem. plurimum autem distant secundum locum posita contra seinuicem secundum diametrum. Sit igitur, in quo A, Occidens æquinoctialis. contrarius autem huic locus, in quo B, Oriens æquinoctialis. Alia autem diametet hanc ad rectum incidens, cuius id, in quo C, sit Vrsa: huic autem contrarium ex opposito id, in quo H, Metidies. id autem, in quo F, Orientes æstiuales: id autem, in quo E, Occidens æstiuales: id autem, in quo D, Orientes hyemales. id autem, in quo C, Occidens hyemalis. Ab F, autem ducatur diameter ad C, & à D, ad E. Quoniam igitur plurimum distantia secundum locum contraria sunt secundum locum: plurimum autem distantia quæ secundum diametrum: necessarium est & flatuum hos inuicem contrarios esse, quicunque secundum diametrum sunt. Vocantur autem secundum positionem locorum venti sic. Zephyrus quidem ab A. hoc enim est Occidens æquinoctialis. Contrarius autem huic Apeliotes à B. hoc enim est Oriens æquinoctialis. Boreas autem, & Aparctias à C. hic enim vrsa. contrarius autem huic Notus ab H, Metidies enim hic est, à quo flat, & H ipsi C contrarium est: secundum diametrum enim. ab F autem Cæcias. hic enim Oriens æstiualis est. Contrarius autem est, non qui flat ab E, sed qui à C, Libs. iste enim ab Occidente hyemali flat, contrarius autem huic: secundum diametrum enim ponitur. Qui verò à D Eurus. iste enim ab Oriente hyemali flat, vicinus existens Noto. Quapropter & sæpe Euronoti dicuntur flare. Contrarius autem est huic, non qui à C, Libs, sed qui ab E, quem vocant hi quidem Argestem, hi autem Olympian, hi autem Scironem. Iste enim ab Occidente æstiuali flat, & secundum diametrum ipsi opponitur solus. Hi igitur secundum diametrum positi venti, & quibus sunt contrarij. Alij autem sunt, secundum quos non sunt contrarij venti. ab I enim, quem vocant Thrasciam. iste enim medius est Argestæ, & Aparctiæ. à K autem, quem vocant Meson. iste enim medius est Cæciæ, & Aparctiæ. Diameter autem K vult quidem secundum sempet apparentem esse, non exacte autem est. Contrarij autem non sunt his flatibus, neque Meson. latet enim vtique aliquis ab eo, in quo M. hoc autem est secundum diametrum) neque ipsi I Thraciæ. latet enim vtique ab N. hoc enim Argestem secundum diametrum est: si non ab ipso, & ad modicum flat quidam ventus, quem vo-

Universidad de Deusto Biblioteca

cant qui in loco illo Phœnician. Principalissimi igitur, & determinati venti hi sunt, & hoc ordinati sunt modo. Quòd autem sint plures venti à locis ad Vrsam quàm ab iis, qui ad Meridiem, causa est, terram habitabilem supponi ad hunc locum. &, quia multo amplior aqua, & nix repellitur in hanc partem, quia illa sub Sole sunt, & illius latione, quibus liquescentibus in terram, & calescentibus à sole, & terra necessarium est ampliorem, & ad maiorem locum ferri exhalationem propter hanc causam. Sunt autem dictorum flatuum Boreas quidem, & Aparctias principalissime, & Thrascias, & Mese. Cæcias autem communis Apeliotæ, & Boreæ. Notus autem, & Ichagenes, qui à Meridie, & Libs. Apeliotes autem, qui ab Oriente æquinoctiali, & Eurus. Phœnicias autem communis. Zephyrus autem, & qui Ichagenes, & qui Argestes vocatur. Vniuersaliter autem horum hi quidem boreales vocantur, hi autem australes. Appellantur autem Zephyrici quidem Boreæ, frigidiores enim sunt, quia ab Occidente flant. Noto autem Apeliotici, calidiores enim sunt, quia ab Oriente flant. Determinatis igitur frigido, & calido, & tepido flatibus, sic vocauerunt: Calidiores autem sunt, qui ab Oriente iis, qui ab Occidente, quoniam pluri tempore sub Sole sunt qui ab Oriente, eos autem, qui ab Occidente, derelinquit citius, & appropinquat loco tardius. Sic autem ordinatis ventis, manifestum est quòd simul flare contrarios quidem non est possibile: secundum enim diametrum, alter igitur cessabit, violentiam passus. Noti sic autem positos adinuicem nihil prohibet, vt I, & D, & A, propter hoc simul flant aliquando † secundi ambo

Quæ à septẽ primæ plures venti.

ἀεσσι,

ambo ad idem signum, non ex eodem, neque eodem spiritu. Secundum autem anni tempora contraria contrarij maxime flant, circa æquinoctium vernale Cæcias, & omnino qui vltra tropicum æstiualem, circa autumnale autem Libs, circa versiones autem æstiuales Zephyrus, circa hyemales autem Eurus. Irruunt autem in alios maxime, & cessare faciunt Aparctiæ, & Thrascie, & Argestæ. propterea enim quòd maxime depropè impetus ipsorum est, celeritque, & fortes flant maxime isti. Quapropter & serenissimi sunt ventorum. flantes enim depropè maxime, repellentes alios ventos, cessare faciunt; & efflantes consistentes nubes faciunt serenitatem: nisi frigidi vehementer fuerint simul existentes. tunc autem non sunt serenissimi enim fuerint magis frigidi, quàm magni, prouenient, ante congelantes, quàm propellentes. Cæcias autem non est serenus, quia reflectit in seipsum. vnde & dicitur prouerbium: *Prouerbiũ.* Nubes ad seipsam, vt Cæcias nubem. Gyrationes autem fiunt quidem, ipsis cessantibus, in contiguos, secundum Solis transitum, quia motus maxime contiguus principio. principium autem flatuum sic mouetur, vt Sol. Contrarij autem aut idem faciunt, aut contrarium, vt humidi Libs, & Cæcias, quem Hellespontian quidam vocant: sicci autem Argestes, & Eurus, quem Apeliotem. à principio autem iste siccus est, desinens autem aquosus. Niuosus autem Boreas & Aparctias maxime: isti enim frigidissimi sunt. Grandinosus autem Aparctias, & Thrascias, & Argestes. Æstuosus autem Notus, & Zephyrus, & Eurus. Nubibus autem condensant eadem, Cæcias quidem valde. Libs autem ra-

Venterum, operationes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rius. Cæcias quidem, propterea quòd reflectitur ad seipsum, & quia communis est Boreæ, & Euro. quare, quia frigidus est, congelans vaporantem aërem, nubes cogit: quia autem loco Apelioticus est, habet multam materiam, & vaporem, quem propellit. Sereni autem sunt. Apartias, Thrascias, Argestes. causa autem dicta est prius. Coruscationes autem faciunt maxime & hi, & Mese. quia enim deprope fiunt, frigidi sunt. propter frigidum autem fulguratio fit. congregatur enim, coëuntibus nubibus. Quapropter & quidam horum eorundem grandinosi sunt. cito enim congelant. Procellosi autem fiunt, autumno quidem maxime, deinde vere, & maxime Apartias, & Thrascias, & Argestes. Causa autem est, quia procellæ fiunt maxime, quando, aliis flantibus, irruunt alij. ibi autem maxime irruunt, aliis flantibus. causa autem dicta est & huius prius. Etesiæ autem gyrant habitantibus circa Occidentem ex Apartiis in Thrascias, Argestas, & Zephyros (Apartias enim Zephyrus est) incipientes quidem ab Vrsa, terminantes autem ad eos, qui longe. His autem, qui ad Orientem, gyrant vsque ad Apelioten. De ventis igitur, & de ea, quæ à principio, generatione ipsorum, & substantia, & de accidentibus passionibus, & communiter, & circa vnumquenque tot nobis dicta sint.

Etesiæ.

Summa

Summa Tertia. De Terræ motu.

Caput Primum. Antiquorum de Terræ motu opiniones tres, ac earum confutationes.

DE Quassatione autem, & Motu terræ posthæc dicendum est, causa enim huius passionis contigua huic generi est. Sunt autem tradita vsque ad præsens tempus tria, & à tribus. Anaxagoras enim Clazomenius, & prius Anaximenes Milesius enunciauerunt, & his posterius Democritus Abderites. Anaxagoras igitur ait æthereum natum ferri sursum, incidentem autem in inferiora terræ & cõcaua mouere ipsam. quæ enim sunt sursum, coniungi propter imbres: quoniam natura totam similiter esse latam, tanquam existente hoc quidem sursum, hoc autem deorsum totius sphæræ. & sursum quidem hanc existente parte, in qua habitamus, deorsum autem alteram. Ad hanc igitur causam nihil forte oportet dicere, tanquam valde simpliciter dictam. sursum enim & deorsum putare sic se habere, vt non ad terrã quidem vndiq; terminus grauitatem habentia corporum, sursum autem leuia, & ignis, stultum est: præsertim videntes horizontem habitantes, quantã nos scimus, aliorum semper fieri. nobis translatis tanquam existente gibbosa, & sphærica. Et dicere quidem quòd propter magnitudinem in aëre manet, quassari autem dicere percussam desubter sursum per totam. Adhuc autem nullũ reddunt accidentium circa terræ motus, neq; enim regiones, neque tempora, quæcunque participant hac passione. Democritus autem ait terram,

Anaxagoras.
Anaximenis.
Democritus.
Democritus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ram, plenam aqua existentem, & susceptientem multam aliam pluuialem aquâ, ab hac moueri ampliùs enim cum sit, quia non possunt susceptere causitates, vim inferentem facere terræmotum, & cùm exiccatur, & trahit in vacua loca ex repletionibus, transiens inuadendo mouere.

Anaximenes. Anaximenes autem ait irrigatâ terram, & exiccatam rumpi, & ab his ruptis verticibus incidentibus concuti. quamobrem & fieri terræ motus in siccitatibus, & iterum in pluuiosis. in siccitatibus enim, sicut dictum est exiccatam rumpi, & ab aquis superhumectatam decidere. Oportebat autē, hoc accedente, subuersam multis in locis, apparere terram. Adhuc autem, propter quam causam circa quædam loca sæpe fit hæc passio, nullo differēta excessu tali ab alijs? Atqui oportebat. Omnino autem sic existimantibus necessarium est dicere minus semper terræ motus fieri, & tandem cessare aliquando concuti. quod enim constitutum, talem habet naturam. quare, si hoc impossibile est, palam quòd impossibile & hanc esse causam.

Caput Secundum. De Terræ motus generatione, Essentia, Locis, Temporibus, aliisque eius accidentibus.

SEd quoniam manifestum quòd necessarium & ab humido, & à sicco fieri exhalationem, sicut diximus in prioribus, necesse est his existentibus fieri terræ motus. Existit enim terra per se quidem sicca, propter imbres autem habens in seipsa humiditatem multam, vt & à Sole, & ab eo, qui in ipsa, igne incalescente, multum quidem extra, multus quoque intra fiat spiritus. & hic aliquando quidem continuus extra fluit omnis, aliquando autem intro omnis, aliquando autem & partitur. Si itaque hoc impossibile sit aliter habere, quod post hoc consyderandum vtique erit, quale maxime motionem erit corporum. necesse enim est ad pluscula narum ire, & vehementissimum maxime tale esse. Vehementissimum igitur est ex necessitate quod citissime fertur. percutit enim maxime propter velocitatem. Ad plurimum autem nauim est pertransire, quod per omne vt maxime potest. tale autem est, quod subtilissimum. Quare si quidem spiritus natura talis est, maxime corporum spiritus motiuus est. etenim ignis, quando cum spiritu fuerit, & flamma, & fertur celeriter. Non igitur aqua, neque terra causa vtique erit motus, sed spiritus, cùm intrò forte fluxerit, qui extra exterius. Quapropter fiunt tranquillitate pluriæ, & maximi terræ motus. continua enim existens exhalatio sequitur vt in pluribus impetum principij. quare aut intro simul, aut extra fertur omnis. Quosdam autem fieri terræ motus & flatu existente nihil irrationabile. videmus enim aliquando simul plures flantes ventorum, cùm in terram feratur alter, erit flante existente terræ motus. Minores autem hi magnitudine fiunt, propterea quòd diuisum est principium, & causa ipsorum. Nocte autem plures, & maiores fiunt terræ motus. Qui autem die, circa meridiem, tranquillissimum est vt in pluribus dicis meridies. Sol enim cùm maxime dominatur, dissoluit exhalationem in terram. dominatur autem maxime circa meridiem. Et noctibus etiam diebus tranquilliores sunt, propter absen-

Terram magis sæpius, validiùsque quatit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

absentiam Solis. quare intro fit iterum fluxus, sicut recursus in contrarium eius, quæ extra fiunt effusionis. Et ad diluculum maxime. tunc enim & flatus nati sunt incipere flare. Si igitur intro extiterit permutatum principium ipsorum, fi-
Eurip. cut Euripus, propter multitudinem, forticem facit terræ motum. Adhuc autem circa loca talia fortissimi fiunt terræ motuum, vbi mare fluxibile est, aut regio laxa, & subantrosa. Quapropter, & circa Hellespotū, & circa Achaiam, & Siciliā, & Eubœam. circa hæc enim loca videtur per angustum fluere sub terrā mare. Quæ-
Hellespontus. propter & calidæ balneæ, que circa Aedepsum, *à tali causa factæ sunt. Circa autem dicta loca
Achaia. terræ motus fiunt maxime, propter angustiam.
Sicilia. spiritus enim factus vehemens propter multi-
Eubœa. tudinem maris, quod multum affertur. repelli-
Balneæ tur iterum in terram, qui natus erat effluere ex
Aedepsi. terra. Regionēsque, quæcunque laxa habēt, quæ subtus sunt loca, multum suscipientes spiritum, concutiuntur magis. Et vere autem & autumno maxime, & in pluuiis, & in siccitatibus fiūt propter eandem causam. tempora enim hæc maxime spirituosa. æstas enim & hyems, hæc quidē propter gelu, illa autem propter æstū facit immobilitatē. hæc enim valde frigida est, illa autem valde sicca. Et in siccitatibus quidem spirituosus aer. hoc ipsum enim est siccitas, quando ampliot exhalatio sicca facta fuerit, quam humida. In pluuiis autem, & eò quòd ampliot fiat intus exhalatio, & eò quòd intercipiatur in angustioribus locis, & compellatus in minorem locum talis segregatio, repletis concauitatibus terræ aqua, cum enim incœperit dominari, eò quòd multa in paruum locum comprimatur, fortius

fortiter mouet fluens vētus, & offendens. Oportet enim intelligere quòd sicut in corpore nostro & tremorum, & pulsuum causa est spiritus, qui interceptus virtus, sic & in terra spiritum similia facere. & hunc quidem terræ motuum, velut tremorem esse, illum autem, velut pulsum. Fit autem accidit sæpe post mistionē (& per corpus enim fit velut tremor quidam, cum transfertur spiritus deforis intro simul totus) talia fieri & terra terram. Quoniam autem habeat spiritus virtutem, non solum ex iis, quæ in aëre fiunt, oportet speculari (hic enim propter magnitudinem existimabit vtique aliquis talia posse facere) sed & in corporibus animalium. Tēsiones enim & Conuulsiones, & spiritus quidem sunt nonnisi tantum autem robur habent, vt multi simul tentantes vi tenerē non possint dominari membris ægrotantium. Tale itaque oportet intelligere fieri & in terra, vt comparetur ad partem totius. Signa autem horum ad nostrum sensum facta sunt. Iam enim terræ motus in quibusdam locis factus, non prius desit, quam ventus erumperit in eum, qui est super terram, locum, manifeste, tanquam procella, exierit, qui mouit, ventus: quale & circa Herculeam, quæ in Ponto, nuper factum fuit, & prius circa Sacram insulam. hæc autem est vna vocatarum Aeoli insularum. In hac enim intus mare aliquid terræ, & ascendit velut collis montes cum sono, tandem autem rupta, exiit spiritus multus & fauillam, & cinerem elegantē, & Liparæorum ciuitatem, existentem iuxta Songē, omnem incinerauit, & ad quasdam in Italia ciuitatum venit, & nunc adhuc, vbi exuffiauit, manifestū est etenim facti ignis

Heraclea Ponti.
Sacra insula.
Aeolia insula.
Liparæi.
Italia.

inter

Universidad de Deusto
Biblioteca

in terra hanc putandum est esse causam, cùm decisus accensus fuerit, primo in parua dissecto aëre. Coniectura autem est, quòd fluant sub terram spiritus, & quòd fit circa has insulas. cùm enim ventus futurus est flare Auster, præsignificat prius. sonant etenim loca, ex quibus huiusmodi exufflationes, propterea quòd mare propellatur iam delonge, ab hoc autem, quod ex terra exufflatur, repellatur retrum intrò, qua quidem superuenit mare, hac. Facit autem sonum hoc quassatione propter amplitudinem locorum effunditur enim in immensum intra) & propter paucitatem repulsi aëris. Adhuc, fieri Solem caliginosum, & obscuriorem sine nube, & ante motionos terræ motus aliquando tranquillitatem, & frigus forte, signum dictæ causæ est. Solem enim caliginosum, & obscurum necessarium est esse, incipiente regredi in terram spiritu, diffluente aëreum, & disgregante. Et ad autorum, & ad dilucula tranquillitatem, & frigus. tranquillitatem enim necessarium est vt plurimum videre, sicut dictum est & prius, velut regressa intro facto spiritu: & magis, ante maiores terræ motus. non discerptum enim hoc quidem extra, hoc autem intra, sed cùm simul rorum accipitur, necessarium est valere magis. Frigus autem accidit, propterea quòd exhalatio intrò venitur, natura calida existens secundum se. Non videtur autem venti esse calidi, quia mouens aërem, existentem plenum multo, & frigido vapore, sicut spiritus per os exufflatur, etenim hic de propè quidem est calidus, sicut & cùm lignamus, sed propter paucitatem non similiter manifestus. delonge autem frigidus, propter copiosum eandem cum ventis. Deficiente igitur in

terram tali virtute, coiens propter humiditatē vaporosus defluxus facit frigus, in quibus accidit locus fieri hanc passionem. Eadem autem causa est & signi consueti aliquando fieri ante terræ motus. aut enim per diem, aut paruum post occasum serenitate existente, nubecula tenuis apparet porrecta, & longa, velut lineæ longitudo, rectitudine exacta, spiritu marcescente propter tremitum. Simile autem accidit & in mari circa littora. quando enim fluctuans exciderit, vehementer crassæ, & distortæ fiunt scissuræ. quando autem tranquillitas fuerit, propterea quòd parua sit segregatio, tenues sunt, & rectæ. Quòd igitur mare circa terram facit, hoc spiritus circa eam, quæ est in aëre, caliginē, vt quando fuerit facta tranquillitas, omnino recta, & tenuis derelinquatur nubecula, quæ fit tanquam scissura aëris. Propter eandem autem causam & circa eclipses Lunæ aliquando accidit fieri terræmotum. Quando enim iam propè est interpositio, & nondum quidem est omnino deficies lumen, & calidum, quod à Sole, est ex aëre, iam autem marcefactū, tranquillitas fit, cōtra transeunte spiritu in terram, qui facit terræ motū antè eclipses: fiunt enim & venti ante eclipses sæpe, in principio quidē noctis ante eclipses meridiē noctis, in media autem nocte ante diluculum. Accidit autem hoc, propterea quòd marcescit calidum, quod à Luna est, cùm propè iam fuerit facta latio, in quo facta erit eclipsis. retentum igitur, quo detinebatur aër, & quiescebat, terram mouetur, & fit spiritus tardioris eclipsis magis matutinus. Cùm autem fortis factus fuerit terræ motus, non mox, neque ad semel cessans, sed primo quidem vsque ad quadra-

ginta dies agitat, posterius autem & ad vnum, & ad duos annos dominatur secundum eadem loca. Causa autem magnitudinis quidem est multitudo spiritus, & locorum figuræ, per quæ vtique fluxerit. quâ enim repulsus fuerit, & non facile pertranseat, & maxime concutit, & intus tetineri necessarium est in locorum angustiis, velut aqua, non potens pertransire. Quapropter, sicut in corpore pulsus non repente cessant, neque cito, sed per motam marcescentia passione, sic & principium, à quo exhalatio facta fuit, & impetus spiritus, palam est quòd non mox omnem consumpsit materiam, ex qua fecit ventum, quem vocamus terræ motum. Quousque igitur consumantur reliquiæ horum, necesse est quassare, debilius autem, & eo vsq; donec vsq; minus sit exhalarum, quàm vt possit mouere manifeste. Facit autem & sonos eos, qui sub terra fiunt, spiritus, & eos, qui ante terræ motus. Et sine etiam terræ motibus iam alicubi facti sunt sub terra. sicut enim percussus aër omnimodos emittit sonos, sic & percutiens ipse. nihil enim differt. verberans enim omne simul & ipsum verberatur. Præuenit autem sonus motum, quia subtiliorum partium est, & quia magis per omne penetrat sonus, quàm spiritus. Cùm autem minor fuerit, quàm vt moueat terram, propter subtilitatem. propterea quod facile quidem penetrat, non potest mouere; quia autem offendit solidas moles, & concauas, & omnimodas figuras, omnimodos emittit sonos. vt aliquando videatur, vt quidam dicunt, prodigia dicentes, mugire terram. Iam autem & aquæ eruperunt, factis terræ motibus. Sed propter hoc aqua causa est motus. sed si fuerit in superficie, aut de subtet vim inferat spiritus, ille mouens efficit fluctuum venti, sed non fluctus ventorum causæ sunt. Quoniam & terram sic vtique quis causam faceret passionis. euertitur enim quassata, quemadmodum aqua. effusio enim euersio quædã est. Sed hæc ambo quidem causæ, vt materia: patiuntur enim sed non agit. spiritus autem, vt principium. Vbi autem simul cum terræ motu fluctus factus fuerit, causa, quando contrarij facti fuerint spiritus. Hoc autem fit, cum agitans terram spiritus, quod fertur ab alio spiritu mare repellere quidem omnino non possit, propellens autem, & coarctans idem, congregauerit multum. tunc enim necessarium est, victo hoc spiritu, simul multum pulsum à contrario spiritu erumpere, & facere fluctum. Fuit autem factum hoc & circa Achaiam. extra enim erat Auster, ibi autem Boreas. tranquillitate autem facta, & fluente intro ipso, factus fuit & fluctus, & terræ motus simul. & magis, propterea quòd mare non dabat permanendi impetum facienti sub terra spiritui, sed obstipabat. vim enim inferendo inuicem, spiritus quidem terræ motum fecit, subsidentia humoris fluctus diluuium. Secundum partem autem terræ fiunt terræ motus, & sæpe ad moditerram locum: venti autem non secundum partem. Secundum partem quidem, cum exhalationes, quæ secundum locum ipsarum, & vicinum conueniunt in vnum sicut & siccitates diximus fieri, & pluuias secundum partem. & terræ motus quidem fiunt per hunc modum, venti autem non. Quæ enim in terra sunt principium habét, vt ad vnum omnes conciteniur. Sol autem non facilè ex poteſt, quæ autem sunt suspensæ magis

Terræ motus magnitudinis causa.

Terræ motus.

Inundationis cum terræ motu causa.

Achaia terræ motus & diluuio.

vt fluant, cùm principiũ acceperint à solis latione iam secundum differentias locorum, in vnum. Quãdo igitur fuerit multus spiritus, mouet terram, vt tremor, ad latus quidem. fit autem rato, & secundum aliqua loca, velut pulsus, sursum desubtes, quapropter & ratius quassat hoc modo. non enim facile sic multum conuenit principium ad longitudinem enim multiplicatior, quàm ea quæ à profundo secretio. Vbicũq; autem factus fuerit talis terræ motus, egreditur multitudo lapidum, sicut ebullientium in cribris. Hoc enim modo facto terræ motu, quæ circa Sipylon euersa sunt, & campus vocatus Phlegræus, & quæ circa Ligusticam regionem. In insulis autem marinis minus fit terræ motus, quàm in iis, quæ sunt iuxta terram. multitudo enim maris infrigidat exhalationes, & prohibet pondere, & vim infert. Adhuc autem fluit, & nõ quassatur superatum à flatibus. &, quia multum occupat locum, non in hoc, sed ex hoc exhalationes fiunt, & has consequuntur, quæ ex terra. Quæ autẽ prope continentem insulæ parum sunt continentis. intermedium enim propter paruitatem nullam habet virtutem. Marinas autem non contingit moueri sine mari toto, à quo circumtenentur. De terræ motibus igitur, & quæ natura ipsorum, & propter quam causam fiunt, & de aliis accidentibus circa ipsos, dictum est ferè de maximis.

*

Sipylus. *Phlegræus campus.* *Liguria.*

Summa

Summa Quarta. De Coruscatione, & Tonitru.

Caput Primum. De Coruscatione, & Tonitrus Generatione.

DE Coruscatione autem, & Tonitruo, adhuc autẽ de * Vortice, & accenso Turbine, & fulminibus dicamus. etenim horum idem principiũ existimare oportet omnium. Exhalatione enim, vt diximus, existente duplici; hac quidem humida, illa autem sicca, & cõcrescente existente, ambo hæc potentia, & cõsistente in nubem, sicut dictum est prius; adhuc autem spissiori eam fiat consistentia nubium ad vltimum terminum: qua enim deficit calidum, quod disgregatur in superiorem locum, hac spissiorem, & frigidiorem necesse est esse consistentiam. quapropter & Fulmina, & Procellæ, & omnia talia fermantur deorsum: quanuis natũ sit sursum ferri calidum omne, sed ad contrarium spissitudinis necessarium est fieri extrusionem, velut nuclei vt digitis exilientes. etenim hæc pondus habẽtia feruntur sæpe sursum, quæ igitur segregatur caliditas, in superiorem dispergitur locũ. quæcunque autem intercluditur sicca exhalatio in transmutatione aëris, qui infrigidatur hæc cõtinuis nubibus excernitur, vi autem lata, & offendens continentes nubes, facit percussionẽ, cuius sonus vocatur Tonitruum. Fit autem percussio eodem modo (vt assimiletur maiori minori passio) ei, qui in flamma fit, sono, quod vocant hi quidem Vulcanum ridere, hi autem Vesta, hi vero comminationem horũ. Fit autem, quando exhalatio, quæ in flammã conuertitur,

* τυφῶνος καὶ πρηστῆρος.

Vulcanus. *Vesta.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferantur, cùm rumpuntur, & siccantur ligna: sic enim & in nubibus, cum fit spiritus excretio, la spissitudinem nubium incidens, facit tonitruũ. Omnimodi autem soni propter irregularitatem fiunt nubium, & propter intermedias cauitates, quã cõtinuitas deficit spissitudinis. Tonitruum igitur hoc est, & fit propter hanc causam. Spiritus autem extrusus vt plurimum quidem ignitur subtili, & debili ignitione. & hoc est, quod vocamus Coruscationem, qua vtique velut excidens spiritus coloratus apparet. Fit autem post percussionem, & posterius tonitruo, sed videtur prius, quia visus anticipat audiuum. Patet autem in remigatione tritemium. iam enim sursum ferentibus iterum remos, primus pertingit sonus remigij.

Caput Secundum. Antiquorum de Coruscatione, & Tonitruo opiniones, earum confutationes, veraque de his determinatio.

Ignis intra nubes quis. Empedo. Anaxago.

QVamuis quidam dicant quòd in nubibus non fiat ignis. Hunc autem Empedocles quidem ait esse eum, qui intercipitur ex Solis radiis. Anaxagoras autem de eo, qui desuper est, æthere, quem & ille vocat ignem, delatum desuper deorsum. Micationẽ igitur huius ignis, esse coruscationem, sonum autem intus existi, & stridorem, tonitruum. tanquam sicut videtur factum, sic & prius coruscatio sit tonitruo. Irrationabilis autem & ignis interceptio, & vtroque quidem modo. magis autem detractio eius, qui desuper est, ætheris. Quare enim fertur deorsum quod natum est sursum, oportet dici causam, & propter quid aliquãdo hoc fit circa cæ-

lum, quando nubilosum fuerit quidẽ tantum, sed non continue sic, serenitate autem existente non fit. hoc enim omnino videtur dictum esse inconsyderate. Similiter autem & dicere à radiis caliditatem interceptam in nubibus esse horum causam non probabile est. etenim iste sermo sine cura dictus est valde. Segregatam enim necessarium esse causam semper, & determinatam & tonitrui, & coruscationis, & aliorũ talium, & sic fieri. Hoc autem differt plurimum: similis enim est, ac si quis putet aquam, & niue, & grandinem, inexistentes prius posterius excerni, & non fieri, velut ad manum faciẽte semper concretione vnunquodque ipsorum. eodem enim modo & illa concretiones, & hæc excretiones existimandum est esse. Quare si altera horum non fiunt, sed sunt, de ambobus eadem conuenit ratio. interceptionémque quid vtique magis alterum dicet quis, quàm quemadmodũ in pilsioribus terenim aqua à Sole, & ab igne fit calida, sed tamen, cùm iterum coeat, & infrigidetur aqua concrescens, nullam accidit fieri talem excidentiam, qualem illi dicunt. quamuis oporteret secundum rationem magnitudinis. Si fieret facere spiritum intus factum ab igne, quem neque possibile est inexistere prius, neque illi sonum feruorem faciunt, sed stridorem. Est autẽ stridor parua ebullitio. quã enim quod extinguitur incidens dominatur, hãc bullam facit sonum. Sunt autem quidam, qui coruscationem, sicut & Clidemus, non esse aiunt, sed videri, assimilantes, tanquam passio similis sit, & quando mare quis virga percusserit (videtur enim aqua effulgens nocte) sic in nube, flagellato humido, apparentiam splendoris esse

Clidemus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cotuscationem. Isti igitur nondum assueti erant his, quæ sunt de refractione opinionibus, quod quidem videtur causa talis passionis esse. Videtur enim aqua fulgere percussa, refracto ab ipsa visu ad aliquod fulgidorum. quapropter & fit magis hoc noctu. die enim nō videtur, quia lumen diei, amplius existens, offuscat. Quæ igitur dicunt ab aliis de tonitruo, & de coruscatione, hæc sunt: his quidem, quòd refractio coruscatio sit: his autem, quòd ignis quidem percussatio coruscatio, tonitruum autem extinctionem quòd innascatur secundum vnamquamq; passionem ignis, sed inexistat. Nos autem dicimus esse eandem naturam, super terram quidē Ventum, in terra autem Terræ motum, in nubibus autem Tonitruum. Omnia enim esse hæc secundum substantiam idem, exhalationem siccam. quæ fluens quidem aliqualiter, ventus est: sic autem, facit terræ motus: in nubibus autem, cùm transmutationem subiens excernitur, cohærentibus, & contrescentibus ipsis in aquam, tonitrua, & coruscationes, & adhæc alia, naturæ eiusdem cum his existentia. Et de tonitruo quidem, & coruscatione dictum est.

***

ARIST

ARISTOTELIS METEOROLOGICORVM LIBER TERTIVS.

SUMMÆ LIBRI.

In Prima agit de Procella, Vortice, accensa Turbine & Fulminum speciebus.
In Secunda de Area, Iride, Parelio, & Virga.
In Tertia de his, quæ in terræ partibus inclusa generantur.

DE residuis autem dicamus operibus segregationis huius, inducto iam modo dicentes. Spiritus enim hic cùm segregatur, per modica quidem, & sparsim diffunditur, & sæpe fit, & perstat, & tenuiorū partium existens, Tonitrua facit, & Coruscationes. si autem totus simul, & spissior, minus autem exceruus fuerit tenuis, Procella ventus fit. quapropter & violentus. celeritas enim excretionis facit fortitudinem. Quando igitur consequetur multa & continua excretio, eodem fit modo, quemadmodum cùm iterum in contrarium mouetur: tunc enim pluuia, & aquæ fit multitudo. Existunt igitur ambo hæc potentia secundum materiam. Cùm autem principium fuerit potentiæ cuiuscunque, consequitur quod coexcernitur ex materia, cuiuscunque

fuerit multitudo inexistens amplior, amplius. & fit hoc quidem Imber, illud autem alterius exhalationis Procella. Quando autem qui excernitur spiritus, ille qui in nube, alterum contra percusserit sic, vt quando ex amplo in angustum vt fertur ventus in portis, aut vbi recedit enim sæpe in talibus, repulsa prima parte flatis corporis, propterea quòd non cedit, aut propter angustiam, aut propter reflationem, circulum, & vertiginem fieri spiritus. hic enim in alterius prohibet procedere, ille autē à tergo impellit: quare compellitur in latus, quā non prohibetur ferri, & sic semper contingunt, donec vtique vnum fiat. hoc autem est circulus. cuius enim est vna latio figuræ, hāc necesse est circulum esse) sæpe tertam vtique propter hoc fiunt vertigines, & in nubibus similiter secundū principium. Veruntamen, sicut quando Procella fit, semper nubes excernitur, & fit continuus ventus, sic hic semper continuum sequitur nubis. Propter spissitudinem autem non potens excerni spiritus ex nube, vertitur quidem circulariter primo propter dictam causam: deorsum autem fertur, quia semper nubes inspissantur, quod excidit calidum. Vocatur autem si incolatas fuerit hæc passio Vortex, ventus existens, velut Procella inconcocta. Borealibus autem non fit Vortex, neque niuosis existētibus Procella. propterea quòd omnia hæc flatus sunt. flatus autem est sicca, & calida exhalatio. Gelu igitur, & frigus, propterea quòd dominantur, exinguunt mox quod adhuc fit principium. Quòd autem dominentur, palam est. neque enim vtique esset niuositas, neq; borealia humida. hęc enim accidit esse dominante frigiditate. Fit igitur Vortex, quando quæ fit procella non possit excerni à nube. Est autem propter repulsionem gyratio-nis, tum ad terrā ferantur circumuolutio, simul desinens nubem, non potens absolui. Quā autem secundū directum effiat, hoc spiritu mouet. & circulari motu vertit, & sursum fert, cuicunq; inciderit vim inferens. Cùm autem detractus ignitus fuerit: hoc autē est, cùm tenuior spiritus fuit, vocatur accensus Turbo. coincendit enim aerem, ignitione colorans. Si autem in ipsa nube multus, & tenuis extrudatur spiritus, hic fit fulmen, si quidem valde tenue fuerit, non adurens propter tenuitatem, quod Poetæ clarum vocant. si autem minus, adurēs, quod fumidum vocant. Illud enim propter tenuitatem fertur, propter velocitatem autem prævenit pertransire, antequam ignitat, & morā faciens denigret. Hoc autem tardius, colorauit quidem, nō autem exussit, sed prævenit pertransiens. Quapropter & celeritas quidem patiuntur aliquid: quæ autem non, nihil. vt clypei iam æramentum quidem liquefactum fuit, lignum autem nihil passum fuit. propter enim raritatem prævenit spiritus penetrare, & pertransire. Et per vestimenta similiter, non combussit, sed velut attrivit fecit. Quare quòd hæc omnia spiritus & palam est, & ex talibus. Est autem aliquādo & oculis videre. velut & nūc accidit circa templum in Epheso combustum. ad multas enim partes flamma ferebatur continua, discerpta ferebatur. Quòd quidem fumus spiritus est, & ardens fumus, manifestum est, & dictum est prius in aliis: cùm autem simul multus secedit, tunc manifestus videtur spiritus esse. Quod igitur in partitionibus videtur, hoc & tunc multa ardente

Triplex Ephesini incendij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dente materia fiebat multo fortius. Rupeis igitur ignis, vnde principium spiritus erat, multos progrediebatur congregatus, quâ efflabat, & ferebatur sursum accensus. quare videbatur flamma ferri, & inuadere domos. semper enim putare oportet sequi fulmina spiritum, & præcedere: sed non videtur, quia sine colore est. quapropter & quâ debet percutere mouetur, priusquâ percutiatur, tanquam prius inuadente principio spiritus. Et tonitrua autem diuidunt, non sono, sed quia simul excernitur qui percussidem facit, & sonum spiritus: qui, si percussisset diuisit, exussit autem non. De tonitruo igitur, & combustione, & procella, adhuc autem & de accensis turbinibus, & vorticibus, & fulminibus dictum est, & quòd idem omnia, & quę differentia omnium ipsorum sit.

Summa Secunda. De Arca, Iride, Parelio, & Virga.

Caput Primum. Nonnulla horum omnium narrantur accidentia, quæ in vnam communemq; reducuntur causam, refractionem scilicet.

DE arca autem, & Iride, quid vtrumque, & propter quam causam fit dicamus, & de Parelio, & Virga. eadem enim omnia hæc sunt propter eandem causas inuicem. Primò autem oportet accipere passiones, & accidentia circa vnumquodque ipsorum. Ipsius igitur Arcæ apparet sæpe circulus totus, & fit circa Solem, & Lunam, & circa splendentia astrorum. Adhuc autem, nihil minus nocte quàm die, & aliquando

quàm semicirculo, aliquando minus, & circa occasum, Iridis autem nunquam fit circulus, neque maior semicirculo sectio. Et occidente quidem, & oriente, minimi quidem circuli, maxima autem positio: elevato autem magis circuli quidem minoris, minor autem positio. Et post autumnale quidem æquinoctium in breuioribus diebus omni hora fit diei. in æstiuis autem non fit circa meridiem. Neque duabus plures irides fiunt simul. Harum autem tricolor quidem vbique, & colores eosdem, & æquales secundum ordinem habent inuicem; hebetiores autem sunt aliæ, quæ extra est, & econtrario positi secundum positionem. Quæ enim intra est, primâ habet circumlationem, quæ maxima est, puniceum: quæ autem exterius, minimam quidem partem quidime ad hanc, & alias proportionaliter. Sunt autem colores hi, quos quidem solos non possunt facere pictores. quosdam enim videmus miscent, Puniceus autem, & Viridis, & Purpureus non fit mistus. iris autem hos habet colores. Qui autem est inter puniceum, & viridem, aliquando sæpe flauus. † Patelij autem, & virgæ ex latere semper, & neque desuper, neque ad terram, neque ex opposito, neque etiam nocte, sed semper circa Solem. Adhuc autem dum ascendit, aut dum descendit semper. secundum vertices autem ad occidentem, dum autem in medio cœli est, raro. vt in Bosphoro aliquando accidit. per totâ enim diem simul orientes duo Patelij permanserunt vsque ad occasum. Quæ igitur circa vnumquodque ipsorum accidunt, hæc sunt. Causa autem horum omnium eadem omnia enim hæc refractio sunt. differunt autem quibus, & à quibus, & quomodo accidit fieri refraction

† Iterati Solis. vide inf. cap. 5.

fractionem ad Solem, aut aliud aliquid fulgidorum. Et per diem quidem Iris fit: noctem autem à Luna, vt Antiqui quidem putabant, non fiebat. Hoc autem patiebantur propter raritatem. Latebat enim ipsos. Fit tamen: rato autem fit. Causa autem est, quòd in tenebris latent colores, & alia multa oportet coincidere, & omnia hæc die vna mensis. in plenilunio enim fieri necesse est, si debeat fore: & tunc, aut orientes, aut occubantes. quapropter in annis supra quinquaginta bis competimus solum. Quòd igitur visus refrangitur, sicut & ab aqua, sic & ab aere, & omnibus habentibus superficiem planam. ex his, quæ circa visum ostensa sunt, oportet accipere fidem. & propter quid speculorum in quibusdam quidem non solum colores, sed & figuræ apparent, in quibusdam autem colores solum. talia autem sunt speculorum, quæcunque parua sunt, & nullam sensibilem habentia diuisionem. In his enim impossibile est figuram apparere: videbitur enim esse diuisibilis. omnis enim figura simul videtur figura esse, & diuisionem habere omnisquaque. Quoniam autem innus apparere aliquid necessarium est, hæc autem impossibile, relinquitur colorem solum videtur apparere. Color autem aliquando quidem splendidus videtur splendidorum: aliquando autem, aut propterea quòd misceatur ei qui ab speculi, aut propter debilitatem visus, alterius coloris efficit phantasiam. Sit autem de his probis speculatum in his, quæ circa sensus dementrantur. quapropter ipsorum hæc quidem sic sumus, his autem vt existentibus vtamur.

Liber Tertius. 543

Caput Secundum. De Areæ Figura, Significationibus, & earum causis.

PRimo autem de ipsius Areæ Figura, dicamus, & quare circulus sit, & quare circa Solem, aut Lunam, similiter autem & de aliis astris, eadem enim omnibus congruet ratio. Fit igitur refractio visus. cùm cogitur aër, & vapor in nubem, si æqualis, & paruarum partium consistens extiterit. Quapropter & signum consistentia quidem aquæ est distractiones tamen, & marcores, hi quidem serenitatis, distractiones autem flatus. Si enim neque marcefactum, neque distractum, sed permissum suscipere propriam naturam, aquæ signum manifesto est. indicat enim iam fieri talem consistentiam, ex aqua, continuitatem accipiente inspissatione, necessarium sit in aquam venire. quapropter & nigri fiunt colores hi maxime aliorum. Cùm autem distrahitur, flatus significat. diuisio enim à flatu facta est, iam quidem existente, nondum autem præsente. Signum autem huius est, quòd hinc fit ventus vndeque præcipua fiat distractio. cùm vero marcescit serenitatis, si enim non disponitur aliqualiter sic aër, vt dominetur calido, quod inspissatur, neque veniat in inspissationē aquosum, palam est quòd nondum vapor segregatus est ab exhalatione sicca, & ignea. hoc autem serenitatis est causa. Quomodo igitur se habente fit refractio, dictum est. refrangitur autem existente caligine circa Solem, aut Lunam visus. quapropter non ex opposito, sicut Iris, apparet. Vndique autem similiter refracto, necesse circulum esse, aut circuli partem. ab eodem

Universidad de Deusto
Biblioteca

eodem enim signo ad idem signum æquales frangétur super circuli lineam semper. Sit enim à puncto, in quo A, ad B fracta, & ea, quæ est A C B, & quæ A F B, & quæ A D B, æquales autem & hæ A C, A F, A D inuicem, & quæ ad B inuicem, scilicet C B, F B, D B, & protractum A E B. Quare trianguli æquales. etenim super æqualem, quæ est A E B. Ducantur autem perpendiculares ad A E B ex angulis, à C quidem, quæ est C E: ab F autem, quæ est F E: à D autem, quæ est D E. Æquales itaque hæ. in æqualibus enim triangulis, & in vno plano omnes. ad rectũ enim omnes, ei, quæ A E B, & ad vnum punctum E copulantur. Circulus igitur etit descripta, centrum autem E. Sit autem B quidem Sol, A autem visus, quæ autem est circa C F D circumferentia, nubes, aqua refrangitur visus ad Solem. Oportet autem intelligere continua specula. sed propter paruitatem vnumquodque quidem inuisibile: quod autem ex omnibus est vnum esse videtur, propterea quòd consequenter sunt. Apparet autem quod quidem album est, Sol circulariter continue in vnoquoque apparens speculorum, & nubem habens sensibilem diuisionem. Iuxta autem hoc nigra contigua circumferentia, quæ propter illius albedinem videtur esse nigrior, veluti terram autem magis, quia tranquillior est. statu enim existente, non est statio manifesta. Saepius autem fiunt Areæ circa Lunam, quia Sol calidior existens, citius dissoluit consistentias aeris. Circa astra autem fiunt quidem propter eadem causas, non significant autem similiter, quia paruas penitus indicant consistentias, & nondum stabiles.

Caput

Caput Tertium. De Iridum Generatione, Coloribus, Speciebus, & Numero.

FIt autem quòd quidem est refractio, dictum est prius: qualis autem refractio, & quomodo, & propter quam causam singula fiunt accidentium circa ipsam, dicamus nunc. Refrangitur visus ab omnibus videtur lenibus: horum autem est aër, & aqua. Fit autem ab aëre quidem, cum coierit. Proptet visus autem debilitatem sæpe etiam sine † inspissatione facit refractionem. qualis aliquando accidit cuidam passio debiliter, & non acute videnti. semper enim simulacrum videbatur præcedere ambulantem ipsum ex opposito, respicienti ad ipsum. hoc autem patiebatur, quia visus refrangebatur ad ipsum. sic enim debilis erat, & tenuis valde ob infirmitatem, vt & speculum fieret propinquus aër, & non posset repellere, sicut qui longe est, & spissus. Quapropter & promontoria sursum vulsa videntur in mari, & maiora magnitudines omnium, cùm Euri flant, & quæ in caliginibus sunt, velut & Sol, & astra existentia, & occumbentia magis, quàm in medio cæli existentia. Ab aqua autem maxime refrangitur, & ab incipiente fieri magis adhuc, quàm ab aëre. quamlibet enim partium, ex quibus fit consistentibus gutta, speculum necessarium est esse magis caligine. Quoniam autem manifestum est, & dictum est prius, quòd in talibus speculis color tantum apperet, figura autem immanifesta est, necessarium, cùm incipiat pluere, & iam quidem cogatur in guttas, esse in nubibus est, aër, nondum autem pluit, si ex opposito fierit Sol, aut aliud aliquid sic fulget.

† *a. l. coitio-ne.*

Euro spirante omnia maiora videri.

gidum, vt fiat speculum nubes, & refractio fiat ad fulgidum ex opposito, fieri imaginem coloris, non figuræ, vnoquoque speculorum existente paruo, & inuisibili. Ea autem, quæ ex omnibus ipsis est, continuitate magnitudinis eiusa, necesse est continuam magnitudinem eiusdem apparere coloris: vnumquodque enim spectulorum eundem reddit colorem ipsi continuo. Quare, quoniam hæc possibile est accidere, cùm se habeat hoc modo Sol, & nubes, & nos simus in intermedio ipsorum, erit propter refractionem imago quædam. quinimo & videtur tunc, & non aliter sese habentibus, facta Iris. Quòd igitur Iris sit refractio visus ad Solem, manifestum est. quapropter & ex opposito semper fit, Area autem circa ipsum. Et quidem amplitudine differt: hæc enim ab aqua, & nigro fit refractio, & de longe: illa autem de prope, & acte albiore secundum naturam. Apparet autem fulgidum per nigrum, aut in nigro (differt enim nihil) puniceum. Videre autem licet viridium lignorum ignem, quòd rubram habeat flammam, propterea quòd fumo multo mixtus est ignis, fulgidus existens, & albus. Et per caliginem, & fumum Sol apparet puniceus. Quapropter Iridis quidem refractio prima talem habere videtur colorem: à guttis enim parui fit refractio: quæ autem ipsius Areæ est, non.

De aliis autem coloribus posterius dicemus. †*a. hoc e-* Adhuc autem circa ipsum quidem Solem non *tiam non ante* fit mora talis consistentiæ, sed aut pluit, aut di- *visse esset* soluitur. ex contrariis autem in intermedio per- *neque solo* nerationis aquæ fit quoddam tempus: † quo- *tum area.* niam, si fieret, esset vtique colorata Area, sicut

Iris, nunc autem tota quidem non fiunt talem habentia imaginem, neque circulariter: parua autem, & secundum partem, quæ vocantur Virgæ. Quoniam, si consisteret talis caligo, qualis diximus, apparet vtique Iris tota, sicut quæ circa lucernas. circa has enim vt plurimum, australibus existentibus, Iris fit hyeme. Maxime autem manifesta fit humidos habentibus oculos. horum enim visus cito propter debilitatem refrangitur. Fit autem & ab humidate actis, & ab euaporatione, & à fuligine à fumosa defluente, & mista. tunc enim fit speculum & propter nigredinem. fumosa enim *Iris circa lucernas.* ipsa fuligo. Lucernæ quoque lumen non album, sed purpureum apparet circulariter, & iridem, puniceum autem non: est enim & visus humidus, qui refrangitur, & nigrum speculum. Quæ autem à remis, qui sursum feruntur, ex mari Iris, positione quidem eodem fit modo ei quæ in cœlo, colore autem similior est ei, quæ circa lucernas. non enim puniceum, sed purpureum habere colorem videtur. Refractio autem à tenuissimis quidem, continuis autem fit guttis. quæ autem aqua segregata sunt iam penitus, fit autem & si quis tenuibus guttis in aliquem talem locum, qui positione ad Solem versus sit, & hæc quidem Sol emineat, illac autem vmbra sit. in tali enim si quis intus irroret, stanti intus, qua permutantur radij, & faciunt vmbram, apparet Iris. motus autem, & coloratio similis. & causa eadem est ei, quæ à remis. manifestum enim pro remo vtitur irrorans. Quòd autem talis fit simul palam erit & de aliorum colorum apparitione ex his. Oportet autem in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

reflexisse, sicut dictum est, & suppositisse primo quidem quòd fulgidum in nigro, aut per nigrum, colorem facit puniceum. Secundo autem, quòd visus, qui protenditur, debilior fit, & minor. Tertio, quòd nigrum velut negatio est. quia enim deficit visus, apparet nigrum. quapropter quæ longe omnia nigriora apparent, propterea quòd non pertingit visus. Consyderantur igitur hæc ex iis, quæ circa sensus accidunt, illorum enim proprij de his sunt sermones. nunc autem quantum necesse est de ipsis dicamus. Apparent igitur propter hanc causam & quæ longe nigriora, & minora, & planiora, & quæ in speculis, & nubes nigriores aspicientibus in aquam, quàm in ipsas nubes. & hoc valde perspicue: propter refractionem enim pauco visu aspiciuntur. differt autem nihil, quod videtur permutari, aut visum: vtroque enim modo est idem. Adhæc autem oportet non latuisse & hoc. accidit enim cum fuerit nubes propè Solem, in ipsam quidem respicienti, nequaquam apparere coloratam, sed esse album. in aqua autem eandem hanc inuenti, colorem habere alium eorum, qui Iridis. Palam igitur quòd visus, sicut & nigrum fractus propter debilitatem nigrius facit apparere, sic & album minus album, & adducit ad nigrum. Qui igitur fortius in puniceum colorem permutauit: contiguus autem in viridem: qui autem adhuc debilior in purpureum. ad plus autem non amplius apparet, sed in tribus, sicut & aliorum plurima. & horum se habet finis, aliorum autem insensibilis permutatio est. Quapropter & Iris tricolor apparet, vtraque quidem, opposite autem. Prima igitur exteriorem puniceam habet. à maxima enim circunferentia plurimus incidit visus ad solem: maxima autem quæ extra: contigua autem, & tertia proportionaliter. Quare si quæ de colorum apparitione dicta sunt bene, necesse est & tricolorem esse ipsam, & his coloribus colorati solis. Flauus autem apparet, propterea quòd secus seinuicem apparent: puniceum enim iuxta viride album apparet. Signum autem huius est. In nigerrima enim nube maxime puta fit Iris. accidit autem tunc puniceum videri magis flauum esse. Est autem flauus in Iride, color inter puniceum, & viridem colorem. Propter nigredinem igitur eius, quæ in circuitu est, nubis, totum ipsius apparet, quod puniceum est, album: est enim ad illa album. Et iterum marcescente Iride propinquissime, tum soluatur puniceum. nubes enim alba existens, decumbens secus viride, permutatur in flauum. Maximum autem signum horum est, quæ fit à Luna, Iris: apparet enim alba valde. fit autem hoc, quia in nube, obscura existente apparet & in nocte. Sicut igitur ignis super ignem, nigrum iuxta nigrum facit debiliter album peccare apparere album. hoc autem est puniceum. Fit autem hæc passio manifesta & in floribus. in texturis enim & variegaturis valde differunt secundum apparitionem alij secus alios positi colores, velut & purpurei in albis, aut in nigris lanis. adhuc autem in splendore tali, aut tali. Quapropter & Variegatores floribus aiunt se peccare, operantes ad lucernam capere, & decipi accipientes alios pro aliis. Quapropter igitur tricolor, & quòd ex his apparet colorem solum Iris, dictum est. Dupla autem & lanpluriot coloribus est illa, quæ ambit, & posi-

Propter quid quæ de longe in speculum, nigriora apparent.

tione colores ex oppositio habet positos, propter eandem causam. cùm enim longius protenditur visus, sicut quod longius videt, & quod hic eodem modo. Debiliot igitur à + superiori refractio fit, quia à remotiori fit refractio, quare minor incidens, colores facit languidiores apparere, & econuerso etiam, quia ampliori à minori, & interiori circunferentia incidit ad Solem. propinquior enim visus existens, refrangitur à circunferentia propinquissima primæ Itidi. propinquissima autem in exteriori Itide minima circunferentia. quare hæc habebit colorem puniceum. contigua autem, & tertia secundum proportionem. Exteriot Itis, in quo B, interior, in quo A. Colores autem, in quo C Puniceus, in quo D Viridis, in quo E Purpureus. Flauus autem apparet, in quo F. Tres autem non adhuc fiunt, neque plures Itides. quia & secunda fit languidior, vt & tertia refractio valde debilis fiat, & impotens sit peruenire ad Solem.

+ al. exteriori.

Caput Quartum. Itidis figuram, vel semicircularem, vel semicirculo minorem esse: Et quibus ipsa magis, minusve appareat anni temporibus. Et hæc omnia per Præspectiuæ demonstrationes.

QVòd autem neque circulum possibile sit fieri Itidis, neque maiorem semicirculo portionem, & de aliis accidentibus circa ipsam, ex descriptione erit considerantibus manifestum. Hemisphærio enim existente super horizontem circulum, in quo A, céntro autem K, alio autem quodam Oriente signo, in quo G, si quæ à K lineæ, secundum conum excidentes faciant, velut

velut axem, lineam, in qua G K, & à K ad M coplanæ refrangantur ab hemisphærio ad G super maiorem angulum, ad circuli circunferentiam incident lineæ, quæ à K. Et si quidem in ortu, aut in occasu astri, refractio fiat, semicirculus assumetur circuli ab horizonte, super terram factus. si autem supra, minor semper semicirculo, minimus autem, cum in meridie fuerit astrum. Sit enim in Oriente primum vbi G, & refracta sit K M ad G, planum erectum sit, in quo A, quod à triangulo, in quo G K M. Circunferentiæ igitur sectio erit sphæræ: qui maximus sit, in quo A: differret enim nihil, si quodcunque eorum, quæ super G K, secundum triangulum K M G, erectum fuerit planum. Lineæ igitur ab illis, quæ G K, ductæ in hac ratione, non constituent ad aliud, & aliud punctum quàm semicirculi, in quo A. Quoniam enim puncta G K data sunt, & quæ K M data vtique erit, & quæ M G. quare & ratio eius, quæ M G, ad M K. Iteram igitur circunferentiam tanget M. sit quæque hæc, in qua N M. quare sectio circunferentiarum data est. apud aliud autem punctum, quàm ipsius M N circunferentiæ, ab eisdem punctis eadem ratio in eodem plano non consistit. Extraponatur igitur quædam linea, quæ D B, & scindatur vt M G ad M K, sic quæ D ad B, maior autem, quæ M G, ea, quæ M K: quoniam super maiorem angulum refractio coasti sub maiori enim angulo subtenditur trianguli M K G. maior igitur est & ipsa D ipsa B. Adaptetur igitur ad eam, quæ B, in qua F, vt fit quod D ad B, quæ B F ad D. deinde quod F ad K G, quæ B, ad aliam fiat, quæ K P: & à P ad M copletur quæ P M. erit igitur P polus circuli,

ad quem lineæ, quę à K incidunt. erit enim quod quæ F ad K G, & quæ B ad K P, & quæ D ad P M. Non enim sit, sed aut ad minorem, aut ad maiorem ea, quæ P M: nihil enim differet: sit enim ad P R. eandem ergo rationem G K, & K P, & P R adinuicem habebunt, quam quæ F, B, D. quæ autem F, B, D proportionales erant. quod quidem D ad B, quæ F B ad D: quare quod quæ P G ad P R, quæ P R ad eam, quæ P K. Si igitur ab iis, quæ K G, quæ G R, & K R ad R coniungantur, coniunctæ hæ eandem habebunt rationem, quam quæ G P ad eam, quæ P R. circa eundem enim angulum P proportionaliter & quæ trianguli G P R, & eius, qui K R P. quare & quæ G R ad eam, quæ K R eandem rationem habebit, quam & quæ G P ad eam, quæ P R. habet autem & quæ M G ad M K eam rationem, quam quæ D ad eam, quæ B. quare ambæ à punctis G K non solum ad circunferentiam M N constituantur, eandem habentes rationem, sed & alibi. quod quidem impossibile. Quoniam igitur quæ D, neque ad minorem ea, quæ P M, neque ad maiorem (similiter enim demonstrabimus) palam est quòd ad ipsam vtique erit, in qua P M. quare erit quod

† a. Addit hæc verba, & reliqua, quæ M G. ad eã, quæ M k.

† quæ M P ad P K, quæ P G ad M P. † Si igitur eo, in quo P, polo vtens, distantia autem ea, in qua P M, circulus describatur, omnes angulos attinget, quos refractæ faciunt, quæ à K G. si autem non, similiter ostendentur eandem habere rationem, quæ alibi, quam in semicirculo constituuntur. quod quidem erat impossibile. Si igitur circunducas semicirculum, in quo A, circa diametrum, in qua G K P, quæ à G K refractæ ad id, in quo M, in omnibus planis similiter

liter se habebunt, & æqualem facient angulum, qui K M G. & quem etiam facient angulum quæ K P, & P M, super eam, quæ G P, semper æqualis erit. Trianguli igitur super eam, quæ G P, æquales ei, qui G M P, constituunt. horum autem perpendiculares ad idem signum cadent eant, quæ G P, & æquales erunt. cadunt ad O. Centrum ergo circuli O: semicirculus autem, qui circa M N abiectus est ab horizonte. Itaque sit Horizon quidem, in quo A C. oriatur autem supra hunc, G. axis autem sit nunc, in quo G P. Alia igitur omnia similiter ostendentur, vt & prius. Polus autem circuli, in quo P, erit sub horizonte, eo, in quo A C, eleuato puncto, in quo G. In eadem autem & polus, & centrum circuli, & terminatis nunc ortum. est enim iste, in quo G P. Quoniam autem supra diametrum, quæ A C, quod K G, centrum vtique erit sub horizonte prioti eius, in quo A C, in linea K P, in quo O. Quare minor erit superior sectio semicirculo, in qua S T (nam Q S T semicirculus erat. nunc autem interfectus est ab A C horizonte, itaque Q S disparens erit) eleuatum ipso sole. Minima autem, cum in meridie. quanto enim superius G, tanto inferius & polus, & centrum circuli erit. Quòd autem in minimis quidem diebus, iis, qui post æquinoctium autumnale, cõtingit semper fieri Itidem, in longioribus autem diebus, iis, qui ab æquinoctio altero ad æquinoctium alterum, circa meridiem non fit Itis, causa est, quia quæ ad Vrsam sectiones omnes maiores sunt semicirculo, & semper ad maiores: quod autem est immanifestum, paruum, quæ autem ad meridiem sectiones æquinoctialis, quæ quidem sursum

sectio, parua: quę autem sub terra magna: & semper in maiores quæ longius. Quare in iis, quæ ad æstiuas versiones diebus, propter magnitudinem sectionis, antequam ad medium veniat sectionis, & ad meridianum G intra iam pene-
†a.l.P. tus fit† T: propterea quòd longe distat à terra meridies, propter magnitudinem sectionis. In iis autem diebus, qui ad hyemales versiones, quia non multum super terram sunt sectiones circulorum, contrarium necessarium fieri, modicũ enim eleuato, in quo G, in meridie fit Sol,

Caput Quintum. De Parelio, & Virgis.

EAsdem autem dictis causas existimandum
& de * Parelio, & Virgis. Fit enim Parelius
quidem, refracto visu ad Solem. Virgæ autem,
propterea quòd incidit talis existens visus, qua-
lem diximus semper fieri, cum prope Solem ex-
istentibus nubibus, ab aliquo refrangitur humi-
dorum ad nubem. Videntur enim ipsæ quidem
incoloratæ nubes secundum rectum aspectum
intuentibus: in aqua autem Virgis plena nubes.
Verumtamen tunc quidem in aqua videtur co-
lor nubis esse: in virgis autem intra ipsam nu-
bem. Fit autem hoc, cùm inæqualis fuerit nu-
bis consistentia, & hac quidem spissa, hac au-
tem rara, & hac quidem magis aquosa, hac au-
tem minus, refracto enim visu ad Solem, figura
quidem non videtur. Color autem, quia in inæ-
quali apparet fulgidus, & albus Sol, ad quem
refractus est visus, hic quidem puniceus vide-
tur, hic autem viridis, aut flauus. differt enim
nihil per talia videre, aut à talibus refractum.
vtroque enim modo apparet colore simile.

* παρήλιος. *Iuxta Sol. Iteratus Sol.*

quare,

quare, si & illo modo puniceum, & isto. Virgæ igitur fiunt, propter inæqualitatem speculi, non figuræ, sed colore: Parelius autem, ceum quàm maxime æqualis fuerit aër, & spissus similiter, quapropter apparet albus: æqualitas enim speculi facit vnum imaginis colorem. refractio autem simul totius visus, propterea quòd simul incidit ad solem à spissa existente caligine, & nondum quidem existente aqua, prope autem aquam, colorem, qui in Sole inest, apparere facit, sicut tracto ab ære polito propter spissitudinem. quare, quoniam color Solis albus est, & Parelius apparet albus. Propter hoc idem autem magis aquæ signum est Parelius, quàm Virgæ, magis enim significat aërem efficaciter habere ad generationem aquæ. Australis autem Boreali magis: quia magis australis aër in aquam permutatur, quàm qui ad Vrsam. Fiunt autem, sicut diximus, & circa occasus, & circa ortus, & neque desuper, neque desubter, sed ex lateribus & Virgæ, & Parelij, & neque prope Solem valde, neque longe penitus. Propè enim existentem Sol dissoluet consistentiam: longe autem existente visus non refrangetur, à parua quidem speculo longe protensus debilis fit. quapropter & Areæ non fiunt ex opposito solis. Quando igitur si fiat, & propè, dissoluet Sol, si autem longe, minor visus existens, quàm vt fiat refractionem, non incidet. In latere autem sub Sole est tantum distare speculum, vt neque Sol dissoluat, visusque totus simul veniat. quia ad terram cùm fertur, non pertingit, tanquam quòd per immensum feratur. Sub Sole autem non fit, propterea quòd prope terram dissoluitur utique à Sole. sursum autem in medio cæli

Parelius certior pluuiæ index, quàm virgæ.

visus

visus dispergitur. Et omnino, neque ex latere in medio cæli fit. visus enim non ad terram fertur. quare paucus pertingit ad speculum, & refractus fit omnino debilis. Quæcunque igitur opera accidit exhibere segregationem in locis iis, quæ super terram, tanta ferè sunt, & talia.

Summa Tertia. De his, quæ in terra partibus inclusa generantur.

QVæcunque autem in ipsa terra, inclusa terræ partibus operatur, dicendum. Facit enim duas differentias corporum, propterea quòd duplex natura est, & hæc. quemadmodum & in sublimi. Duæ enim sunt exhalationes, illa quidem vaporosa, hæc autem fumosa, vt diximus, duæ autem & species eorum, quæ in terra fiunt. nam hæc quidem fossibilia, illa autem metallica. Sicca igitur exhalatio, ignalens facit fossibilia omnia, vt lapidum genera ineliquabilia, & Sandaracham, & Ochram, & Minium, & Sulfur & alia talia. Plurima autem fossibilium sunt, hæc quidem puluis colorata, illa autem lapis ex tali consistentia factus, velut Cinnabari. Exhalationis autem vaporosæ, quæcunque metallica sunt, & sunt, aut fusilia, aut ductilia, vt ferrum, aurum, æs. Facit autem hæc omnia exhalatio vaporosa, cùm includitur, & maxime in paludibus propter ficcitatem in vnum coarctatur, & concrescit, velut ros, aut pruina, cum excreta fuerit. hic autem, antequam excreta fuerit, generantur hæc. Quapropter hæc sunt quidem vt aqua, sunt autem vt non.

vt non. potentia enim materia aquæ erat, est autem non amplius. Neque ex aqua facta propter quandam passionem, sicut humores. neque enim sic fit, hoc quidem æs, illud autem aurum: sed antequam fiant, concreta exhalationes, singula horum sunt. Quapropter & igniunt omnia, & terram habent. siccam enim habent exhalationem. Aurum autem solum non igitur. Communiter igitur dictum est de omnibus his, figillatim autem consyderandum intendentibus circa vnumquodque genus.

Aurum non vri.

*

ARIST

ARISTOTELIS METEOROLOGICORVM LIBER QVARTVS.

SVMMÆ LIBRI.

In Prima agit de operationibus Actiuarum qualitatum.

In Secunda de Speciebus, à passim qualitatibus procedentibus.

In Tertia de Passionibus, ac differentijs similarium corporum, à passim qualitatibus proeuntibus.

In Quarta de cognitione Temperaturarum corporum similarium.

Summa Primæ Caput Primum. Qualitatum primarum quæ actiuæ, quæ passiuæ dicantur.

QVoniam autem quatuor determinatæ sunt causæ elementorum, harum autem secundum coniugationes, & elementa quatuor accidit esse quarum duæ quidem actiuæ calidi-
tas, & frigiditas, duæ autem passiuæ siccitas, & humiditas. Fides autem horum ex inductione. Videntur enim in omnibus caliditas quidem, & frigiditas terminantes, & copulantes, & transmutantes & ea, quæ eiusdem generis, & ea, quæ non eiusdem generis, & humectantes, & exiccantes, & indurantes, & mollificantes. Sicca autem, & humida terminata, & alias dictas passiones patientia, & ipsa secundum se, & quæcunque communia ex ambobus corpora constant. Adhuc autem ex tactilibus palam est, quibus definimus naturas ipsorum. Calidum enim & Frigidum, vt actiua dicimus: concretiuum enim sicut actiuum aliquid est. Humidum autem, & Siccum passiua. Facile terminabile enim, & difficile terminabile, eò quòd patitur aliquid natura ipsorum, dicitur. Quòd igitur hæc quidem actiua sunt, hæc autem passiua, manifestum est.

Caput Secundum. Quid Generatio simplex, & Corruptio. Et de Putrefactione multa.

DEterminatis autem his, sumendum vtique erit operationes ipsorum, quibus operantur actiua, & passiorum species. Primo igitur vniuersaliter simplex generatio, & naturalis transmutatio harum virtutũ est opus, & opposita corruptio secundum naturam. Hæ igitur plantis inest, & animalibus, & partibus ipsorum. Est autem simplex, & naturalis generatio transmutatio ab his virtutibus, cùm habeant rationem ex subiecta materia vnicuique naturæ. hæ autem sunt dictæ virtutes passiuæ. Generant autem caliditas, & frigidum, dominantia materiæ: cùm autem non dominantur, secundum partem quidem inquinatio, & inconcoctio fit.

Simplici autem generationi contrarium maxime commune, putrefactio. omnis enim secundum naturam corruptio, ad hoc via est, vt siccitas, & ariditas. finis enim omnium horum antecedo: nisi aliquid violentia corruptum fuerit

Universidad de Deusto Biblioteca

rie natura constantium. est enim & carnem, & os, & quodcunque combussisse, quorum finis secundum naturam corruptionis putrefacto est.

Quapropter humida primo, deinde sicca tandem fiunt putrescentia. Ex his enim facta sunt, & terminatum fuit humido siccum, operantibus actiuis. Fit autem corruptio, cum id, quod terminatur, dominetur ipsum terminans propter continens: quinimo propriè dicitur putrefactio in iis, quæ secundum partes cotrumpuntur, cum separata fuerint à natura. Quapropter & putrescunt omnia alia, excepto igne. eteqim terra, & aqua, & aër putrescunt. omnia enim hæc sunt materia igni. Putrefactio autem est corruptio eius, quæ in vnoquoque humido propriè, & secundum naturam caliditatis, ab aliena caliditate. hæc autem est, quæ ambientis. Quare, quoniam secũdum indigentiam patitur calidi, qua autem indigens tali virtute frigidum omne, ambæ vtique causæ erunt, & putrefactio communis passio, & frigiditatis propriæ, & caliditatis alienæ. Propter hoc enim & sicciora fiunt, quæ putrescunt omnia, & tandem terra, & fimus. Exeunte enim proprio calido, coeuaporat quod secundum naturam humidum, & inducens humiditatem non est amplius: inducit enim trahens proptia caliditas.

Et in frigoribus autem minus putrescunt, quàm in æstu. In hyeme enim paucum est in ambiente aëre, & aqua calidum. quare nihil poterit. In æstate autem amplius. Et neque quod congelatum. magis enim frigidum, quàm aër calidus. non igitur vincitur: mouens autem dominatur. Neque feruens, aut calidum.

Corruptio.

Putrefactio.

Minor enim quæ in aëre caliditas, ea, quæ in re-

gione, quare non dominatur, neque facit transmutationem vllam. Similiter autem & quod mouetur, & fluit, minus putrescit quàm quod non mouetur. debiliot enim fit motus, qui ab ea, quæ in aëre, caliditate, quàm qui in re præexistente. quare nihil facit permutari. Eadem autem causa, & quare multum minus, quàm paucũ putrescat. in maiori enim amplior est ignis proprius, & frigidum, quàm vt dominentur, quæ in circunstante, virtutes. Quapropter & mare, secundum partem quidem diuisum cito putrescit. eorum autem non. Et aliæ aquæ eodem modo. & animalia fiunt in iis, quæ putrescũt, propterea quòd, quæ segregatur, caliditas, naturalis cruditas consistere facit segregata.

Mare diuisum celerius putrescit.

Caput Tertium. De Concoctione, & inconcoctione.

QVid igitur est generatio, & quid corruptio dictum est. Reliquum est autem dicere contiguas species, quascunque dictæ virtutes operantur ex subiectis natura constantibus iam. Est itaque calidi quidem concoctio: concoctionis autem maturatio, elixatio, assatio. Frigiditatis autem inconcoctio. huius autem cruditas, assatio, tostio. Oportet autem existimare secundum proprie hæc dici nomina, rebus enim non propria sunt vniuersaliter similibus. quare non sunt tales oportet putare esse dictas species. Dicamus autem ipsarum vnaquæque quid est.

Concoctio igitur est perfectio à natura, & proprio calido, ex oppositis passiuis, hæc autem sunt propria vnicuique materia. Cum enim concoctum fuerit, & perfectum est, & factum. & principij perfectionis à caliditate propria ac-

πέψις ἀπεπτότης ὀπτὸν ἕψημα σὺν ἀπεψίᾳ μάλωσις σύντηξις.

Concoctio.

cidit. Quanuis per aliquod exteriorum auxilium perfectum sit, vt alimentum simul concoquitur, & per balnea, & per alia talia. Sed principium quæ in ipso est, caliditas. Finis autem his quidem natura est. natura autem, quam dicimus vt formam, & substantiam.

His autem in subiectam quandam formam finis est concoctionis, cùm tale fiat, & tantum humidum, aut assetur, aut elixetur, aut putrefiat, aut alio quodam modo calefiat. tunc enim vtile est, & concoctum esse dicimus. sicut mustum, & quæ in tuberculis constant, cùm factum fuerit pus, & lacryma, cùm facta fuerit sordes. similiter autem & alia. Accidit autem omnibus hoc pati, cùm victa fuerit materia, & humiditas. hæc enim est, quæ terminatur ab ea, quæ in natura, caliditate. quandoquidem enim insit in ipsa ratio, natura hoc est.

Sanitatis materia. Quapropter & sanitatis signa, quæ talia, & vrinæ, & egestiones, & omnino superfluitates, & dicuntur concocta esse, quia indicent caliditatem propriam dominari humido.

Necesse autem est quæ concoquuntur, crassiora, & calidiora esse. calidum enim efficit tale melioris molis, & crassius, & siccius, concoctio igitur hoc est. Inconcoctio autem imperfectio est propter indigentiam propriæ caliditatis, indigentia autem caliditatis frigiditas est. imperfectio autem est oppositorum passiuorum. quæ quidem est vnicuique natura materia, concoctio igitur, & inconcoctio determinatæ sint hoc modo.

Inconcoctio.

Caput

Caput Quartum. De Speciebus concoctionis, & inconcoctionis, Maturatione scilicet, & Cruditate, Elixatione, & Inquinatione, Assatione, atque Tostione.

MAturatio autem est concoctio quædam. concoctio enim alimenti in his, quę circa fructum, Maturatio dicitur. Quoniam autem concoctio perfectio quædam est, tunc maturatio perfecta est, quando semina, quæ in eo, quod circa fructum, possunt efficere tale alterũ, quale ipsum. etenim in aliis perfectum sic dicimus. Dicuntur igitur, quod circa fructum, hæc maturatio. Dicuntur autem & concoctorum alia multa; natura, secundum eandem quidem formam transmutatione autẽ, propterea quòd non sunt potens, sicut dictum est prius, nomina secundum vnamquanque perfectionem circa ea, quæ terminantur à naturali caliditate, & frigiditate. Illa autem tuberculorum, & pituitæ, & talium maturatio à naturali calido inexistentis humidi concoctio, impossibile enim est terminare non dominans. Ex spirituosis igitur aquosa, ex talibus autem terrestria consistunt, & ex tenuibus semper crassiora fiunt, quæ maturantur. omnia. Et hæc quidem in ipsam natura ducit secundum hoc, hæc autem eiicit. maturatio igitur diffinitio est quid est. Cruditas autem est contra- *Cruditas.*
rium. Contrarium autem maturationi inconcoctio alimenti in eo, quod circa fructum, hoc autem est interminata humiditas. quapropter aut spirituosa, aut aquosa, aut eorum, quæ sunt ex ambobus est, cruditas. Quoniam autem maturatio perfectio quædam est, cruditas imperfectio est. Fit autem imperfectio, propter indi-

gentiam naturalis calidi, & incommensuratio-
nem ad humidum, quòd maturatur. Nullum
autem humidum ipsum secundum se maturatur
sine sicco. Aqua enim non incrassatur, sola hu-
midorum. accidit autem, aut eò quòd calidum
sit paucum, aut quia quod terminatur humidi
multum. Quapropter & tenus humores eo-
rum, quæ cruda sunt, & frigidi magis, quàm ca-
lidi, & inesibiles, & impotabiles. Dicitur autem
& cruditas, sicut & maturatio multis modis.
Vade & vrinæ, & egestiones, & destillationes
crudæ dicuntur, propter eandé causam. eò enim
quòd non victa sunt à caliditate, neque consi-
stunt, cruda omnia appellantur. Longe autem
procedentibus, & fictile crudum, & lac crudum,
& alia multa dicuntur, si, cum possint transmu-
tari, & consistere à caliditate, non passa sint.
Quapropter aqua elixata dicitur, cruda autem
non, quia non incrassatur. Maturatio igitur, &
cruditas dictum est quid, & propter quid vtrum-
que ipsorum. Elixatio autem est secundum to-
tum quidem concoctio à caliditate humida in-
existétibus interminati in humido. Dicitur au-
tẽ nomẽ propriè solum in his, quæ elixãtur. Hoc
autem vtique erit, sicut dictum est, spirituosum
aut aquosum. Concoctio autem fit ab eo, quod
in humido, igne. Quæ enim in sartaginibus, as-
santur. ab extrinseco enim calido patiuntur: in
quo autem est humido, facit illud magis siccũ,
in seipsum reassumens. Quod autem elixatur,
contrarium facit. excernitur enim ex ipso hu-
midum à caliditate, quæ est in extrinseco hu-
mido. Quapropter elixata sicciora sunt, quàm
assa. non enim attrahunt in seipsa humidum,
quæ elixantur. dominatur enim extrinseca ca-
liditas

Elixatio.

*Elixata as-
sis aridiora.*

liditas ei, quæ intus est. Si autem vinceret quæ
intus, traheret vtique in seipsam. Est autem
non omne corpus elixabile. neque enim, in quo
nullam est humidum, velut in lapidibus, neque
in quibus ineſt quidem, sed non poteſt vinci ob
spissitudinem, vt in lignis: sed, quæcunque cor-
pora habent humiditatem passibilem ab ea,
quæ est in humido, ignitione. Dicitur autem
& autum elixari & lignum, & alia multa, secun-
dem formam quidem † eandem, sed translatio-
ne, non enim paria posita sunt nomina diffe-
rentia. Et humida quoque elixari dicimus,
velut, lac. & mustum, cùm qui in humido sapor
in formam aliquam transmutetur ab eo, qui in
circuitu, & extrinseco igne calefaciente. quare
modo quodam simile dictæ elixationi facit.
Potus autem non idem omnibus, neque his, quæ
elixantur. neque his, quæ concoquuntur: sed his
quidem ad esum, his autem ad sorbitionẽ, illis
vero ad alium vsum. quoniam & medicamenta
elixare dicimus. Quare quæcunque crassiora
possent fieri, aut minora, & grauiora, aut hæc
quidem ipsorum talia, hæc autem contraria,
propterea quòd disgregata hæc quidem incras-
santur, illa autem attenuãtur, sicut lac in serum,
& coagulum, omnia elixabilia sunt. Oleum au-
tem non elixatur ipsum secũdum seipsum, quia
humorem nullum patitur. Secundum elixationem
igitur dicta concoctio, hoc est, & nihil differt,
in instrumentis artificialibus, aut naturalibus si
sint: propter eandem enim causam omnia erũt.
Inquinatio autem inconcoctio quidem, con-
simia autem elixationi. Erit autem contraria
dictæ, inconcoctio eius, quod in corpore,
interminati, propter defectum caliditas, quæ

† *a. l. non eandem.*

Elixabilia quæ.

Inquinatio.

in humido, quod circum. Defectus autem cum frigiditate quòd fit, dictum est. fit autem propter motum alium. expellitur enim concoquens. Et defectus autem aut propter multitudinem frigiditatis in humido, aut propter multitudinem, quæ in eo, quod elixatur. tũc enim accidit eam, quæ in humido, caliditatem ampliorem quidem esse, quàm vt non moueat: minorem autem quàm vt æque, & simul concoquat. Quapropter duriora quidem inquinata fiunt elixatis, humida autem distemperata sunt magis. Elixatio igitur, & inquinatio, dictum est & quid est, & propter quid est. Assatio autem est concoctio à caliditate sicca, & aliena. Propter hoc, & sequitur elixans faciat ttãsmutari, & concoqui non ab humidi caliditate, sed ab ea, quæ ignis, cùm completum fuerit, assum fit, & non elixatum: & excessu adustum esse dicitur. A sicca autem caliditate fit, cum siccius fit, completum. quapropter & exteriora ficciora interioribus elixata autem contrarium. Et opus est in manufactis magis assasse, quàm elixasse, difficile enim exteriora, & interiora æqualiter calefacere. semper enim propinquiora igni exiccantur citius: quare & magis. cõcuntibus igitur exterioribus meatibus, non potest excerni intus existens humidũ, sed includitur, cum meatus claudantur, sunt autem, sicut dicimus, species vniuersaliter eædem, & natura, similes enim quæ sunt passiones, sed innominatæ. imitatur enim ars naturã. quoniã & alimẽti in corpore concoctio similis elixationi est. etenim in humido, & calido à caliditate corporis fit. Et inconcoctiones quædam similes inquinationi. Et animal non

Assatio.

Animal in concoctione non nasci.

fit in ipsa concoctione, sicut quidam aiunt, sed in excretione, quæ putrefit in inferiori aluo, deinde ascendit sursum. concoquitur enim in superioti ventre, putrescit autem in inferiori excremento. propter quam autem causam dictum est in aliis. Inquinatio igitur elixationi contraria. Et autem, quæ vt assationi dictæ concoctioni, est quidem aliquid oppositum similiter, minus autem nominatum. Erit autem vtique, si sit Tostio, sed nõ Assatio propter defectum caliditatis. quæ accidet vtique aut propter paucitatem exterioris ignis, aut propter multitudinem aquæ, quę in eo est, quod assatur. tunc enim ampliõr quidem est, quàm vt non moueat: minor autem, quàm vt concoquat. Quid igitur est cõcoctio, & incõcoctio, & maturatio, & cruditas, & elixatio, & assatio, & contraria his, dictũ est.

Tostio.

Summa Secunda. De Speciebus, à passionibus qualitatiuis proximantibus.

Caput Primum. de Siccitate, ac Humiditate, passiuis corporum principiis. Duritieque, & Mollitie.

Assiuorum autem humidi, & sicci dicendum species. Sunt autem principia quidem corporum passiua, humidum, & siccum, alia autem mista quidem ex his, ex quocunque autem magis, huius magis secundum naturam sunt, vt hæc quidem sicci magis, hæc autem humidi. omnia autem hæc, hæc quidem actu erunt, hæc autem in opposito. habet autem sic liquatio ad liquabile. Quoniam autem humidum quidem bene terminabile, siccum autem difficile terminabile, simile aliquid opsonio, & condimentis

adinuicem patiũtur. humidum enim sicco causa est vt terminetur, & vtrunque vtrique velut gluten fit, sicut & Empedocles fecit in Physicis, farinam aqua conglutinans. & propter hoc ex ambobus est terminatum corpus. Dicuntur autem elementorum propriissime, siccum quidem terræ, humidum autem aquæ. Propter hoc omnia terminata corpora hic non sine terra, & aqua. cuiuscũque autem plus, secundum potentiam huius vnumquodque videtur. Et in terra & in aqua animalia solum sunt, in aëre autem, & in igne non sunt, quia corporum materia, hæc. Corporalium autem passionum has primas necesse inexistere terminato, duritiem, aut mollitiẽ. necesse enim quod ex humido, & sicco aut durum esse, aut molle. Est autem Durũ quidem, quod non cedit in seipsum, secundũ superficiem: Molle autem, quod cedit, non circumobsistendo. aqua enim nõ mollis: non enim cedit compressione superficies in profundum, sed circumobsistit. Simpliciter igitur durum, aut molle, quod simpliciter tale, ad alterum autem, quod ad illud est tale. Adhuicé igitur indeterminata sunt per magis, & minus. Quoniã autem ad sensum omnia iudicamus sensibilia, palam quòd & durum, & molle, & simpliciter ad tactum determinauimus, tanquã medietate vtentes tactu. quapropter excedens quidem ipsum durum, deficiens autem, molle esse dicimus.

Empedocles.

Durum.

Molle.

Caput Secundum. Causarum Concretionis, & Liquefactionis consyderatio.

NEcesse autem durum, aut molle esse terminatum corpus propriotermino. aut enim cedere, aut non. adhuc cõcretum esse: hoc enim definitur. Quare, quoniam omne quidem terminatum, & consistens aut molle, aut durum: hæc autem concretiohe sunt: omnia vtique erunt corpora & composita, & terminata non sine concretione. De concretione igitur dicendum. Sunt itaque causæ, quæ circa materiam duæ, agens, & passio. agens quidem, vt vnde motus: passio autem, vt forma. quare & concretionis, & diffusionis, & exiccationis, & humectationis. Agit autem agens duabus virtutibus, & patitur patiens passionibus duabus, sicut dictum est. agit quidem calido, & frigido: passio autem aut præsentia, aut absentia calidi, aut frigidi. Quoniam autem concrescere exiccari aliquo modo est, de hoc dicamus primo. Patiens itaque aut humidum, aut siccum, aut ex his. Ponimus autem humidi corpus, aquam: sicci autem, terram: hæc enim humidorum, & siccorum passiua. quapropter & frigidum, passiuorum magis, in his enim est. etenim terra, & aqua frigida supponuntur. Actiuum autem frigidum, vt corruptiuum, aut secundum accidens, sicut dictum est prius. aliquando enim & vtere dicitur, & calefacere frigidum, non vt calidum, sed quia congregat, aut quia circumobsistit calidum. Exiccantur autem quæcunque sunt aqua, & aquæ species, aut habent aquam siue superinductam, siue connatam. Dico autem superinductam quidem, velut in lana: connatam autem, velut in lacte. Aquæ autem species talia, vinum, vrina, serum, & omnino quæcunque nullam, aut paruam habens subsidentiam. Non propter viscositatem. quibusdam enim causa non subsidendi ali-

Aquæ species.

cedere, aut non. adhuc cõcretum esse: hoc enim definitur. Quare, quoniam omne quidem terminatum, & consistens aut molle, aut durum: hæc autem concretiohe sunt: omnia vtique erunt corpora & composita, & terminata non sine concretione. De concretione igitur dicendum. Sunt itaque causæ, quæ circa materiam duæ, agens, & passio. agens quidem, vt vnde motus: passio autem, vt forma. quare & concretionis, & diffusionis, & exiccationis, & humectationis. Agit autem agens duabus virtutibus, & patitur patiens passionibus duabus, sicut dictum est. agit quidem calido, & frigido: passio autem aut præsentia, aut absentia calidi, aut frigidi. Quoniam autem concrescere exiccari aliquo modo est, de hoc dicamus primo. Patiens itaque aut humidum, aut siccum, aut ex his. Ponimus autem humidi corpus, aquam: sicci autem, terram: hæc enim humidorum, & siccorum passiua. quapropter & frigidum, passiuorum magis, in his enim est. etenim terra, & aqua frigida supponuntur. Actiuum autem frigidum, vt corruptiuum, aut secundum accidens, sicut dictum est prius. aliquando enim & vtere dicitur, & calefacere frigidum, non vt calidum, sed quia congregat, aut quia circumobsistit calidum. Exiccantur autem quæcunque sunt aqua, & aquæ species, aut habent aquam siue superinductam, siue connatam. Dico autem superinductam quidem, velut in lana: connatam autem, velut in lacte. Aquæ autem species talia, vinum, vrina, serum, & omnino quæcunque nullam, aut paruam habens subsidentiam. Non propter viscositatem. quibusdam enim causa non subsidendi ali-

quid viscositas, sicut oleo, aut pici. Exiccantur autem omnia, aut calefacta, aut frigefacta, ambo autem calido, & ab interiori caliditate, aut exteriori. Etenim quæ infrigidatione exiccantur, sicut vestimentum, si fuerit separatum ipsum secundum seipsum humidum, ab interiori calido coeuaporate faciente humidum exiccatur, si paucum fuerit humidum, exeunte caliditate à circunstante frigido. Exiccantur igitur, sicut dictum est, omnia, aut calefacta, aut frigefacta, & omnia calido, aut interiori, aut exteriori, coeuaporate faciente humidum. dico autem extra quidem, sicut quæ elixantur, intra autem, quando ablato humido à caliditate, qui habet, consumptum fuerit expirante. De exiccatione igitur dictum est. Humectati autem est vnum quidem, aquam fieri consistentem, vnum autem liquefieri concretum. Horum autem in aquam cogitur frigefactus spiritus. De liquefactione autè simul, & concretione erit manifestius.

Caput Tertium. De Concretione, Liquefactione, & Incrassatione: Et de his, quæ hæc vel patiuntur, vel non patiuntur, & quomodo.

COncrescunt autem quæcunq; concrescibilia, aut aquæ existentia, aut terræ, & aquæ. Et hæc aut frigido, aut calido, sicco. quapropter & soluuntur cõtrarijs, quæcunq; soluuntur concretorum à calido, aut à frigido. quæ enim à sicco calido concreuerunt, ab aqua soluuntur, quæ est humida: quæ verò à frigido concreuerunt, ab igne soluuntur, qui est calidus. Concrescere autem quædam vtique putabuntur ab aqua, vt mel elixatum. concrescunt autem non ab aqua,

sed ab eo, quod in ipsa est, frigido. Quæcunque igitur sunt aquæ, non concrescunt ab igne. soluuntur enim ab igne. idem autem eidem secundum idem non est causa contrarij. Amplius, dum abscedit calidum, concrescunt: vnde palam quòd dum ingreditur soluuntur aquæ, faciente frigido, concrescunt. Quapropter & non incrassantur talia concreta. Incrassatio etiam humido quidem abeunte fit, sicco autem consistente. Aqua autem humidorum non incrassatur sola. Quæcunque autem communia terræ, & aquæ, & ab igne concrescunt, & à frigido. incrassantur autem ab ambobus, est quidem vt eodem modo, est autem vtaliter. à calido quidem humidum educente: euaporante enim humido, incrassatur siccum, & consistit. à frigido autem, calidum exprimente, cum quo humidum simul recedit, coeuaporante. Quæcunque igitur mollia, sed non humida non incrassantur, sed concrescunt, exeunte humido, vt incrassatum fictile. Quæcunque autem mistorum humida sunt, & incrassantur, velut lac. Multa autem & humectantur primo, quæcũque aut crassa, aut dura à frigido præextiterint. quemadmodum & fictile primo, dum assatur, euaporat, & mollius fit, quapropter, & inuertitur in formatione. Quæcunque igitur à frigido concrescunt, communium terræ, & aquæ, plus autẽ habentium terræ: quæ quidem, quia calidum egrediens, concrescunt, hæc liquefiunt calido, ingrediente iterum calido, velut lutum, cùm consistens fuerit. Quæcunque autem propter infrigidationem, & calido coeuaporante omni, hæc exolubilia sunt, nisi superabundet caliditas, sed mollificantes, velut ferrum, & cornu. Liquescit autem

Idẽ eidem secundum idem non est causa contrarij.

autem & elaboratum ferrum, ita vt humidum fiat, & iterum concrescat. Et stomomata faciunt sic. subsidet enim & putrificatur subtus recrementum, cùm autem sæpe patitur, & purum fit hoc stomoma fit. Non faciunt autem sæpe ipsum, propterea quòd deperditio fit multa, & pondus minus putrificato. Est autem melius ferrum, quod habet pauciorem putrificationem. Liquescit autem & lapis Pyrimachus, vt stillet, & fluat. quod autem concrescit, cum fluxerit, iterum fit durum. Et molæ liquantur, vt fluant. fluens autem concretum, colore quidem nigrum, simile autem fit calci. Liquescit autem & lutum, & terra. Quæcunque autem à ficco calido concrescunt, hæc quidem insolubilia, hæc autem soluuntur humido. Fictile igitur, & lapidum quorundam genera quæcunque ab igne terra combusta fiunt, velut molare, insolubilia. Nitrum autem, & sales solubilia humido: non omni autem, sed frigido. Quapropter aqua, & iis, quæcunque aquæ species, liquescunt, oleo autem non liquescunt: siccо enim calido contrarium frigidum humidum. si igitur cogit alterum, alterum soluet sic enim contrariæ erunt causæ contrariorum. Crassantur igitur ab igne solum, quæcunque aquæ plus habent, quàm terræ. concrescunt autem quæcunque terræ, quapropter & nitrum, & sales terræ sunt magis, & lapis, & fictile. Maxime autem dubia habet olei natura. Si enim aquæ, oportebat concrescere à frigido, vt glacies. si autem terræ plus ab igne, vt fictile. nunc autem concrescit quidem à neutro: incrassatur autem ab ambobus. Causa autem est, quia plenum est aëre. quapropter & in aqua supernatat: etenim aër ferrum sus-

Ferrū quod præstātius.

sum. Frigidum igitur, ex inexistéte spiritu aquā facies, incrassat. semper enim cum multa fuerint oleum, & aqua, ambobus fit crassius. Ab igne autē, & tēpore incrassatur, & albescit. albescit quidem, euaporante aqua, si quæ inerat. incrassatur autē, propterea quòd, marcescēte calido ex aëre in aqua. Vtroque igitur modo eadē fit passio, & propter idem. sed non eodē modo. Incrassatur oleum ab ambobus, exiccatur autē à neutro. neque enim sol, neque frigus desiccat, non solum quia viscosum, sed & quia aëris est. Non exiccatur autem † aqua, neque elixatur ab igne, quia nō † vaporat propter viscositatem. Quæcunq; autē multa aquæ, & terræ secundū pluralitatē vtriusque dignum dici. vinum enim quoddam & cōcrescit, & elixatur, vt mustum: abscedit autē ab omnibus talibus, dum exiccantur, aqua. Signum autem, quòd aqua vapor enim cogitur in aquā, si quis velit colligere. quare quibuscunq; relinquitur aliquid, hoc terræ. Quædam autem horum & à frigido, sicut dictum est, incrassantur, & exiccantur. frigidum enim non solum congelat & exiccat, sed & incrassat: exiccat quidem aquam, incrassat autē aëtem, aquam faciens. cōtrario autem dicta est quædam exiccatio esse.

† a. t. eleū.

Quæcunque igitur non incrassantur à frigido sed concrescunt, aquæ sunt magis, vt vinum, & vrina, & acetum, & lixiuium, & serum. Quæcunque autem incrassantur non euaporātia ab igne hæc quidem terræ, hæc autem cōmunia aquæ, & aëris sunt: mel quidem terræ, oleum autem aëris, & aquæ. Sunt autem & lac, & sanguis, amborum quidem communia, & aquæ, & terræ: magis autem vt plurimum terræ, quemadmodum & ex quibuscunque humidis nitrum fit, &

Quæ sicca vt nequeat.

& sal

sales & lapides quoque ex quibusdam constant talibus. Quapropter, si non separetur serū, exuritur ab igne decoctum: quod autem terreste est, cogitur & à coagulo, si aliqualiter decoquatur, sicut Medici coagulum imponentes. sic autem separatur serum, & caseus. separatum autem serum non amplius incrassatur, sed exuritur, sicut aqua. Si autem aliquod lac non habeat caseum, aut paucum, hoc magis aquæ, & non nutriens. Et sanguis similiter. concrescit enim eò quòd exiccetur, in frigidatus. Quicunque autem non concrescunt, velut Cerui, tales aquæ magis, & frigidissimi. quapropter non habent villos. villi enim sunt terræ, & solidum. quare, & extractis, non concrescunt. hoc autem est, quia nō exiccantur. aqua enim est quod relinquitur, vt lac, caseo ablato. Signum autē est morbosi enim sanguines nolunt concrescere: sanioli enim. hoc autem est pituita, & aqua, propterea quòd inconcoctum est, & insuperatum à natura. Adhuc autem, hæc quidem solubilia sunt, velut nitrum: hæc autem insolubilia, velut fictile, & lapis. & horū hæc quidē mollificabilia, velut cinnus: hæc autem non mollificabilia, velut fictile, & lapis. Causa autem, quia contrariæ contrariorum causæ. Quare, si concrescunt duobus, frigido, & sicco, necesse solui calido, & humido. quapropter igne, & aqua: hæc enim contraria. aqua quidem, quæcunque igne solo, igne autem, quæcunque frigido solo. Quare, si à duobus accidit concrescere, hæc insolubilia maxime. Fiunt autem talia, quæcunque calefacta, deinde frigido concrescunt. accidit enim, cùm calidum exiens, plurimum humidum compingit iterum à frigido, vt neque humido detranſitu. Et

Contraria vna contraria causa. Idem infra.

propter hæc neq; calidum soluit. quæcunque enim à frigido concrescunt solo, hęc soluit. Neque ab aqua. quæcunque enim à frigido concrescunt, non soluit, sed quęcunq; à calido sicco solum. Verum autem, liquefactum à calido frigido concrescit. quare ad concretionem duobus indiget. quapropter insolubile. Ligna autē sunt terræ, & aëris. quapropter vstibilia, & non liquabilia, nec mollificabilia. Et in aqua superenatant, præter ebenum: hæc autem non. alia enim aëris habent plus: ex ebeno autem nigra euaporauit aër, & est plus in ipsa terræ. Fictile autem terræ solum, propterea quòd deficcatum efferuescit paulatim. quare neque aqua soluitur: neque enim aqua introitus habet, per quos foras spiritus exiuit. neq; ignis. coēgit enim ipse. Quæ igitur sit concretio, & liquefactio, & propter quod, & in quibus sit, dictum est.

Ligna omnia aëris plus habent in aqua quàm in aëre. Fictile præter ebenum.

Summa Tertia. De passionibus, ac differentiis similarium corporum, à passionibus qualitatibus proximis.

Caput Primum. Quibus mediis horum corporum passiones, ac differentiæ dignoscantur, earumque differentiarum enumeratio.

EX his autem manifestum est quòd à calido, & frigido cogūtur copora. & hęc autem inerassantia, & cogentia faciunt operationem suam. Propterea autem quòd ab his condita sunt, in omnibus inest caliditas, aliquibus autē & frigiditas, quā deficit. Quare, quoniam hæc quidem in sunt, propterea quòd faciunt humidū

autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem, & siccum propterea quòd patiuntur participant ipsis communia omnibus. Ex aqua igitur, & terra, similarium partium corpora constãt & in plantis, & in animalibus. Et quę metalla sunt, vt aurum, & argentum, & quæcunque alia talia. & ex ipsis, & exhalatione ea, quę vtrique, inclusa, sicut dictum est in aliis. Hæc autem omnia differunt ab inuicem, & ad sensus propriis, & eò quòd est posse aliquid facere. album enim, & odorum, & sonorum, & dulce, & calidum, & frigidum, eò quòd possunt aliquid facere in sensum, sunt, & aliis magis conuenientibus passionibus, quæcunquæ patiendo dicuntur. dico autem vt liquabile, & concretile, & flexibile. & quæcunque alia talia. omnia enim talia passiua, sicut humidum, & siccum. His itaque differt os, & caro, & neruus, & lignum, & cortex, & lapis, & aliorum vnumquodq; quod similarium quidem partium, naturalium autem corporum. Dicamus autem primo numerum ipsorum, quæ secundũ potentiã, & impotentiam dicuntur. Sunt autem hęc. Concretile, Inconcretibile. Eliquabile, Ineliquabile. Mollificabile, Non mollificabile. Tingibile, Nõ tingibile. Flexibile, Inflexibile. Frangibile, Non frangibile. Friabile, Non friabile. Impressibile, Nõ impressibile. Formabile, Non formabile. Pressibile, Nõ pressibile. Trahibile, Non trahibile. Ductile, Nõ ductile. Fissibile, Non fissibile. Secabile, Non secabile. Viscosum, Fragile. Commassabile, Non commassabile. Combustibile, Nõ combustibile. Exhalabile, Non exhalabile. Plurima igitur corporum ferè his differunt passionibus: quam autem vnumquodque horum habeat potentiam, dicamus.

Passionum species.

Caput

Caput Secundum. Cuiusibet dictarum passionum explicatio.

DE concretili igitur, & inconcretili, & liquabili, & inequabili dictum est quidem vniuersaliter prius, attamen redeamus & nunc. Corporum enim, quæcunque concrescunt, & indurantur, hæc quidem à calido patiuntur hoc, hæc autem à frigido. à calido quidem exiccante humidum, à frigido autem exprimente calidum. Quare hæc quidem humidi absentia, hæc autem calidi hoc patiuntur: quæcunque quidem aquæ, calidi: quæcunque autem terræ, humidi. Quæ igitur humidi absentia, ab humido liquescunt: nisi sic coierint, vt minores relictæ sint meatus, quam aquæ moles, velut fictile. Quæcunque autem non sic, omnia humido soluuntur, vt nitrum, sales, terra ex luto. Quæ autem calidi priuatione, à calido soluuntur, vt glacies, plumbum, æs. Qualia igitur concretilia, & eliquabilia dictum est, & qualia inconcretilia, & ineliquabilia. Inconcretilia autem, quæcunq; non habent humiditatem aquosam, neque aquæ sunt, sed plus calidi, & terræ, vt mel, & mustum, aut velut feruentia sunt. Et quæcunque aquæ quidem sunt, habent autem plus aëris, sicut oleum, & argentum viuum, & si quid viscosum, velut viscum, & pix. Mollificabilia autem sunt concretorum quæcunque non ex aqua, velut glacies (omnis enim glacies aquæ est) sed quæcunque terræ magis, & neque euaporauit totum humidum, sicut in nitro, aut salibus, neque habet inæqualiter, sicut fictile, sed sunt trahibilia nõ existentia humectabilia, aut ductilia non existentia aquę, & mollificabilia igne, velut ser-

Concretilia.

Eliquabilia.

Mollificabilia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum, & cornu, & ligna. Sũt autem eliquabilium, & ineliquabilium hæc quidem tingibilia, hæc autem non tingibilia. velut æs non tingibile, liquefactibile existens. lana autem, & terra tingibilia: madefiunt enim. Et æs quidem liquabile, non ab aqua autem liquabile. Sed ab aqua liquabilium, quædam non tingibilia, velut nitrũ, & sales. neque enim tingibile aliquid, quod non mollius fiat madefactum. Quædam autem tingibilia existentia, non liquabilia sunt, velut lana, & fructus. Sunt autem tingibilia quidem, quæcunque terræ existentia habent meatus maiores aquæ molibus, existentibus durioribus aqua. Liquabilia autem aqua, quęcunque per totum. Propter quid igitur terra quidẽ & liquefit & tingitur ab humido: nitrum autem liquefit quidem, tingitur autem non? Quia in nitro quidem per totum meatus: quare diuidunur mox ab aqua particulæ: in terra autem permutationes sunt meatus. quare qualitercunque susceperit, differt passio. Sunt autem & hæc quidem communiter flexibilia, & directilia, velut arundo, & vimen, hæc autem inflexibilia, velut fictile, & lapis. Sunt autem flexibilia quidem, & directilia, quorum corporum potest longitudo in rectitudinem ex circunferentia, & ex rectitudine in circunferentiam transmutati. Et flecti, & dirigi est in rectitudinem, aut circunferentiam † mutari, aut moueri. etenim quod reflectitur & quod deflectitur curuatur. Qui igitur ad coexitatem, aut cõcauitatem motus, longitudine seruata, flexio est. Si enim & in rectũ, esset vtique simul flexum, & rectũ: quod quidem impossibile rectum flexum esse. Et, si flectitur omnino aut reflexione, aut deflexione (horum autem hoc quidem

Flexibilia.

† *a. l. confirma.*

quidem ad conuexum, hoc autem ad concauum transmutatio est) non vtiq; erit & ad rectum flexio: sed est flexio, & directio aliud, & aliud. Et hæc sunt, flexibilia, & directilia, & inflexibilia, & non directilia. Et hæc quidem frangibilia, & friabilia simul, aut separatim. vt lignum frangibile quidem est, friabile autem non. glacies autem, & lapis friabile, frangibile autem non. fictile autem, & frangibile, & friabile. Differunt autem: quia fractio quidem est in magnas partes diuisio, & separatio. Friatio autem, in quasquunque, & plures duabus. Quæcunque igitur sic concreuerunt, vt multos haberẽt vicissitudinatos meatus, friabilia sunt: vsque ad hoc enim distinguuntur. quæcunque autem ad multum, frangibilia: quæcunque autem ambo, ambo. Et hæc quidem impressibilia, vt æs, & cera: hæc autem non impressibilia, vt fictile, & aqua. Est autem impressio, superficiei secundum partem in profundum tranhitus pulsione, aut percussione, in totum autem tactu. Sunt autem talia & mollia, vt cera, manente alia superficie, secundum partem transmutatur: & dura, velut æs. Et non impressibilia, & dura, vt fictile. non enim cedit in profundum superficies & humida, vt aqua cedit quidem, sed nõ secundum partẽ, sed contra secedit. Impressibilium autem quæcunque manent impressa, & bene impressibilia manu, hæc quidem formabilia sunt: quæ autẽ aut nõ bene impressibilia, vt lapis, aut lignũ, aut bene impressibilia quidem, non manet autem impressio, vt lana, aut spongiæ. non formabilia, sed pressibilia hæc sunt. Sunt autem pressibilia, quæcunq; pol fictia ipsa seipsa coire possunt, cùm in profundum superficies permutatur, nec diuiditur, & non transquidem

Frãgibilia. Friabilia.

Impressibilia.

Formabilia.

Pressibilia.

fertur aliò alia particula. quale aqua facit. hæc enim contra transfertur. Est autem pulsio, motus à mouente, qui fit à tactu: Percussio autem, cùm à latione. Premûtur autem quæcunq; meatus habent vacuos cognati corporis. Et prestibilia hæc, quæcunq; possunt in propria vacua coire, aut in proprios meatus (aliquando enim nó vacui sunt, in quos conueniunt) velut madefacta spongia. pleni enim sunt ipsius meatus. Sed quorum meatus pleni fuerint molliorib⁹, quã ipsum, quod natum est coire in seipsum, prestibilia quidem sunt, velut spõgia, cera, caro. Non prestibilia autem, quæcunque non sunt nata coire pulsione in eos, quæ in se sint, meatus, aut quia non habent, aut quia durioribus habent plenos. Ferrũ enim non prestibile est, & lapis, & aqua, & omne hu-

Trahibilia. midum. Trahibilia autem sunt, quorum cuique potest ad latus transferri superficies. Trahi enim est transferri ad mouens, planum continuum existens. Sunt autem hæc quidem trahibilia, vt pilus, corigia, neruus, pasta, viscũ. hæc autem nõ trahibilia, vt aqua, & lapis. Hæc igitur eadẽ sunt trahibilia, & prestibilia, vt lana: hæc autem non eadem. vt pituita prestibilis quidẽ non est, trahibilis autem. & spongia prestibilis quidem est, no-

Ductilia. trahibilis autem. Sunt autem & hæc quidẽ ductilia, vt æs: hæc autem non ductilia, vt lapis, & lignũ. Sunt autem ductilia quidẽ, quæcunq; eadẽ percussione possunt simul in latus, & in profundum secundũ superficiem transferri secundum partem: non ductilia autem, quæcũque non possunt. Sunt autẽ ductilia quidẽ omnia, & imprestibilia: imprestibilia autem nõ omnia ductilia, vt lignum, vt tamen in vniuersum dicam conuenitur. Prestibilium autem hæc quidem ductilia

sunt, hæc autem non. cera quidem, & luctum ductilia sunt, lana autẽ non, neq; aqua. Sunt autem & hæc quidẽ Fissibilia, vt lignũ: hæc autem non *Fissibilia.* fissibilia, vt fictile. Est autem fissibile, quod potest diuidi ad plus, quàm diuidens diuiserit. finditur enim cùm ad plus diuidatur, quàm diuidens diuiserit. & præcedit diuisio. in sectione autẽ non est hoc. Nõ fissibilia autẽ sunt, quæcunque non possunt hoc pati. Est autẽ neq; molle vllum fissibile. dico autem simpliciter mollium, & non adinuicem. sic enim & ferrũ est molle. Neq; dura omnia sunt fissibilia: sed quæcũq; humida sunt, neq; imprestibilia, neq; friabilia, talia autẽ sunt, quæcunq; secundũ longitudinem habent meatus, secundum quos adnascuntur inuicẽ, sed nõ secundum latitudinẽ. Secabilia autem sunt consistẽtium durorum, aut mollium quæcunque possunt *Secabilia.* neq; ex necessitate præcedere diuisionem, neque cõminui diuisa. Quæcunq; autẽ aut humidi, aut talia, non secabilia. Quædam autem sunt eadem & secabilia, & fissibilia, velut lignũ. sed vt pluri mum fissibile quidem secundum lõgitudinem, secabile autem secundum latitudinẽ. cùm enim diuidatur vnumquodq; in multa, qua quidẽ longitudines multæ vnum sunt, fissibile hæc est. qua autem latitudines multæ vnũ, secabile hac. Vi- *Viscosa.* scosum autẽ est, cum trahibile, aut humidũ existens, molle fuerit. Tale autẽ fiunt alterna permixtione, quæcunq; velut catenæ componuntur corporum. hæc enim ad multũ possunt extendi, & coire. Quæcunq; autẽ non sunt talia, friabilia sunt. Commassibilia autẽ sunt, quæcunque *Commassabilia.* prestibilium manentem habent cõpressionem. incommassabilia autem, quæcunq; aut omnino non prestibilia sunt, aut non manentem habent

Combustibilia.

compressionem. Et hæc quidem combustibilia sunt, hæc autem incombustibilia: velut lignum quidem cõbustibile est, & lana, & os: lapis autẽ, & glacies incõbustibile. Sũt autem combustibilia, quæcunque habẽt meatus susceptiuos ignis, & humiditatem in his, qui secundum directum meatibus, debilioré igne. Quæcunque autem aut non habent, aut fortiorem, velut glacies, & quæ valde viridia sunt, incombustibilia. Exhalabilia autẽ sunt corporum quæcũque humiditatem habent quidẽ, sic autem habent vt non euaporẽt seorsum ab ignitis: est enim Vapor, à calido cõbustiuo in aërem, & spiritum excretio, ex humido madefactiua. Exhalabilia autem tempore in aërem excernuntur, & hæc quidẽ euanescentia, ficca, hæc autẽ, terra fiunt. Differt autem hæc excretio, quia neq; madefacit, neq; Spiritus fit. Est autẽ Spiritus, fluxus continuus aëris ad longitudinem. Exhalatio autẽ est, à calido vltiuo cõmunis excretio sicci, & humidi simul. Quapropter non madefacit, sed colorat magis. Est autem lignei quidem corporis exhalatio fumus. dico autem & ossa, & pilos, & omne, quod tale est in eodem. non enim est positum nomẽ commune, sed secundum proportionem, tamen in eodem omnia sunt. quẽadmodũ & Empedocles inquit. *Hæc pili, & fœta, & auium pluma spissa. Et squamæ fiunt super sólida mẽbra. ipsius autem pinguis exhalatio, Fulgor: vnctuosi vero, Nidor.* Propter hoc oleũ non elixatur, neque incrassatur, quia exhalabile est, sed non vaporabile. aqua autem non exhalabilis, sed vaporabilis. Vinum autem, dulce quidem exhalat. pingue enim. atq; eadẽ facie oleo. neque enim à frigore concrescit, vritúrque. Est autem nomine vinum, opere autẽ non amplius

Exhalabilia.

non enim vinosus sapor. quapropter non inebriat. quodcunq; autem vinum inebriat proculdubio. paruũ autem habet exhalationem: quapropter & emittit flammam. Combustibilia autem videntur esse, quæcunq; corporum in eis dissoluuntur. Patiũtur autem hoc omnia, quæcunque concrescunt aut à calido, aut ab ambobus, frigido & calido. hęc enim videntur vnci ab igne. minime autem lapidum figillum, qui vocatur carbunculus. Combustilium autẽ hæc quidem inflammabilia sunt, hæc autem non inflammabilia. horum autem quædam carbonabilia. Inflammabilia igitur sunt, quæcunq; flammam præbere possunt: quæcunq; autem non possunt, non inflammabilia. Sunt autem inflammabilia, quæcunque nõ humida existentia, exhalabilia sunt, pix autem, aut oleum, aut cera magis cum aliis, quàm per se sunt inflammabilia: maxime autem quæcunq; fumum emittunt. Carbonabilia autem, quæcunq; taliũ terræ plus habẽt, quàm fumi. Adhuc autem quædam liquabilia existentia non inflammabilia sunt, velut æs. & inflammabilia non liquabilia, velut lignũ. alia autem ambo, velut thus. Causa autem est, quia ligna quidem simul totum habent humidum, & per totum continuum, vt peruratur. æs autem secus vnamquamque quidem partem, nõ continuum autem, & minus quàm vt flammã faciat. thus autem hac quidem sic, hac autem illo modo habet. Inflammabilia autem sunt exhalabilium quæcunque non liquabilia sunt, propterea quòd magis sunt terræ. siccum enim habẽt commune igni. hoc igitur siccum, calidum fi fiat, ignis fit, propter hoc Flamma, spiritus, aut fumus ardens est. Lignorum igitur exhalatio fumus

Combustibilia.

Inflammabilia.

Carbonabilia.

ceræ autem, & thuris, & picis, & talium, & eorum, quæcunque habent picem, aut talia, fuligo. Olei autem, & eorum, quæcunq; oleosa sunt, nidor, & quæcunque minime ardent sola, quia pauca ficci habent. transitus autem per hoc, cum altero autem citissime. hoc enim est pingue siccum, vnctuosum. Exhalantia igitur humidorum humidi magis sunt, ardentia autem ficci.

Summa Quarta. De cognitione Temperaturarum corporum similarium.

Caput Primum, Quo pacto cognoscantur corpora constare humido magis, aut sicco.

HIs autem passionibus, & his differentiis, similaria corporũ, sicut dictũ est, differunt ab inuicem secundum tactum, & adhuc saporibus, & odoribus, & coloribus. Dico autem similaria, vt metallica, æs, aurum, argentum, stannum, ferrũ, lapidẽ, & alia talia, & quæcunq; fiunt ex his excreta. & quę in animalibus, & plantis, velut carnes, ossa, nerui, pellis, viscus, pili, villi, venæ: ex quibus iam constant dissimilaria, vt facies, manus, pes, & alia talia. & in plantis, lignum, cortex, folium, radix, & quæcunq; talia. Quoniam autem hæc quidem ab alia causa constituunt, ex quibus autem hæc materia quidem siccum, & humidum, quare aqua & terra (hæc enim euidentissimã habent potẽtiam, vtrunque vtriusque) facientia autem calidum, & frigidum (hæc enim cõstituunt, & cõpingunt ex illis illa) accipiamus similarium quæ sunt terræ species, & quæ aquæ, & quæ communes. Sunt itaque corporum

porum conditorum hæc quidem humida, hæc autem mollia, illa autem dura. Horum autem quæcunque dura, aut mollia cõcretione, dictum est prius. Humidorum igitur, quęcunque quidem euaporant, aquæ sunt: quæcunque autem nõ, aut terræ, aut communia terræ & aquæ, vt lac: aut terræ & aëris, vt mel: aut aquę & aëris, vt oleum. Et quæcunq; quidem à calido incrassantur, com- *Vinum.*
muniter. Dubitabit autem vtique aliquis de vino, humidorum. hoc enim euaporabit vtique, & incrassatur, sicut nouum. Causa autem est, quia nec vna specie dicitur vinum, & quia aliud aliter. Nouum enim magis terræ est, quàm antiquum. quapropter & incrassatur maximè calido, & concrescit minus à frigido. habet enim & calidum multum, & terræ. vt quod in Arcadia sic miscetur à fumo in vtribus, vt derasum bibatur. Si autem omne fæcem habet, sic vtriusq; est, aut terræ, aut aquæ, vt huius se habet multitudinis. Quæcunque autem à frigido incrassantur, terræ. Quæcunque autem ab ambobus, communia plurium: vt oleum, & mel, & dulce vinum.

Consistentium autem, quæcunque quidẽ concreta sunt à frigido, aquæ: vt glaciei, nix, grando, pruina. Quæcunque autem à calido, terræ: vt fullo, caseus, nitrum, sales. Quæcũque autem ab ambobus (talia autem sunt, quæcunq; infrigidatione: hæc autem sunt, quæcunq; amborum priorum, calidi, & humidi simul egrediẽtis cum calido: sales enim humidi solius priuatione concrescunt, & quæcunque syncreta terræ: glacies autem calidi solius) hæc vtique amborum. quapropter & ab ambobus, & habebant ambo. Vitrum cunq; igitur totum exudauit, velut ficti, aut electrum (etenim electrum, & quæcunque

dicuntur vt lactymæ, in frigidationis sunt, velut myrrha, thus, gummi. Et electrum quoque huius generis esse videtur, & concrescit: circumprehensa enim animalia in ipso videmus.

A fluuio autem calidum exiens, vt cocti mellis, cùm in aquam dimissum fuerit, euaporat humidum) hæc omnia sunt terræ. Et hæc quidem, inelliquabilia, & immollificabilia, velut electrum, aut lapides quidam, velut tofi: & specluncis. etenim hi similiter fiunt his: & non vt ab igne, sed vt à frigido, pertranseunte calido, cogreditur humidum ab exeunte ab ipso calido. in aliis autem ab exsiccante igne. Quorumcunque autem non totum, terræ quidem sunt magis, mollificabilia autem, vt ferrum, & cornu. tinus autem, & alia, similiter vt ligna, vaporant.

Quoniam igitur liquabilia ponendum est, & quæcunque liquefiunt ab igne, hæc sunt aquosa. quædam autem & communia, velut cera. quæcunq. autem ab aqua, hæc terræ: quæcunque autem neque ab altero, hæc aut terræ, aut ambo rum. Si igitur omnia quidem aut humida, aut concreta, horum autem quæ in dictis passionibus, & non est intermedium, omnes vtique erunt dictæ, quibus discernemus vtrũ terræ, aut aquæ, aut plurium commune, & vtrum ab igne constat, aut frigido, aut ambobus. Aurum itaque, & argentum, & æs, & stannum, & plumbum, & vitrum, & lapides multi innominati aquæ sunt. omnia enim hæc liquefiunt calido. Amplius vina quædam, & vrina, & acetum, & lixiuium, & serum, & sanies aquæ: omnia enim concrescunt frigido. Ferrum autem, & cornu, & vngues, & os, & neruus, & lignum, & pili, & folia, & corex, terræ magis sunt. Amplius electrũ, myrrha,

thus, & omnia, quæ dicuntur lactymæ, & tofus, & fructus, velut legumina, & frumentum. talia enim hæc quidem valde, hæc autem minus humorem, attamen terræ sunt. hæc enim mollificabilia sunt, hæc autem exhalabilia, & infrigidatione facta. Amplius nitrum, sales, lapidum genera, quæcunque neque infrigidatione, neque liquabilia. Sanguis autem, & genitura communia sunt terræ, & aquæ, & aëris: Sanguis quidem habens villos, magis terræ. quapropter & frigore concrescit, & humido liquescit. non habens autem villos, aquæ: quare & non concrescit. Genitura autem concrescit infrigidatione, exeunte humido cum calido.

Caput Secundum. Quo pacto dignoscantur corpora participare magis calido, aut frigido.

QValia autem calisia sint, aut frigida concretorum, aut humidorum, ex dictis oportet considerare. Quæcunque igitur aquæ vt plurimum frigida, nisi alienam habeant caliditatem, vt lixiuium, vrina, vinum. Quæcunq; autẽ terræ vt plurimum calida sunt, propter calidi opificiũ, vt calx, & cinis. Oportet autem accipere secundum materiam frigidissima quædam esse. quoniam enim siccum, & humidum materia sunt (hæc enim passiua sunt) horum autem corpora maxime terra, & aqua sunt, hæc autem frigiditate determinata sunt, palam est quòd omnia corpora, quæcunque sunt vtriusq; simpliciter elementi, frigida magis sunt, nisi habeant alienã caliditatẽ, velut feruẽs aqua aut per cinerem colata. etenim hæc habet eam, quæ ex cinere, caliditatẽ in omnibus enim ignis

tis est caliditas aut amplior, aut minor. Quapropter & in putrefactis animalia innascuntur. inest enim caliditas, quæ corrumpit propriam vniuscuiusque caliditatem. Quæcunque autem communia sunt, habent caliditatem. coalescunt enim plurima à caliditate, quæ concoxit, quædam autem putrefactiones sunt, velut colliquamenta. Quare habentia quidem secundum naturam calida, & sanguis, & genitura, & medulla & coagulũ, & omnia talia. cùm autem corrumpuntur, & egrediuntur à natura, nõ amplius. relinquitur enim materia, terra existens, aut aqua. Quapropter ambo videntur quibusdam. & hi quidem frigida, illi autem calida hæc aiunt esse, videntes, cum in natura quidem fuerint, calida, cùm autem separata fuerint, concrescentia. Habet igitur sic omnino, vt determinatum est, in quibus quidem materia aquæ plurimum, frigida: opponitur enim maxime hæc igni, in quibus autem terræ, aut aëris calidiora. Accidit autem aliquando eadem fieri frigidissima, & calidissima aliena caliditate. quæcunque enim maxime concreuerunt, & solidissima sunt. hæc & frigida maxime sunt, si priuata fuerint caliditate, & vrunt maxime, si ignita fuerint: vt aqua fumus & lapis aqua vrit magis.

Caput Tertium. Continuatio ad ea, quæ dicenda sunt: Et quòd operationes in corporibus innatescant magis quàm eorum substantiæ.

QVoniam autem de his determinatum est secundum vnumquodque, dicamus quid sit caro, aut os, aut aliorum similarium partium. Habemus enim ex quibus similariũ natura constituta

sunta est, genera ipsorum, cuius generis vnumquodque per generationem. Ex elementis enim ea, quæ similarium partiũ: ex his autem, vt materiæ, omnia opera naturę sunt autem omnia, vt ex materia quidem, ex dictis: vt autem secũdum substantiam, ratione. Semper autem magis manifestũ est in posterioribus. & omnino, quæcũq; vt instrumenta, & alicuius gratia. Magis enim manifestũ est quòd mortuus homo æquiuoce, sic igitur & manus mortui æquiuoce, quemadmodũ & si fistulæ lapideæ dictæ fuerint. vt enim & hæc, instrumenta quædã videntur esse. Minus autẽ in carne & osse talia manifesta sunt. adhuc autem in igne, & aqua minus. ipsum enim cuius gratia, minime hic manifestũ est, vbi plurimum est materiæ. Sicut enim &, si extrema accipiantur, materia quidẽ nihil aliud præter ipsam: substantia autem nihil aliud quàm ratio: intermedia autẽ proportionaliter, quo propè sit vnumquodq; quoniam & horũ quodcunq; est alicuius gratia. Et non omnibus modis habens, aqua aut ignis, sicut neq; caro, neq; viscus. his autẽ adhuc magis facies, & manus. Omnia autẽ sunt terminata opere. omnia enim quæ possunt facere suũ opus, vere sunt, vt oculus, si videt, quòd autẽ non videt, æquiuocè, vt mortuus, aut lapideus, neque enim ferra lignea, nisi vt imago. Sic igitur & caro: sed opus ipsius minus manifestum est quàm quòd linguæ, similiter autem & ignis. sed adhuc forte minus manifestũ naturaliter, quàm carnis opus. Similiter autẽ & quę in plantis sunt, & inanimata, vt æs, & argentũ. omnia enim potentia quædã sunt faciendi, aut patiendi. sicut & caro, & nervus, sed rationes ipsorum non certæ. Quare, quando existunt, & quãdo non facilè, est perspicere.

spicere, nisi valde deperditum fuerit, & figuræ solæ fuerint reliquę. vt inueteratorũ mortuorum corposa, quæ subito cinis fiunt in sepulcris. & fructus solum figura, secundum sensum autem non videntur inueterati valde, & quæ ex lacte concrescunt. Tales igitur partes caliditate, & frigiditate, & harum motibus contingit fieri concrescentes calido, & frigido. dico autẽ, quæcunque similares, vt carnem, os, pilos, neruos, & quæcunque talia. omnes enim differunt dictis differentiis, tensione. tractione, comminutione. duritie, mollitie, & aliis talibus. Hæc autem à calido, & frigido, & motibus fiunt mistis. Constitutæ autem ex his, dissimilares nulli vtique videbuntur, vt caput, aut manus, aut pes, sed, vt & quòd factum sit æs quidem, aut argentum causa frigiditas, & caliditas, & motus: ferram autem, aut phialam, aut aream non adhuc: sed hic quidem ars, ibi autem natura, vel alia aliqua causa. Quoniam igitur habemus cuius generis vnumquodque eorum, quæ similarium partium, accipiendum secundum vnumquodque quid est, vt quid sanguis, aut caro, aut semen, & aliorum vnumquodque. sic enim scimus vnumquodque propter quid, & quid est, si materiam, aut actionem habemus, maxime autem cũ ambo, & generationis, & corruptionis, & vnde sit principium motus. Manifestis autem his, similiter ea, quæ non similium partium speculandum, & eadem ex his constituta, vt hominem, plantam, & alia eiusmodi.

Librorum Quatuor Meteorologicorum finis.

ARIST

ARISTOTELIS STAGIRITÆ, PERIPATETICORVM Principis de Anima

LIBER PRIMVS.

SVMMÆ LIBRI.

In Prima proponitur nobilitas, ac difficultas scientiæ ipsius Animæ.

In Secunda Antiquorum narrantur opiniones de Animæ essentia.

In tertia eadem confutantur opiniones: Adducuntúrq; nonnulla circa Animæ vnitatem quæstiones.

Summa Prima Caput Primum. Quæ ob res Animæ cognitio & nobilis sit, & difficilis.

BOnorum, & honorabiliũ notitiam opinãtes, magis autem alteram altera aut secundum certitudinem, aut ex eo quòd & melioram, & mirabiliorũ est: propter vtraque hæc animæ historiam rationabiliter vtique in primis ponemus. ¶ Videtur autem & ad veritatem omnem cognitio ipsius multum conferre: maxime autem ad naturam. est enim tanquam principium animalium. Tex.1. *Vide citra, Zimara.* Tex.2.

¶ Quærimus autem in contemplari, & cognoscere naturam ipsius, & substantiam postea quęcunque Tex.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cunque accidunt circa ipsam: quorum alia quidem propriæ passiones videntur, alia autem communes, & animalibus propter illam inesse.

Tex. 4. ¶Omniquaque autem, & omnino difficillimorum est accipere aliquam fidem de ipsa. Cùm enim sit quæstio communis & multis aliis (dico autem eam, quę circa substantiam, & ipsius quid est) fortassis alicui videbitur vna quædam methodus esse de omnibus, de quibus volumus cognoscere substantiam: sicut & eorum, quæ secundum accidens propriorum demonstrationem. quare quærendum vtique erit methodum

Tex. 5. istam. ¶Si autem non est vna quædam, & communis methodus de ipso quid est, adhuc difficilior fit ipsa negociatio. oportebit enim accipere circa vnumquodque quis modus. Si autem manifestum sit vtrum demonstratio aliqua sit, aut diuisio, aut etiam aliqua alia methodus, adhuc multas habet dubitationes, & errores, ex quibus oportet quærere. alia enim aliorum prę-

Alia aliorum sunt principia. cipia, sicut numerorum, & planorum.

¶Primum autem fortassis necessarium est di-

Tex. 6. uidere in quo genere, & quid sit. dico autem, vtrum hoc aliquid & substantia sit, an qualitas, aut quantitas, aut etiam quoddam aliud horum prædicamentorum. Adhuc autem vtrum eorum, quæ in potentia sunt, an magis actu quidam sit. differt enim non parum.

Tex. 7. ¶Consyderandum autem & si partibilis sit, an

Vide infra tex. 19. & inde. impartibilis: & vtrum sit similis speciei omnis anima, an non. Si autem non similis speciei, vtrum specie differant, an genere. nunc enim dicentes, & quærentes de anima, de humana solum

Tex. 8. videntur intendere. ¶Cauendum autem est, ne vt non lateat vtrum vna totio ipsius est, sicut ani-

malis: an secundum vnumquodque altera, vt equi, canis, hominis, Dei Animal autem vniuersale, aut nihil est, aut posterius. similiter autem & si quod commune aliud prædicetur.

Animal vniuersale, aut nihil est aut posterius.

¶Amplius autem, si non multæ animæ, sed partes, vtrum oportet quærere prius totam animam, an partes. Difficile autem & harum determinare quales aptæ natæ sint alterę abinuicem esse. ¶Et vtrum partes oportet quærere Tex. 9.

prius, an opera ipsarum vt intelligere an intel- Tex. 10.

ligibile, & sentire an sensitivum. similiter autem & in aliis. Si autem opera prius, verum vtique dubitabit aliquis si opposita prius his quarendum: sicut sensibile sensitiuo, & intelligibile intellectiuo. ¶Videtur autem non solum ipsum Tex. 11.

quid est cognoscere vtile esse ad cognoscendas causas accidentium substantiis, sicut in Mathematicis quid rectum, & quid obliquum, aut quid linea, & planum ad cognoscendum quot modis trianguli anguli sunt æquales: sed & econtrario accidentia conferunt secundum magnam partem ad cognoscendum ipsum quid est. Cùm enim habemus reddere secundum imaginationem de accidentibus, aut omnibus, aut pluribus, tunc & de substatia habebimus dicere aliquid quàm optime. omnis enim demonstrationis principium est ipsum quid est. Quare sine

Accidentia magnã partem conferũt ad cognoscẽdum ipsum quid est.

eadem quaslibet definitiones non continentes accidentia cognoscere, sed neque coniectare de ipsis facile, manifestum quòd dialecticæ difficile sunt & vane omnes. ¶Dubitationem Tex. 12.

autem habent & passiones animæ, vtrum sint omnes communes & habentis, an sit aliqua & ipsius animæ propria. hoc enim accipere quidem necessarium est. non autem facile. Videtur

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem plurimarum nullum fine corpore pati, neque agere: vt irasci, confidere, desiderare, omnino sentire. Maxime autem † assimilatur proprio ipsum intelligere. Si autem est & hoc imaginatio quædam, aut non sine imaginatione, non continget vtique hoc fine corpore esse.

† a.l. videtur proprie.

Tex.13. ¶Si igitur est aliqua animæ operatio, aut passionum propria, continget vtique ipsam separari. Si vero nulla est propria ipsius, non vtique erit separabilis. sed, sicut recto, inquantum rectum, multa accidunt, vt tangere æneam sphæram secundum punctum: non tamé tanget hoc, separatum ipsum rectum. inseparabile enim siquidem semper cum corpore quodam est.

Tex.14. ¶Videntur autem & animæ passiones omnes esse cum corpore, ira, mansuetudo, timor, misericordia, confidentia. adhuc gaudium, & amare, & odire. simul enim cum his patitur aliquid ipsum corpus. Indicat autem aliquando quidem à validis, & manifestis passionibus accidentibus nihil exacerbari, aut timere aliquando autem & à paruis, & debilibus moueri, cùm accenditur corpus, & se habet sic, vt cùm irascitur. Adhuc autem magis hoc manifestum, nullo enim terribili contingente in passionibus fiunt ijs, quæ timentis.

Nemo timuerit etiam nullo terribili eo tangente.

¶Si autem sic habet manifestum quòd passiones rationes in materia sunt. Quare definitiones tales.

Tex.15. Vt irasci motus quidam existit talis corporis, aut partis, aut potentiæ, ab hoc, gratia huius. Et propter hæc iam Naturalis est considerare de anima, aut omni, aut huiusmodi.

Caput

Caput Secundum. Differenter definire Naturalem, ac Dialecticum.

Differenter autem definiet Naturalis, & Dialecticus vnumquodque ipsorum. Vt ita quid est. hic enim, appetitum † recontristationis, aut aliquid huiusmodi: ille autem, feruorem sanguinis, aut calidi circa cor. Horum autem hic quidem assignat materiam, ille vero formam & rationem. ratio enim hæc ipsius rei. Necesse autem esse hanc in materia huiusmodi, si erit. Sicut domus hæc quidem ratio talis fuerit, quòd operimentum prohibés corruptionem à ventris, & imbribus, & æstibus. hæc autem dicit lapides, & lateres, & ligna. alia vero in his formam, propter ista. Quæ igitur Naturalis harum? vtrum quæ circa materiam, rationem autem ignorans, an quæ circa rationem solum? an magis quæ ex vtrisque? Illarum autem quæ vtraque? ¶An non est aliquis, qui circa passiones materiæ non separabiles, neque secundum separabiles? Sed Naturalis circa omnes, quæcunque talis corporis, & huiusmodi materiæ operationes, & passiones sunt. Circa quascunque autem quæ non sunt huiusmodi, artifex, & circa aliquas quidem est artifex, si fuerit vt Faber, aut Medicus. Ipsarum autem non separabilium quidem, inquantum autem non talis corporis passiones, sed ex remotione, Mathematicus: secundum autem quòd separatæ, Primus Philosophus. ¶Sed redeundum est, vnde à termo. Dicebamus autem quòd passiones animæ, non separabiles à naturali materia animatum, inquantum tales existunt, ira, & timor: & non sicut linea, & planum.

Tex.16. *Naturalis definit per materiam, Dialecticus autem per formam.*

Videtur distinctio Zimar.

† *Vindilla.*

Tex.17.

Tex..8.

Summa Secunda. De Antiquorum opinionibus circa Animæ essentiam.

Tex.19. INtendentes autem de anima, necesse est simul dubitãtes de iis, quibus abundare oportet, pertranseuntes priorum opiniones comprehendere, quicunque aliquid de ipsa enunciauerunt vt bene quidem dicta accipiamus: si vero aliquid non bene hoc euitemus. Principium autem quæstionis, præponete quæ maxime videntur ipsi ineſſe ſecundum naturã. Animatũ igitur ab inanimato duobus maxime differre videtur, motu, & ſenſu. Accepimus autẽ & à progenitoribus ſerè duo hæc de anima.

Animatũ ab inanimatis in duobus maxime differre videtur. ſcilicet ſenſu, & motu.

¶Dicunt enim quidam, & maxime, & primo animam eſſe id, quod mouet. exiſtimantes autem quod non moueret, ipſum non contingere mouere alterum eorum, quæ mouentur, aliquid animam ſic arbitrat ſunt eſſe. Vnde Democritus quidem ignem quendam, & calorem dicit eſſe ipſam: infinitis enim exiſtentibus figuris, & atomis, quæ ſpeciei rotundæ, ignem & animam dicit: vt in aëre, quæ vocantur ramenta, quæ videntur in radiis, qui per feneſtras, quarum omniſeminarium elementa dicit Democritus totius naturæ. Similiter autem & Leucippus. Horum autem ſphærica animam propterea quòd maxime poſſunt per totum penetrare huiuſmodi figuræ, & mouere reliqua, cùm moueantur & ipſa: arbitrantes animam eſſe id, quod præſtat animalibus motum.

Tex.10. *Democritis opinio.*

Leucippi opinio.

Tex.11. ¶Vnde & viuendi terminum eſſe reſpirationem. Conſtringente enim eo, quod cõtinet corpora, & extrudente figuras præbẽtes animalibus motum, ex eo quòd non eſt ipſas quieſcere vnà cum, auxilium fieri deforis, ingredientibus aliis huiuſmodi in reſpirando. prohibere enim hæc, & quæ inſunt animalibus ſegregari, ſimul prohibentes conſtringens, & comprimens. & viuere autem, quandiu poſſunt hoc facere.

¶Videtur autẽ & à Pythagoræis dictum eandem habere ſententiam. Dixerunt enim quidam ipſorum animam eſſe, quæ ſunt in aëre ramenta: alij autem has mouens. de his autem dictum eſt, propterea quòd continue videntur moueri, etiam ſi ſit tranquillitas omnimoda. In idem autem feruntur & quicunque dicunt animam eſſe, quod ſeipſum mouet. Videntur enim hi omnes exiſtimaſſe motum maxime proprium eſſe animæ, & alia quidem omnia moueri propter animam, ipſam autem à ſeipſa: propterea quòd nihil videbant mouẽs, quod non & ipſum moueatur. Similiter autem & Anaxagoras animam dicit eſſe mouentem, & ſi quis alius dixit quòd totum mouit intellectus. non tamen perſpicuè ſicut Democritus. Is enim ſimpliciter dicit idem eſſe animam & intellectum. verum enim eſſe, quod videtur. Vnde bene feciſſe Homerum, quod Hectot iacet, aliud ſapiens. Non vtitur intellectu, tanquam potentia quadam circa veritatem, ſed idem dicit animam & intellectum. ¶Anaxagoras autem minus explanatas de ipſis. multis enim in locis cauſam dat, quod bene, & recte, dicit intellectum, alibi autem intellectum ipſum eſſe animam. in omnibus enim ipſum ineſſe animalibus, magnis, & paruis, & honorabilibus, & inhonorabilioribus. Non videtur autem ſecundum prudentiam dicere intellectus omnibus ſimiliter ineſſe ani-

Tex.12. *Quorundam Pythagoricorum de anima opinio.*

Tex.13. *Opinio Anaxagoræ, in quo differat à Democrito.*

Tex.14.

malibus, sed neque hominibus omnibus.

Tex.25. ¶Quicunque igitur ad ipsum moueti, animatum aspexerunt, hi maxime motiuum opinati sunt animam esse. Quicunque autem ad ipsum cognoscere, & sentire ea, quæ sunt, ifti dicunt animam esse principia: illi quidem plura faciunt hæc: hi vero vnum hoc. Sicut Empedocles quidem ex elementis omnibus, esse autem & vnumquodque horum animã, sic dicens: *Terra quidem terram cognoscimus, aqua autem aquam: Aethere vero aetherã diuum, sed igne ignem manifestum: Concordiam autem concordia, discordum vero discordia tristi.* ¶Eodẽ autem modo & Plato in Timæo animam facit ex elementis. cognoscit enim simile simili, res autem ex principiis esse. Similiter autem & in iis, quæ de Philosophia dicuntur determinatum est, ipsum quidem animal ex ipsius vnius idea, & ex prima longitudine, & latitudine, & altitudine: alia autem simili modo. ¶Adhuc autem & aliter, intellectum quidem ipsum vnum, scientiam autem ipsa duo, vnice enim ad vnum, plani autem numerum opinionẽ: sensum vero, eum, qui solidi. Numeri enim formæ ipsæ, & principia entium dicebantur, sunt autem ex elementis. Iudicantur autem res, aliæ quidem intellectu, aliæ vero scientia, aliæ autem opinione: aliæ vero sensu, formæ autem rerum numeri hi.

Empedoclis opinio.

Tex.26.

Opinio Platonis.

Tex.27.

Res aliæ iudicantur intellectu, aliæ scientia, aliæ opinione, aliæ vero sensu.

Tex.28. ¶Quoniam autem & motiuũ videbatur anima esse & cognoscitiuum, sic quidam complexi sunt ex vtrisque enuntiantes animam esse numerum mouentem seipsum. differunt autem de principiis, quæ & quot sunt maxime quidẽ quæ corpora faciunt ab iis, qui incorporea. ab iis autẽ, qui miscent, & ab vtrisque principia enuntiant. Differunt autem & circa multitudinem. hi enim vnum, illi vero plura dicunt.

¶Consequenter autem ad hæc & animam assignant. motiuum enim secundum naturam primorum existimauerunt non irrationabiliter. Vnde quibusdam visum est ignem esse. etenim hic partibus subtilissimus est, & maxime elementorum incorporeus. adhuc autem mouet, & mouet alia primo. ¶Democritus autem elegantius dixit, enuntians propter quid vtrunque horum. animam enim, & intellectum esse idem: istud autem ex primis, & indiuisibilibus corporibus. Motiuũ autem, † propter † subtilitatem partium, & figuram. figurarum autem facile mobilissimam sphæricam dicit. huiusmodi autem esse intellectum, & ignem.

Tex.19.

Tex.30. *Democritus.*

† *a.l. addit & mobile.*

† *a.l. parua tatem.*

¶Anaxagoras autem videtur quidem aliud dicere animam, & intellectum, sicut diximus prius. vtitur autem vtrisq; sicut vna natura. Vtitur autẽ intellectum ponit principiũ maxime omnium. solum enim dicit ipsum, eorum, quæ sunt, simplicem esse, & immistum, & purũ. Assignat autem vtraq; eidẽ principia, & cognoscere, & mouere, dicẽs intellectum mouisse omne.

Tex.31. *Anaxagoras.*

¶Videtur autem & Thales ex iis, quæ comemorant, motiuum aliquid animam opinari. siquidem dixit lapidem animã habere, quoniam ferrum mouet. Diogenes autem, sicut & alij quidem, aẽrem, hũc opinatus omnium subtilissimarum partium esse, & principiũ, & propter hoc cognoscere, & mouere animam. secundum quòd quidem primũ est, & ex hoc reliqua cognoscere: secundum quòd vero subtilissimum esse motiuum esse. Heraclitus autem principiũ esse dicit, siquidem vaporem, ex quo alia constant.

Tex.32. *Thales.*

Diogenes.

Heraclitus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stituit: & maxime etiam incorporeum, & fluens semper. quod autem mouetur eo, quod mouetur, cognosci. in motu autem esse quæ sunt & ille arbitrabatur, & multi. Similiter autem his & Alcmæō opinari videtur de anima. Dicit enim ipsam immortalem esse, propterea quòd assimilatur immortalibus. hoc autem ineſſe ipsi, tanquam semper motæ. moueri autem & diuina omnia continue semper Lunam, Solem, astra, & totum cœlum. Magis autem onerosorum quidā & aquam existimauerunt, vt Hippo. suaderi autem videntur ex genitura, quoniam omnium humida est. etenim tedarguit sanguinem dicentes animam, quoniam genitura non est sanguis. hāc autem esse primam animam. Alij autē sanguinem, quemadmodum Critias, ipsum sentire animæ maxime proprium opinantes. hoc autē ineſſe propter naturam sanguinis. Omnia enim elementa iudicem acceperunt, præter terram. hanc autem nullus protulit, nisi aliquis dixit ipsam ex omnibus elementis esse, aut omnia.

Alcmæon.

Hippo.

Critias. Omnia elementa præter terram iudicem ac reperunt.

Tex. 33.

Tex. 34. *Solus Anaxagoras dixit impossibile esse intellectū, mixtū cū cæteris cōmune habere. idē 2. Phys. textus 37. Idem 3. huius tex. 4.*

¶Definiunt autem omnes animam, tribus, vt ita dixerim, motu, sensu, incorporeo. horum autem vnumquodq; reducitur ad principia. Vnde & ipso cognoscere definiētes ipsam, aut elementum, aut ex elementis facinnt, dicentes similiter inuicem præter vnum. dicunt enim simile cognosci simili. quoniam enim anima omnia cognoscit, cōstituunt eam ex omnibus principiis.

¶Quicunque igitur vnam aliquam dicūt causam, & elemētum vnum, & animam vnum pronuntiut ignem, aut aērem. qui vero plura dicūt principia, & animam plura dicunt. Anaxagoras autem solus impassibilem esse dicit intellectum, & nihil commune vlli aliorum habere.

Huiusmodi autem cùm sit, quomodo cognoscit, & propter quam causam, neque ille dixit, neque ex iis, quæ dicta sunt, conspicuum est.

¶Quicunque autem contrarietates faciunt in principiis, & animam ex contrariis constituūt. Quia autem alterum contrariorum, vt calidum, aut frigidum, aut aliquid huiusmodi aliud, & animam similiter vnū aliquod horum esse ponunt. Vnde & nomina consequuntur. qui quidem calidum dicentes, propter hoc & τὸ ζῆν, id est, viuere nominatum esse, qui autem frigidum, propter respirationem, & refrigerationē vocati ψυχὴ id est, animam. Tradita igitur de anima, & propter quas causas dicunt sic, hæc sunt.

Tex. 35.

Summa Tertia. Confutantur Antiquorum opiniones de Animæ essentia: Adducunturque nonnulla circa ipsius vnitatem difficultates.

Caput Primum. Diluuntur ij, qui negant Animam moueri asserentes.

¶Onsyderādum autem primum quidem de motu. fortassis enim non solum falsum est substantiam ipsius huiusmodi esse, qualem aiunt dicētes animā esse ipsum seipsum mouere, aut potens mouere. sed vnum quoddā impossibilium est ineſſe ipsi motū. Quòd igitur nō necesse sit mouens & ipsum moueri, prius dictum est. ¶Dupliciter autem cum moueatur omne, aut enim secundum alterum, aut secundum seipsum. Secundum alterum autem dicimus, quæcunque mouentur eò quòd in eo sunt. quod mouetur, vt nautæ. nō enim similiter mo-

Tex. 36.

Tex. 37.

Moueri alterum quid bifariam dicat.

uentur nauli, hæc enim secundum seipsam mouetur: illi autem eò quòd sunt in eo, quod mouetur. Manifestum autem in partibus est. proprius enim motus pedum ambulatio est, hęc autem & hominū est non: ineſt autem nautis tunc.

Tex.38. ¶Dupliciter itaq; dicto ipso moueri, nunc intendimus de anima, si per seipsam mouetur, &

Motus ſpecies. participat motu. Quatuor autē motus cùm sint, latio, alteratio, augmentum, & decrementum, aut secundum vnum horum mouebitur, aut secundum plures, aut secundum omnes. Si vero mouetur non secundum accidēs, natura inerit motus ipsi. si autem hoc, & locus. omnes enim dicit

Tex.39. motus in loco sunt. ¶ Si autem est substantia animæ mouere seipsam, non secundum accidēs ipsum moueri ipsi inerit, sicut albo, vel triēbito. mouentur enim & hæc, sed secundum accidēs, cui enim insunt, mouetur illud corpus. Vnde non est locus ipsorum. animæ autem erit si

Tex.40. quidem natura motu participat. ¶ Amplius autem, si natura mouetur, & violentia mouebi-

Quod mouetur naturaliter, mouetur violenter, & e contra. tur: & si violentia, & natura. Eodem autem modo se habet & de quiete. in quod enim mouetur natura, & quiescit in hoc natura. in quod autē violentia mouetur, quiescit & in hoc violentia. Quales autem violenti motus animæ erunt, & quietes, neque fingere violētibus facile est reddere. Amplius autem, si quidem sursum mouebitur, ignis erit: si vero deorsum, terra. horum autem corporum motus hi. Eadem autem ra-

Tex.41. tio & de mediis. ¶Præterea, quoniam videtur mouere corpus, rationabile est iis mouere motibus, quibus & ipsa mouetur. Si autem hoc, & conuertētibus est dicere verum, quòd secundum quem corpus mouetur, eo & ipsa corpus autem

autem mouetur secundum lationem: quare & anima mouebitur, sicut corpus, aut tota, aut secundum partes transiata. Si autem hoc, & egredi iterum ingredi continget. ad hoc autem sequetur, vt resurgant mortua animalium.

¶ Motu autem secundum accidens etiā ab alio moueretur. pelletur enim vtique violentia animal. Non oportet autem, cui à seipso mouetur. ineſt in substantia, hoc ab alio moueri, nisi secundum accidens. sicut neq; quod secundum bonum, aut propter seipsum, hoc quidem propter aliud esse, hoc autem alterius causa.

Quod ſecundum ſe bonum eſt, propter aliudnon eſt.

¶ Animam autem maxime dicet aliquis vtique à sensibilibus moueri, si quidem mouetur. At vero & si mouet ipsa seipsam, & ipsa mouebitur vtique. Quare quoniam omnis motus † remotio est eius quod mouetur secundum quòd mouetur, & anima † remouebitur vtique à substantia, nisi secundum accidens seipsam moueat, sed est motus substantiæ ipsius per se.

Tex.42.

Tex.43.

† *exitus.*

† *exibit.*

¶ Quidā autem & mouere animā dicunt cor-

Tex.44. *Democritus.* pus, in quo est, sicut ipsa mouetur. vt Democritus. similiter dicēs Philippo Comœdiarū magistro. Refert enim Dædalū mobilē fecisse ligneā Venerem, infundendo argentū fusile. Similiter autē & Democritus dicit. motas enim inquit insensibiles sphæras, propterea quòd aptæ natæ sunt nunquā manere, cōtrahere, & mouere corpus omne. Nos autē interrogabimus, si & quiescere facit hoc idē. quomodo autē faciet, hoc difficile est, aut etiam impossibile dicere. Omnino quidē non sic videtur anima mouere animal, sed per electionē quandā, & intellectionē. ¶Eodē autem modo & Timæus † naturaliter ostendit animā mouere corpus. eò enim quòd mouetur

Tex.45. † φυσικῶς.

ipsa,

ipsa, & corpus mouere, propterea quòd cõtexta est ad ipsum. Constituit enim ex elemẽtis, & dispartitam secundum † harmonicos numeros, quatenus connaturalem sensum † harmoniæ habeat. &, vt totum feratur consonantibus lationibus, rectitudinem in circulum flexit. & cõdiuidendo fecit ex vno duos circulos duplicitèr connexos, iterum vnum diuisit in septem circulos, tanquã essent cœli lationes animæ motus.

† Sonoros. † Concentus.

Tex.46. ¶Primum igitur non bene est dicere animã magnitudinem esse. Eam enim quę vniuersi, tam

Rationes contra Platonem.

lem esse vult qualis est vocatus intellectus. non enim qualis sensitiua est, neque qualis desyderatiua: harum enim motus, non circulatio est.

Tex.47. ¶Intellectus autem vnus, & continuus est, sicut & intellectio. intellectio autem ipsæ nocionet. hæ autem, eò quòd consequenter vnum, sicut numerus, sed non sicut magnitudo. Quapropter neq; intellectus sic cõtinuus, est, sed aut impers, aut non sicut magnitudo aliqua cõtinua. Qualiter enim intelliget, magnitudo cùm sit qualibet parte suat parte autem, aut secundam magnitudinem, aut secundum punctum, si oportet & hoc partem dicere. Si igitur secundum punctum: hæc autem infinita: manifestum est quod nunquam pertransibit. Si vero secundum magnitudinem, sæpe, aut infinities intelliget idem. videtur autem & semel contingere. Si autem sufficiat qualibet partium tangere, quid oportet circulo moueri, aut etiam omnino magnitudinem habere? ¶Si autem necessarium

Tex.48.

intelligere toto circulo tangentem, quis est partibus tactus? Amplius, quomodo intelliget partibile imperti, aut impers partibili? Necessarium autem est intellectum esse circulum hoc

intellectus enim motus intellectio, circuli autem circumlatio. Si ergo intellectio circumlatio, & intellectus vtique erit circulus, cuius hufmodi circumlatio intellectio. Semper autem aliquid intelliget, siquidem perpetua circumlatio. † Actiuarum enim intellectionum termini omnes enim alterius causa sunt. Speculatio autem, rationibus terminantur similiter. & ratio autem omnis definitio est, aut demonstratio. Demonstrationes vero & à principio sunt, & habent quodammodo finem syllogismum, aut conclusionem. Si autem non terminantur, sed non reflectuntur iterum in principium, accipientes autem semper medium, & extremitatem recte procedunt. circumlatio autem iterum in principium reflectitur. definitiones enim omnes finitæ sunt. Amplius autem, si eadem circumlatio sæpe fiat, oportebit sæpe intelligere idem. Adhuc autem & intellectio assimilatur cuidam quieti, & stari, magis quàm motui. eodem autem modo & syllogismus.

† *a.l. Fatũ narũ quam ultima. & intellectuum.*

Intellectus magis assimilatur quieti quã motui. Idẽ 7. Phys. tex. 30.

¶At vero neque beatum, quod non facile, sed violentum. Si autem est motus ipsius non substantia, præter naturam vtique mouebitur. laboriosum autem est & commistum esse corpori, non potens absolui, & præterea fugiendum. siquidem melius est intellectui non cum corpore esse, quemadmodum & consuetum est dicere, & multis placet. ¶Immanifesta autem est & cur circulariter fertur cœlum causa. Neq; enim animæ substantia causa est cur circulariter feratur: sed secundum accidens sic mouetur. neque corpus causa, sed anima magis illi. At vero neque quòd melius dicitur, & tamẽ oportebat propter hoc Deum facere circulariter ferri ani

Tex.49. *Vide cõtra. Tex. Consuetum est dicere animã non misceri corpori.* Tex.50.

ri animam, quia melius sit ipsi moueri quàm manere, moueri autem sic quàm aliter.

Tex.51. ¶Quoniam autē huiusmodi intentio est alia rationibus magis propria, hanc quidem dimittamus nunc. Illud autem inconueniens accidit huic rationi, & pluribus, quæ de anima. Coniungulant enim & ponunt in corpus animam, nihil vltra determinantes propter quam causam, & quomodo habente corpore. ¶Et tamen videtur hoc vtiq; necessarium esse, propter cōmunionē enim hoc quidē agit, illud autē patitur: & quidem mouet, illud autem mouetur. horum autem nihil ineſt adinuicem quibuscunque.

Tex.52.

Tex.53. ¶Hi autem solū conantur dicere quale quid sit anima, de susceptiuo autem corpore nihil amplius determinant: tanquam possibile sit, secundum Pythagoricas fabulas, quam libet animam quodlibet corpus ingredi. Similiter itaque dicunt, atque si quis dicat Tectonicam in fistulas ingredi oportet enim autem quidem vti instrumentis, animum autem corpore. † Videre enim vnumquodq; proprium habere speciem, & formam.

Pythagorica fabula.

† *Hæc verba in omnibus exemplaribus nō reperiuntur.*

Caput Secundum. Confutatur opinio, Animam harmoniam esse asserens.

Tex.54. ALia autem quædam opinio tradita est de anima, credibilis quidem multis, & nulla inferior earum, quæ dicta sunt, rationibus tanquàm pœnis afflictata & in iis, qui in communi sunt sermonibus. Harmoniam enim quandam ipsam dicūt, etenim harmoniā temperamentum, & compositionem esse contrariorum, & corpus componi ex contrariis. ¶Atqui harmonia ratio quædam commistorum est, aut compositio:

Harmonia.

Tex.55.

animam autem neutrum possibile est esse horum. Amplius autem mouere non est harmoniæ: animæ autem attribuunt hoc omnes.

¶Congruit autem magis de sanitate dicere harmoniam, & omnino de corporeis virtutibus quàm de anima. manifestum autem, si quis voluerit reddere passiones, & opera animę harmonia quadā: difficile enim harmonice coaptare. Amplius autem si dicamus harmoniam in duo respicientes, maxime quidē proprie mediocritatem in habentibus motum, & positionem compositionē ipsarum, cum sic congruunt nihil eiusdē generis suscipiant: hinc autem & eorum, quæ commiscentur, rationem, neutro vtique modo rationabile. †Compositio autem quantum corporis multum inuestigabilis existit. multæ enim sunt compositiones partium, & multipliciter. Cuius igitur, & quomodo contingit accipere intellectum compositionem esse, sensitiuum, aut appetitiuum?

Tex.56.

Tex.57.

† *al. Neq; compositio partiū corporis valde examinabilis est.*

¶Similiter autem inconueniens & rationem mistionis esse animam. non enim eandem habent rationem mistio elementorum, secundum quam caro, & secundum quam os. Accidet igitur & multas animas habere, & secundum totū corpus: siquidem omnia ex elementis commista fiunt, commistionis autem ratio harmonia est, & anima. ¶Postulabit autē hoc vtiq; aliquis & ab Empedocle. vnamquanq; enim ipsarum in ratione quadam dicit esse. Vtrum igitur ratio ipsa anima est, an magis aliquid aliud existens significatur in membris? Amplius autē, vtrum concordia cuiuslibet mistionis causa, an eius, quæ secundum rationem? Et hæc, vtrum ratio est, an aliquid aliud præter rationem?

Tex.58.

Tex.59.

Hæc

Tex.60. ¶ Hæc igitur habent huiusmodi dubitationes. Si vero aliud est à mistione anima, cuius vnam cum ipso carnis esse, & aliarum partium animalis tollitur? Ad hæc autem, siquidem vnaquæque partium habet animam, si non anima ratio commissionis, quid est quod corrumpitur, anima deserente?

Tex.61. ¶ Quòd igitur neque harmoniam possibile est esse animam neque circulariter moueri, manifestum ex dictis. secundum accidens autem moueri, vt diximus, est, & mouere seipsam, moueri quidem id, in quo est, hoc autem moueri ab anima. aliter autem non est possibile moueri secundum locum ipsam.

Caput Tertium. Examinantur dubitationes mouentia Animam moueri per se suadentes.

Tex.62. RAtionabilius autem dubitabit vtique aliquis de ipsa, tanquam quæ moueatur, ad huiusmodi respiciens. Dicimus enim animam tristari, gaudere, considere, timere: amplius autem irasci, & sentire, & cogitare. hæc autem omnia motus esse videntur. vnde opinabitur aliquis ipsam moueri.

Tex.63. ¶ Hoc autem non est necesse. nam & si quæ maxime tristari, aut gaudere, aut cogitare motus sunt, & vnumquodque moueri aliquid, moueri tamen ab anima est: vt irasci, aut timere, eò quòd cor hoc modo mouetur: cogitare autem aut huiusmodi, aut forsitan aliquid aliud. Horum autem accidunt alia quidem secundum locationem quibusdam motis: alia vero secundum alterationem. qualia autem, & quomodo, alia ratio est.

Tex.64. ¶ Dicere autem irasci animam, sic

mile est ac si quis dicat eam texere, vel ædificare. † melius enim fortasis est non dicere animam misereri, aut addiscere, aut cogitare, sed hominem animam hoc autem, non tanquam mouentem illa existente, sed aliquando quidem vsque ad illam, aliquando quidem ab illa. vt sensus quidem ab his, reminiscentia vero ab illa ad has, qui sunt in sensuum instrumentis, aut quietes. ¶ Intellectus autem videtur † innasci, seruari substantia quædam existens, & non corrumpi. Maxime enim corrumperetur vtique ab ea, quæ in senio, debilitate, nunc autem, quemadmodum in sensoriis accidit. si enim acciperet senex oculum talem, & videret vtique sicut & iuuenis. quapropter senium non est quia suscipiat aliquid anima, sed id in quo, sicut in ebrietate, & morbis. ¶ Ipsum igitur intelligere, & ipsum speculari marcescit, alio quodam interius corrupto: ipsum autem impassibile est. Cogitare autem, & amare, aut odisse non sunt illius passiones, sed huius habentis illud. secundum quòd illud habet. Quare & hoc corrupto, neque meminit, neque amat, non enim illius erant, sed communis, quod quidem destructum est. Intellectus autem fortasis diuinius quid, & impassibile est. Quòd igitur non sit possibile moueri animam, manifestum ex his. si autem omnino non mouetur, manifestum quòd neque ipsa. ¶ Multo autem iis, quæ dicta sunt, irrationabilius, dicere animam esse numerum seipsum mouentem. Insunt enim his impossibilia plura. prima quidem, quæ ex ipso moueri accidunt: deinceps autem ex eo, quòd dicunt ipsam esse numerum. Quomodo enim oportet intelligere animam, vel sentire, vel cogitare, vel vniuersaliter moueri, & à quo, & quomodo, impar-

† *Melius est dicere hanc animam misereri, & addiscere, & intelligere, quam animam: nam sic mouetur.*

† *alias adquirere.*

Se senex non videret sicut iuuenis.

Intellectus diuinus aliquid, & impassibile est.

Rationes contra ponentes animam esse numerum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibilem & indifferentem existentem? Nam si est motiua & mobilis, dissetre oportet.

Tex.68. ¶Amplius autem, quoniam dicunt lineam motam planum facere, punctum autem lineam & vnitatem motus lineæ esse. punctum enim vnitas est positionem habens. numerus autem animæ iam alicubi est, & positionem habet. Amplius autem, à numero si auferat aliquis numerum, aut vnitatem, relinquitur alius numerus. plantæ autem, & animalium multa diuisa viuunt: & videntur eandem habere animam specie. ¶Videbitur autem vtique nihil differre, dicere vnitates, an corpuscula parua. Etenim ex Democriti sphæriulis si fiant puncta, manebo autem manebat quantitas, erit aliquid in ipso, hoc quidem, quod mouet, illud autem, quod mouetur, sicut in magnitudine. non enim, propterea quòd magnitudine differt hoc, aut parua est, accidit quod dictum est, sed quia quantum. Vnde necesse est aliquid esse motiuum vnitatum. si autem in animali id, quod mouet, anima est, & in numero. quare non quod mouet, & quod mouetur est animal, sed quod mouet solum.

Multa animalia diuisa viuunt, & videntur habere eandem animam specie.

Idem infra text. 93.

Tex.69.

Tex.70. ¶At vero quomodo possibile est hanc vnitatem esse? oportet enim inesse ipsius quandam differentiam ad alias. puncti autem vnici quæ vtique differentia erit, nisi positio? Si igitur sunt aliæ, quæ in corpore, vnitates, aut puncta, in eadem erunt vnitates, obtinebit enim locum punctum. attamen quid prohibebit in eodem esse? duæ sunt, & infinitæ? quorum enim locus est indiuisibilis, & ipsa. ¶Si autem, quæ in corpore, puncta numerus animæ sunt, aut si qui eorum, quæ in corpore, punctorum numerus anima, quare non omnia habent animã corpora? puncta

puncta enim in omnibus videntur esse, & infinita. Amplius autem, quomodo possibile est separati puncta, & absolui à corporibus? siquidem non diuiduntur lineæ in puncta.

Caput Quintum. Animam ex subtilissimo corpore non componi.

Tex.71. ACcidit autem, sicut diximus, partim quidem idem dicere corpus quoddam subtilissimum partium ipsam ponentibus: partim autem, sicut Democritus dicit, ab anima moueri, propterea inconuenientes. Si enim est anima in omni eo, quod sentit corpore, necesse est in eodem esse corpora, si corpus aliquod anima. Numerum autem dicentibus, in vno puncto puncta multa, aut omne corpus animam habere: nisi quidam numerus differens innascatur, & alius ab his, quæ in corpore punctis.

Tex.72.

Tex.73. ¶Accidítque animal moueri à numero, sicut & Democritum diximus ipsum mouere. Quid enim differt dicere sphæras paruas, an vnitates magnas, aut omnino vnitates motas? vtroque enim modo necesse est mouere animal, eò quia mouentur ipsæ. ¶Complectentibus igitur in vnum, numerum, & motum, & hæc accidunt, & multa alia huiusmodi. non enim solum definitionem animæ impossibile est huiusmodi esse, sed & accidens. Manifestum est autem, si quis conatus fuerit ex ratione hac passiones, & opera animæ reddere, vt ratiocinationes, sensus, voluptates, dolores, & quæcunque alia huiusmodi. Sicut enim diximus prius, neque diuinare est facile ex ipsis. ¶Tribus autem modis traditis, secundum quos definiunt animam: illi quidem

Tex.74.

Tex.75.

maxime motiuum enuncrauerunt, eo quòd moueat seipsam: hi autem corpus subtilissimarum partium, aut maxime incorporeum aliorum. hæc autem quas dubitationes, & subcontrarietates habent percutimus ferè. Reliquum est autem considerare, quomodo dicitur ex elementis ipsam esse. dicunt enim, quatenus sentiat ea, quæ sunt, & vnum quodque cognoscat.

Tex.76. ¶Necessarium autem est accidere mula, & impossibilia rationi. Ponunt enim cognoscere simile simili, perinde ac si animam res ponant. Non sunt autem hæc sola, multa vero & alia magis autem formabilis infinita numero, quæ

Tex.77. sunt ex his. ¶Ex quibus igitur est vnū quodque horum, sic ea cognoscere, animam, & sentire ex compositum, quo cognoscet, aut sentiet, vt quod Deus, aut homo, aut caro, aut os, similiter autem & quodlibet aliud compositorum? Non enim quolibet modo se habentia elementa horum vnumquodque, sed ratione quadam, & cōpositione, sicut & Empedocles dicit ipsum Os *Terra autē, aufona in amplis infundiebula Bini ex octo partibus sortita est fluuida lumina. Quatuor autem Vulcani: ossa autem albi fulla sunt.* Nulla igitur vtilitas elementa in anima esse nisi & cognitiones inerunt, & compositio, cognoscet enim vnumquodque, simile eorum autem, aut hominem nihil, nisi & hæc inerunt. hoc autem quòd impossibile sit, nihil oportet dicere. Quis enim habitabit, si insit in anima lapis, aut homo similiter autem & bonum, & non bonum, eodem autem modo & de aliis?

Tex.78. ¶Amplius autem, cùm multipliciter dicatur id quod est: significat enim aliud quidem hoc aliquid, aliud autem quantitatem, aut qualitatem, aut etiam quoddam aliud diuisorum prædicamentorum) vtrum ex omnibus erit anima, an non? sed non videntur communia omnium esse elementa. Num igitur quæcunque substantiarum sunt, ex his solis? Quomodo igitur cognoscit & aliorum vnumquodque? An dicent vniuscuiusque generis esse elementa, & principia propria, ex quibus animam constare? Erit ergo & quantitas, & qualitas, & substantia. Sed impossibile est ex quantitatis elementis esse substantiam, & non quantitatem. Dicentibus autem ex omnibus, hæc, & huiusmodi alia accidunt. ¶Inconueniens autem est dicere qui- Tex.79.
dem impassibile esse simile à simili: sentire autē simile simile, & cognoscere simile simili, sentire autem pati aliquid, & moueri ponunt: similiter autem & cognoscere, & intelligere. Cùm autem multas dubitationes, & difficultates habeat dicere, sicut Empedocles, quòd corporeis elementis singula cognoscuntur, & ad simile, tessatur quod nunc dictum est. quæcunque enim insunt in animalium corporibus simpliciter terræ, vt ossa, nerui, pili, nihil sentire videntur. quare neque similia, & tamen conueniebat. *Ossa, nerui, pili, nihil sentire videntur. Vide contra. Zim.*

¶Amplius autem vnicuique principiorum Tex.80.
ignorantia amplior, quàm intelligentia inest. cognoscet enim vnum vnumquodque, multa autem ignorabit. omnia enim alia. Accidit autem & Empedocli insipientissimum esse Deum. ipsum enim elementorum vnum non cognoscet ipsam discordiam: mortalia autem omnia. ex omnibus enim vnumquodque. Tex.81.

¶Omnino autem, propter quam causam non omnia, quæ sunt, habent animam: cùm omne aut elementum sit, aut ex elemento vno, aut plu-

tibus, aut omnibus? necesse enim est vnum aliquod cognoscere, aut quædam, aut omnia.

Tex.82. ¶Dubitabit autem vtique aliquis & quidest vnum faciens ipsa. materiæ enim similia sunt elementa. Principalissimum enim est illud quod continet, quodcunque est. anima autem aliquid esse melius, & præstantius impossibile est. impossibilius autem adhuc intellectu. rationabilissimum enim esse hunc antiquissimum, & dominum secundum naturam. elementa autem dicunt esse prima entium.

Aliquid esse melius & præstantius anima impossibile est. impossibilius autem adhuc intellectu.

Tex.83. ¶Omnes autem, & qui ex eo, quod cognoscit, & sentit ea, quæ sunt, ex elementis dicunt ipsam, & qui maxime motiuum, non de omnia dicunt anima. Neque enim sententia omnia motiua. videntur enim esse quædam animalium mansiua secundum locum: & tamen videtur hoc solo motu mouere anima animal. Similiter autem & quicunque intellectum, & sensitiuum ex elementis faciunt. videntur enim plantæ viuere, non participantes latione, neque sensu: & animalium multa intelligentiam non

Tex.84. habere. ¶Si autem aliquis & hæc concesserit, posuerítque intellectum partem aliquam animæ, similiter autem & sensitiuum, neque vtique sic dicent de omni anima, neque de tota, neque

Orphica carmina. de vna. Hoc autem sustinuit &, quæ est in Orphicis vocatis carminibus, ratio. dicit enim animam ex toto ingredi respirantibus, latam à ventis. Non possibile itaque plantis hoc accidere, neque animalium quibusdam: siquidem non

Tex.85. omnia respirant. ¶Hoc autem latuit fic opponantes. Si vero ex elementis animam facere oportet, nihil oportet ex omnibus. Sufficit enim est altera pars contrarietatis seipsam dissi-

cate, & oppositam. tacto enim & ipsum, & obliquum cognoscimus. iudex enim vtrorumque ipsum, & obliquum. obliquum autem neque sui ipsius, neque tetigit. ¶Et in toto autem quidam ipsam mi-

Tacto & obliquum cognoscimus.

iudex enim vtrorumque regula.

nimam esse dicunt. vnde fortassis & Thales opinatus est omnia esse plena Diis. Hoc autem habet quasdam dubitationes. Propter quam enim

regula.

causam in aëre, aut in igne anima cùm sit, non Tex.86. facit animal, in mistis autem: præsertim, cùm Thales Melior in illis esse videatur? Quæret autem vtique aliquis, & quam ob causam quæ in aëre anima, quæ in animalibus, melior est, & immortalior. ¶Accidit autem vtroque modo incon-

Thales Melior opinatus est animalia esse plena Dis.

uenientes, & irrationabile. etenim dicere animal Tex.87. ignem, aut aërem, irrationabilium est. & non dicere animalia, cùm anima insit, inconueniens est. ¶Opinari autem videntur animam esse Tex.88. & in his, quoniam totum cum partibus eiusdem speciei est. Quare necessarium ipsis dicere & animam eiusdem speciei cum partibus esse, si, quia intercipitur aliquid continentis in animalibus, animata animalia fiunt. Si autem aër quidem discerptus eiusdem speciei sit: anima autem dissimilium partium: hoc quidem aliquid ipsius inerit, vt patet, aliud autem non inerit. Necesse est igitur ipsam aut similium partium esse, aut non inesse in qualibet parte totius. Manifestum igitur ex dictis est quòd

neque cognoscere inest animæ, propterea quòd sit ex elementis:
neque moueri ipsam bene,
atque vere dicitur.

Caput Septimum. Nonnulla proponuntur difficultates de ipsius Animæ vnitate, ac partibilitate.

Tex.89. QVoniam autem cognoscere animæ est, & sentire, & opinari: adhuc autem contemplisci ere, & deliberare, & omnino appetitus: at autem & secundum locum motus ab anima animalibus: adhuc autem & augmentum, & status, & decrementum, vtrum toti animę vnũquodque horum ineſt, & tota & intelligimus, & sentimus, & aliorum vnumquodque facimus, & patimur: an partibus aliis alia. Et ipsum etiam viuere, vtrum in aliquo horũ est vno, aut in pluribus, aut in omnibus, an & aliqua alia causa est.

Tex.90. ¶Dicunt itaque quidem partibilem ipsam, & alia quidem intelligere, alia autem consentire. Quid igitur continet animam, si partibilis est natura? Nõ enim vtique corpus. videtur enim contra magis anima corpus continere. egrediente enim expirat, & putrescit.

Tex.91. ¶Si igitur aliquid aliud vnam ipsam facit, illud maxime vtique erit anima. Oportebit autem iterum & illud quærere, vtrum vnum, an multarum partium sit. Si enim vnum est, propter quid non mox & animam vnum esse? si vero partibile, iterum ratio quæret quid est continens. & sic vtique proceder in infinitum.

Tex.92. ¶Dubitabit autem aliquis & de ipsius partibus, quam potentiam habeat vnaquæque in corpore. Si enim tota anima totum corpus continet, conuenit & partium vnamquanque continere aliquid corporis. Hoc autem assimilatur impossibili. quam enim partem, aut quomodo intellectus continebit, difficile est etiam fingere.

Anima vnaimme an multarum partium.

Tex.93. *Idem supra tex. 8.* ¶Videntur autem & plantæ viuere duntaxat, & animalium insectorum quædam, tanquam eandem habentia animam specie, etsi non numero, vtraque enim partium sensum habet, & mouetur secundum locum ad aliquod tempus.

¶Si autem non permanent, nullum inconuenies est. instrumenta enim non habent, quibus saluent naturam, sed nihilo minus in vtraq; partium omnes inexistunt partes animæ. Et eiusdem speciei sunt ad inuicem, & toti. adinuicem quidem, tanquam quæ non separabiles sunt: toti autem animæ, tanquam indiuisibili existente. ¶Videtur autem &, quod in plantis, principium anima quædam esse hac, enim sola communicant & animalia, & plantæ. Et hæc quidem separatur à sensitiuo principio: sensum autem nihil sine hoc habet.

Tex.94.

Tex.95.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARISTOTELIS DE ANIMA

LIBER SECVNDVS.

SVMMÆ LIBRI.

In Prima inuestigat, ac tradit Animæ definitionem.
In Secunda Animæ potentias, earum ordinem, ac quæ pallo definiri debeant declarat.
In Tertia de potentia Animæ vegetatiua sermonem facit.
In Quarta de potentia Animæ sensitiua.
In Quinta probat non dari sextum sensum: cùmque non vnum, sed plures habeamus.
In Sexta quærit an eodem, quo sentimus sensu, etiam sentire nos percipiamus: Sensumque, quem Communem appellamus, explanat.
In Septima ponit differentiam inter intelligere, sapere, ac ipsum sentire, muestigatque ipsius Imaginationis essentiam.

Summa Primæ Capitis Primum. Traditur Animæ definitio declarans tantummodo quid est.

Tex.1. VM autem quæ à prioribus tradita sunt de anima, dicta sint, iterum tanquam à principio rediamus, tentantes determinare quid est anima, & quę vtique est communissima ratio ipsius. *Vide cõtra. Zim.*

¶Dicimus itaque vnum quoddam genus Tex.2. eorum, quæ sunt, substantiam. Huius autem aliud

aliud quidem sicut materiam, quod secundum se quidem non est hoc aliquid. Aliud autem formam, & speciem, secundum quam iam dicitur hoc aliquid. & Tertium, quod ex his. Est autem materia quidem potentia, forma autem actus. Et hoc dupliciter: hoc quidem, sicut scientia, illud autem, sicut speculari. ¶Substantiæ autem maxime esse videntur corpora: & horum, naturalia. hæc enim aliorum principia. Naturalium autem, alia quidem habent vitam, alia autem non habent. Vitam autem dicimus, quæcunque ipsum sit, altionem, augmentationem, & diminutionem. Quare omne corpus naturale participans vita, substantia erit. substantia autem sic, vt composita. ¶Quoniam autem est Tex.4. corpus huiusmodi, vitam enim habens, non vtique erit corpus anima. non enim est eorum, quæ in subiecto, corpus magis autem, sicut subiectum, & materia est. Necesse est ergo animam substantiam esse sicut formam corporis naturalis, potentia vitam habentis. Tex.3. *Vide cõtra. Zim.* *Vide cõtra. Zim.*

¶Substantia autem actus, huiusmodi igitur Tex.5. corporis actus. † Hic autem dicitur dupliciter: alius quidem, sicut scientia: alius autem, sicut speculatio. manifestum ergo, quòd sicut scientia. Ex eo enim, quia ineſt anima, & somnus, & vigilia est. proportionale autem vigilia quidem speculationi, somnus autem habitui non exeunti in actum. ¶Prior autem generatione in eodem scientia est. Vnde anima est actus primus corporis naturalis potentia vitam habentis. Tex.6. † *Actus duplex, primus, & secundus.*

tale autem, quod vtique sit instrumentale. Instrumenta autem & plantarum partes sunt, sed penitus simplicia, vt folium eius, quod circa fructum cooperimentum: id autem, quod circa fructum *Vide cõtra. Zim.*

fructum fructus. radices vero ori similes sunt: vtraque enim trahunt alimentum.

¶Si autem aliquid commune in omni anima
Tex.7. oportet dicere, erit vtique primus actus corporis naturalis, instrumentalis. Vnde non oportet quærere, si vnum est anima & corpus: sicut neque ceram & figuram, neque omnino vnius cuiusque materiam, & id, cuius materia. vnum enim, & esse cum multipliciter dicatur, quod proprie est, actus est. ¶ Vniuersaliter igitur
Tex.8. dictum est quid sit anima. substantia enim est, quæ secundum rationem, hoc autem est, quod quid erat esse huiusmodi corporis. Sicut si aliquod instrumentorum naturale esset corpus, vt securis. esset enim securi esse substantia ipsius, & anima hoc, separata autem hac, non vtique amplius securis esset, nisi æquiuoce. nunc autem est securis. non enim huiuscemodi corporis ipsum quid erat esse, & ratio anima, sed naturalis huiuscemodi habentis in seipso principium
Tex.9. motus, & status. ¶ Considerare autem & in partibus oportet, quod dictum est. Si enim esset oculus animal, anima vtique ipsi visus esset substantia. hic enim est substantia oculi, quæ secundum rationem, oculus autem materia visus est. quo deficiente non est amplius oculus, nisi æquiuoce, sicut lapideus, aut depictus. Oportet igitur accipere quod est in parte, in toto viuente corpore: proportionaliter namque habet, sicut pars ad partem, totus sensus ad totum corpus sensificum, secundum quòd huiusmodi.

Tex.10. ¶ Non est autem quod abiecit animam potentia existens vt viuat, sed quod habet, semen autem, & fructus potentia huiusmodi corpus est. Sicut igitur incisio, & visio, sic & vigilia

Vide cõtra. Zim.

actus.

actus. vt autem visus & potentia instrumenti, sic anima: corpus autem, quod potentia est. sed sicut oculus est pupilla, & visus, & ibi anima, & corpus animal. ¶ Quòd igitur non sit anima Tex.11.
separabilis à corpore, aut partes quædam ipsius, si partibilis nata est, non immanifestum est. quorundam enim actus partium est ipsarum. At vero quasdam nihil prohibet, propterea quòd nullius corporis sunt actus. Amplius autem immanifestum, si sit corporis actus anima, sicut nauta nauis. Figura igitur sic determinatum & descriptum sit de anima.

Immanifestum est si sit anima corporis actus. sicut nauta nauis.

Caput Secundum. Traditur Anima definitio propria, scilicet per ipsum rei causam.

QVoniam autem ex obscuris quidem, manifestioribus autem fit certum & secundùm rationem notius, tentandum est iterum sic aggredi de ipsa. Non enim solum ipsum quòd sit oportet definitiuam rationem ostendere, sicut fiunt definitionum dicunt, sed & causam inesse, & apparere. Nunc autem vt conclusiones rationes definitionum sunt, vt quid est † tetragonismus? æqualē alterā parte longiori rectangulum æquilaterale esse. talis autem definitio ratio conclusionis. Dicens autem quòd tetragonismus est medię inuentio, rei causam dicit. Tex.12.

† *al. quadratum.*

¶ Dicamus igitur principium accipientes considerationis, determinati animatum ab inanimato ipso viuere. Multipliciter autem ipso viuere dicto, & si vnum aliquod horum insit solum, viuere ipsum dicimus, vt intellectus, & sensus, & motus, & status secundum locum, adhuc autem motus secundum alimentum, & augmentum, Tex.13.

Vide cõtra. Zim.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tex.14. tum, & decrementum. ¶Vnde & vegetabilia omnia videntur viuere, videntur enim in seipsis habere potentiam, & principium huiusmodi, per quod augmentum, & decrementum suscipiunt secundum contraria loca. non enim sursum quidem augentur, deorsum autem non, sed similiter in vtraque, & omnem in partem aluntur, & viuunt semper, quousque possunt

Tex.15. accipere alimentum. ¶Separari autem hoc quidem ab aliis possibile est: alia autem ab hoc impossibile, in mortalibus. Manifestum est autem in † vegetabilibus. nulla enim inest ipsis potentia alia animæ.

† al. ipsis plantis.

Tex.16. ¶Viuere igitur propter hoc principium inest omnibus viuentibus. Animal autem propter sensum primo. etenim quæ non mouentur, neque mutant locum, habent autem sensum, animalia dicimus, & non viuere solum.

Animal est per sensum primo.

Tex.17 ¶Sensus autem, primo inest omnibus tactus. Et, sicut vegetatiuum potest separari à tactu, & omni sensu, sic & tactus ab aliis sensibus. Vegetatiuum autem dicimus huiusmodi partem animæ, qua & plantæ participant. Animalia autem omnia videntur tangendi sensum habere.

Tex.18. ¶Propter quam autem causam vtrumque horum accidit posterius dicemus, nunc autem tantum dictum sit solum quòd anima est horum, quæ dicta sunt, principium: & his definita est, vegetatiuo, sensitiuo, cogitatiuo, motu.

Tex.19. ¶Vtrum autem vnumquodque horum est anima, an pars animæ: & si pars, vtrum sic, vt sit separabilis ratione solum, an & loco: de quibusdam quidem horum non est difficile videre, quædam autem dubitationem habent.

Tex.20. ¶Sicut enim in plantis quædam diuisa videntur viuere, & separatæ abinuicem, tanquam existente in his anima, actu quidem vna in vnaquaque planta, potentia autem pluribus, sic videmus & circa alias differentias animæ accidere in his, quę incidunt in insectis. Etenim sensum, vtraque partium habet, & motum secundum locum: si autem sensum, & imaginationem, & appetitum. vbi enim sensus est, & dolor, & voluptas consequitur, vbi autem hæc sunt, ex necessitate & desyderium est.

Vide tertiam Zim.

¶De intellectu autem, & speculatiua potentia nihil adhuc manifestum est: sed videtur genus aliud animæ esse, & hoc solum posse separari, sicut perpetuum à corruptibili.

Tex.21.

¶Reliquæ autem partes animæ manifestum ex his quòd separabiles non sunt, sicut quidam dicunt, ratione autem quòd aliæ manifestum est. sensitiuo enim esse, opinatiuo aliud: siquidem & sentire ab ipso opinari, similiter autem & aliorum, quæ dicta sunt, vnumquodque.

Tex.22.

¶Adhuc autem quibusdam † animalium omnia insunt: hæc, quibusdam vero quædam horum: alijs autem vnum solum, hoc autem facit differentiam animalium. propter quam autem causam sic fit, posterius perscrutandum. Similiter autem & circa sensus accidit. alia enim habent omnes: alia vero quosdam, quædam vero vnum maxime necessarium, tactum.

Tex.23. † a. l. animantium.

¶Quoniam autem id, quo viuimus, & sentimus, dupliciter dicitur, sicut id, quo scimus. dicimus autem hoc quidem scientiam, illud autem animam: vtroque enim horum dicimus esse. similiter autem & id, quo sani sumus, aliud quidem sanitas est, aliud autem parte quadam corporis, aut etiam toto, horum autem scientia

Tex.24.

tia quidem, & sanitas forma est, & species quædam, & ratio, & vt actus susceptiuorũ, illa quidem scientifici. hæc vero sani. videtur enim in patiente, & disposito actiuorum inesse actus. anima autem id est, quo viuimus, & sentimus, & mouemur, & intelligimus primo: anima vtique ratio quædam erit, & forma, sed non vt materia & subiectum. ¶ Tripliciter enim dicta substantia, sicut diximus, quarum hæc quidem forma, illa vero materia, alia autem ex vtrisque. harum autem materia quidem potentia, forma autem actus: quoniam quod ex vtrisque, animatum, non est corpus actus animæ, sed ipsa corporis cuiusdam.

Actus actiuorum esse videtur in patiente. & disposito. idem infra tex. 26. Vide contradict. Zim.

Tex. 25.

Tex. 26. *Vide citra. Zim.*

¶ Et propter hoc bene opinantur, quibus videtur neque sine corpore esse, neque corpus aliquod anima. corpus enim non est, corporis autem aliquid est. Et propter hoc in corpore est, & in corpore huiusmodi, & non sicut priores ad corpus aptabant ipsam, nihil vltra decidentes, in quo, & quali, quamuis non videamus quodlibet recipere quodlibet. Sic autem fit & secundum rationem. vniuscuiusque enim actus in eo, quod potentia existit, & in propria materia, aptus natura est fieri. Quòd igitur actus quidam est & ratio potentiam habentis, vt sit huiusmodi, manifestum ex his.

Summa Secunda. De Anima potentiis, earum ordine, & quo pacto definiri debeant.

Tex. 27.

POtentiarum autem animæ, quæ dictæ sunt, aliæ quidem insunt omnes, aliis vero quædam harum, aliis vero vna sola. Potentias autem diximus, vegetatiuum, sentitiuum, appetitiuum, motiuum secundum locum, cogitatiuum. Inest autem plantis nutritiuum solum: aliis autem & hoc, & sensitiuum, si autem sensitiuum, & appetitiuum. appetitus enim concupiscentia est, & ira, & voluntas. Animalia autem omnia habent vnum ex sensibus tactum. cui autem sensus inest, huic & voluptas, & dolor, & iucundum, & molestum: quibus autem hæc, & concupiscentia. ipsius enim iucundi appetitus hæc. ¶ Adhuc autem alimenti sensum habent. tactus enim alimẽti sensus. siccis enim, & humidis, & calidis, & frigidis alimentur omnia viuentia, horum autem sensus, tactus, aliorum autem sensibilium secundum accidens. nihil enim ad alimentum confert sonus, neque color, neque odor: sapor autem vnum quoddam est tangibilium, fames autem, & sitis concupiscentia. & Fames quidem calidi, & siccitatis, sitis autem frigidi, & humiditas. sapor vero, vt condimentum quoddam.

Tex. 28.

Fames appetitus est calidiet siccitatis, sitis vero frigidi, & humiditas. sapor autẽ est vt condimentum quoddam.

¶ Exactius autem manifestandum de his posterius est: nunc autem intãtum dictum sit, quòd animalibus habentibus tactum & appetitus inest. De imaginatione autem immanifestum, posterius autem considerandum. Quibusdam autem ad hæc inest & secundum locum motiuum: aliis autem cogitatiuum, & intellectus, vt hominibus, & si quid aliud huiusmodi est, aut etiam honorabilius. ¶ Manifestum igitur est quòd eodem modo vna vtique erit ratio animæ, & figuræ. neque enim ibi figura est præter triangulum, & eas, quæ consequenter sunt, neque hic anima præter dictas est. fiet autem vtique & in figuris ratio communis, quæ conueniet quidem omnibus, propria autem nullius

Tex. 29. *Vide citra. Zim.*

Tex. 30.

Universidad de Deusto
Biblioteca

erit figuræ. similiter autem & in dictis animalibus. Vnde ridiculum est quærere communem rationem & in his, & in aliis, quæ nullius est eorum, quæ sunt propria. ratio: neque secundum propriam, & individuam speciem, dimittentes eam, quæ huiusmodi.

¶ Similiter autem se habent ei, quod de figu- Tex. 31.
ris, & quæ circa animam sunt. semper enim in eo, quod est consequenter, est potentia quod prius est, & in figuris, & in animatis, vt in quadrato quidem triangulus est, in sensitiuo autem vegetatiuum. Quare secundum vnumquodque quærendum quæ nam sit vnius cuiusque animæ vt quæ plantæ, & quæ hominis, aut bestiæ. Propter quam autem causam consequenter sic se habent, considerandum est. Sine enim vegetatiuo sensitiuum non est: sensitiuo autem separatur vegetatiuum in plantis. Iterum autem sine tactiuo quidem aliorum sensuum nullus est tactus autem sine aliis est. multa enim animalium neque visum, neque auditum habent, neq; odoris sensum. ¶ Et sentitiuorum alia quidem habent secundum locum motiuum, alia Tex. 32.
vero non habent: vltima autem & minima ratiocinationem, & intelligentiam. quibus enim inest ratiocinatio corruptibilia, his & reliqua omnia. quibus autem illorum vnumquodque non omnibus ratiocinatio: sed quibusdam quidem neque imaginatio, alia autem hæc sola viuunt. De speculatiuo autē intellecto alias sermo est. Quod igitur quæ de horum vnoquoque ratio, hæc propriissima & de anima, manifestum est.

Summa

Summa Tertia. De potentia Anima vegetatiua.

Caput Primum. Explicantur Animæ vegetatiuæ opera: reiarguiturque Empedocles de Alimentis causa.

Necessarium autem est eum, qui de Tex. 33.
his perscrutationem facturus est, accipere vnumquodque eorū quid est: postea sic de attinentibus inuestigare. Si autē oportet dicere quid vnumquodque ipsorum, vt quid intellectiuum, aut sensitiuum, aut vegetatiuum, prius adhuc dicendum quid sit intelligere, & quid sentire. priores enim potentiis actus, & operationes irrationem sunt. Si autem sic, his autem adhuc priora obiecta oportet consyderasse, de illis primum vtiq; oportebit determinare propter eandem causam, vt de alimento, & sensibili, & intelligibili. ¶ Quare primum de alimē- Tex. 34.
to, & generatione dicendū est. Vegetatiua enim anima & aliis inest, & prima, & maxime communis potentia est animæ, secundum quam inest ipsum viuere omnibus. Cuius sunt opera, generare, & alimento vti. naturalissimum enim operum, quæ in viuentibus, quæcunque perfecta, & non mutilata sunt, aut generationē spontaneam habent, est facere aliud, quale ipsum animal quidem animal, plantam autem plantam, vt ipso semper, & diuino participent, secundum quòd possunt. omnia enim illud appetunt, & illius causa agunt omnia, quæcunque agunt secundū naturam. ¶ Ipsum autem cuius causa Tex. 35.
duplex est: hoc quidem cuius, illud vero cui. Quoniam igitur communicare non possunt,

Solutio quæstionis propositæ in primo lib. text. 12.

Vulgata propositio. Omnia appetunt diuinum esse, id illius gratia agunt, quæcunque secundū naturam. Idem primo Phys. text. 81.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipso semper, & diuino continuatione, propterea quòd nihil contingit corruptibilium idem, & vnum numero permanere, secundum quod potest participare vnumquodque, sic communicat, hoc quidem magis, illud verò minus, & permanet non ipsum, sed quale ipsum, numero quidem non vnum, specie autem vnum.

Tex.36. ¶Est autem anima viuentis corporis causa, & principium. Hæc autem multipliciter dicuntur: attamen anima secundū determinatos modos tres causa dicitur. etenim anima causa est vnde motus, & cuius causa, & vt essentia animatorum corporum. Quòd igitur sit vt substantia, manifestum est. causa enim ipsius esse omnibus substantia est. ¶Ipsum autem viuere viuentibus esse est. causa autem, & principium horum, anima. Amplius autem actus eius, quod potentia est, ratio est manifestum autē est, quòd & cuius gratia causa anima. vtenim intellectus gratia alicuius facit, eodem modo & natura. & hoc est ipsius finis huiusmodi autem in animalibus anima, & secūdum naturam. omnia enim naturalia corpora animæ instrumenta sunt, sicut animalium sic & plantarum, tanquam gratia animæ existentia. Dupliciter autem dicitur ipsum cuius gratia, & cuius, & cui. At verò & vnde primum qui secundum locum motus anima est. non omnibus autem viuentibus ineſt potentia hæc. Est autem & alteratio, & augmentum per animam. sensus enim quædam alteratio esse videtur, nihil autem sentit, quod nō habeat animam. Similiter autem & de augmento, & decremento se habet. nihil enim decrementi patitur, neq; augmentatur naturaliter, nisi alatur: alitur autē nihil, quod nō communicet vita.

Anima est causa corporis animati tripliciter causæ.

¶Empe

¶Empedocles autem non bene dixit hoc, addens augmentum accidere plantis, deorsum Tex.38.
eadem cum radicantur, propterea quòd terra *Empedo-*
ferebatur secundum naturam, sursum autē pro- *cles.*
pterea quòd ignis similiter. Neque enim sursum
& deorsum bene accipit. non enim idem sur- *Instrumen-*
sum & deorsum omnibus, & ipsi vniuerso, sed *ta ex experi-*
vt caput animalium, sic radices plantarum sunt. *entia indicā-*
Congruit instrumenta dicere diuersa, & eadem *tur.*
esse omnibus. ¶Ad hæc autem, quid est quod con- Tex.39.
tinet quæ in contraria feruntur, ignem, & terram? distrahentur enim, nisi aliquid erit prohibens. Si verò erit, hoc est anima, & causa augendi, & alendi. ¶Videtur autem quibusdam ignis Tex.40.
maxima simpliciter causa nutritionis, & augmentationis esse. etenim ipse videtur solus corporum aut elementorum ali, & augmentari. vnde & in plantis, & in animalibus putabit vtique quia hunc esse id, quod operatur.

¶Hic autem concausa quidem quodammodo Tex.41.
est, non tamen simpliciter causa, sed magis ani- *Omnis na-*
ma. ignis enim augmentum in infinitum abit, *tura essen-*
quousq; fuerit combustibile. natura autem con- *tium termi-*
tinens omnium terminus est, & ratio magni- *nus est, &*
tudinis, & augmenti. hæc autem animæ sunt, sed *ratio ma-*
non ignis, & rationis magis, quàm materiæ. *gnitudinis, et augmēti.*
Vide citra.
Caput Secundum. De virtute vegetatiua abie- Zim.
Ita, Alimento scilicet.

QVoniam autem eadem potentia animæ est Tex.42.
vegetatiua, & generatiua, de alimento
necessarium est determinate primum. separatum enim ab aliis potentiis opere hoc. Tex.43.

¶Videtur autem esse alimentum contrarium
contrario: nō omne autem omni, sed quæcunque

contrariorum non solum generationem habent exinuicem, sed & augmentum, fiunt enim multa exinuicem, sed non omnia: vt sanum ex laborante. Videntur autem neque illa eodē modo adinuicem esse alimentum: sed aqua quidem igni alimētum est, ignis autem non alit aquam. In simplicibus igitur corporibus hæc esse videntur maxime, aliud quidem alimentum,
Tex.44. aliud vero, quod alitur. ¶Dubitationē autem habet. Dicunt enim hi quidē simile simili alli. sicut & augeri. Aliis autē, sicut diximus, ecōtrario videtur, contrariū contrario, tanquam impassibile fit simile à simili. alimentū autem mu-
† concoqui tari, & † digeri: mutatio autem omnibus in cō-
Tex.45. trarium, aut in medium. ¶Adhuc autem alimentū patitur aliquid ab eo, quod alitur, sed nō hoc ab alimento, sicut neq; faber à materia, sed ab illo, hæc. Faber autē mutatur solū in actu ex ocio. Vtrum autē fit alimentum, id quod vltimo aduenit, an id, quod primo, habet differentiā. Si
† incōcoctū vero vtraq; sed hoc quidem † indigestum, illud
† cōcoctum autē † digestum, vtroq; vtiq; modo cōtinget ali-
† incōcoctū mentū dicere. inquantum enim † indigestū, cō-
† cōcoctum trariū contrario aliturinquantum autē † digestum simile simili. Quare manifestū est quòd dicunt quodammodo vtriq; & recte, & non recte.
Tex.46. ¶Quoniam autē nihil alitur non participans vita, animatū vtiq; erit corpus quod alitur, inquantum animatū. quare & alimentum ad animatū est, & non secundum accidens ¶Est autē
Tex.47. esse aliud alimento, & augmentatiuo. secundū enim quod quantum quoddā est, augmentatiuū est: secundū autem quòd hoc aliquid, & substātia alimentum. conseruat enim substantiam: & eousque est, quousque alitur. Et generationis quoque

quoq; factiuum est, non eius, quod alitur, sed tale quale id, quod alitur: iam enim est ipsa substantia. generat autem nihil ipsum seipsum, sed conseruat. ¶Quare huiusmodi animæ principium potentia est talis, vt conseruet habens ipsam, secundum quòd est huiusmodi. Alimentum autem præparat ad operandum. vnde priusquam alimento non potest esse. ¶Quoniam autem sunt tria, quod alitur, & quo alitur, & Tex.48.
Tex.49. alens: alens quidem est prima anima, quod vero alitur est habens hāc corpus, quo autem alitur, alimentum. Quoniam autem fine appellatur causa iustum est: finis autem est generare quale ipsum: erit vtique prima anima generatiuum quale ipsum. ¶Est autē id, quo alitur, duplex: Tex.50.
sicut & quo gubernatur, & manus, & remo. hoc quidem quod mouet & quod mouetur, illud autem † quod mouet solum. Omne autem alimentum necessarium est concoqui posse, operatur † a. l. quod autem concoctionem calidū: vnde omne animatum habet calorem. Figura igitur alimentum quid sit, dictum est, exactius autem manifestandum posterius de ipso in propriis sermonibus.

Nihil simpliciter generat, sed saltem.

mouetur.

Summa Quarta. De potentia Animæ sensitiua.

Caput Primum. Sensum passionem esse, eúmque aliquando potentia, aliquando vero actu esse: pati autem tum a simili, tum vero dissimili.



Determinatis autem his dicamus Tex.51.
communiter de omni sensu. Sensus autem in eo quod est moueri aliquid, & pati accidit, sicut dictum est. videtur enim quædam altera-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio esse. Aiunt autem quidam & simile à simili pati. hoc autem quomodo possibile sit, aut impossibile, dictum est in vniuersalibus sermonibus de ipso agere, & pati. ¶ Habet autem dubitationem propter quid sensuum ipsorum non fit sensus: & quare sine iis, quæ sunt extra, non sentiunt sensum, inexistente igne, & terra, & aliis elementis, quorum est sensus per se, aut secundùm ea, quæ accidunt his. Manifestum igitur est quòd sensitiuum non est actu, sed potentia tantùm. vnde non sentit: sicut combustile non combustum ipsum per se sine combustiuo. combureret enim seipsum, & nihil indigeret ignis actu existentis.

Vide cõtra. Tex. 51.

Supra in tex. 37. vel in primo hu. tex. 79.

Tex. 53. ¶ Quoniã autem sentire dicimus dupliciter: potentia enim & audiens, & videns audire, & videre dicimus, & si fuerit dormiens, & quòd iam est operãs: dupliciter vtique dicetur & sensus. hic quidem vt potentia, ille vero vt actu. Similiter autem & ipsum sentire, & quod potentia existit, & quod actu. ¶ Primum igitur tanquam sit idem pati, & moueri, & agere dicimus. Est enim motus est actus quidam, imperfectus tamen, quemadmodum in aliis dictum est. omnia autem patiuntur, & mouentur ab actuo, & actu existente. Quapropter, est quidem vt à simili patiantur: est autem vt à dissimili, sicut dicimus. patitur enim quod dissimile est. passum autem simile est. ¶ Diuidendum autem est & de potentia & actu. nũc enim simpliciter dicimus de ipsis. Est enim sic sciens aliquid, sicut si dicamus hominem scientem, quoniam homo scientium est, & habentium scientiam. Est autem, sicut iam dicimus, scientem habentem grammaticam. Vterque autem horum non eodem modo potens est. sed ille quidem, quia genus huiusmodi

Tex. 54.

Omnia patiuntur, & mouentur ab actuo, & actu exist. Idē. Phys. t. 17. 2. de Gener. te. 32 & 9. Met. text. 20.

Tex. 55.

huiusmodi, & materia est: hic autem, quia volens potens est speculari, nisi aliquid prohibeat eorum, quæ extrinsecus. ¶ Alius autem tam speculans, actu existens, & proprie sciens hanc literam A. Ambo igitur primi secundum potentiam scientes sunt. sed ille quidem per disciplinam alteratus & sæpe ex contrario mutatus habitus: hic autem ex eo, quòd habet sensum, aut grammaticam, non agit autem, ad agendum, amodo. ¶ Non est autem simplex neque ipsum pati, sed aliud quidem corruptio quædam à contrario, aliud autem salus magis eius, quod est potentia, ab eo quod est actu, & simili sic, vt potentia se habet ad actum. Speculans enim fit, habens scientiam. quod quidem aut non est alterari, in ipsum enim additio est, & in actum: aut alterum genus alterationis est. ¶ Quo circa non recte se habet dicere sapientem, cum sapiens, alterari, sicut nec ædificatorem, cum ædificat. In actum igitur ducens ex potentia existentem secundum ipsum intelligere & sapere, non alterari, sed alteriã habere denominationem magis est. Ex potentia autem existente addiscens, & accipiens scientiam ab actu existente & docente, aut neque pati dicẽdum, sicut dictum est, aut duos esse modos alterationis, & eam, quæ ad priuatiuas dispositiones mutationẽ: & eam, quæ ad habitus & ad naturam. ¶ Sensitiui autẽ prima quidem mutatio fit à generante. cum autem genuerit natum est, habet tam sicut scientiam, & ipsum sentire. Quod autem secundum actum est, similiter dicitur atque speculari. Differt autem, quia huiusmodi actiua operationis extra sunt, visibile, & audibile. similiter autem & tactus, quæ sensibilium. Causa autem, quoniam singu-

Tex. 56.

Tex. 57.

Tex. 58.

Tex. 59.

Tex. 60.

Sensus secundum actum est singularium: scientia autem, vniuersalium.

latium quidem secundum actum sensus, scientia autem vniuersalium. hæc autem in ipsa quodammodo sunt anima. Vnde intelligere in ipso non cùm vult sentire autē non est in ipso. necessitatur enim esse sensibile. Similiter autem & hoc habet in scientiis sensibilium, & propter eandem causam, quia sensibilia singularium sunt, & exteriorum. Sed de his quidē exactius manifestatum est nobis in his quæ de anima. Vnde ex his quidē & rursus occasio. ¶ Nunc autē cum sit definitum, quòd cum non simplex sit id quod potētia dicitur, sed aliud quidem vt id dicamus puerū posse militare, aliud autem vt in ætate existētem, sic habet sensitiuum. ¶ Quoniam autem innominata est ipsorū differentia, determinandi est autem de his quòd alia, & quomodo alia, necesse est ipso pati, & alterari, tanquam propriis nominibus vti. Sentitiuū autem potētia est tale, quale iam actu sensibile, sicut dictum est. Patitur igitur, non simile existens, passum autem assimilatum est, & est, quale illud.

Tex.61.

Tex.62. *Definitio sensitiui.*

Vide citra. Tex.

Caput Secundum. Sensibilia, alia per se esse, alia vero per accidens: per se autem, alia propria, alia communia.

Tex.63. DIcendū autem secundū vnumquodque sensum, & de sensibilibus primo. Dicitur autem sensibile tripliciter: quorū duo quidem dicimus per se sentiri, vnū autem secundū accidēs. Duorum autē, aliud quidem propriū est vnicuiusq; sensus, aliud autem commune omnium. Dico autem proprium quidem, quod nō contingit alio sensu sentiri, & circa quod non contingit decipi: vt visus coloris, & auditus soni, & gustus saporis. tactus autem plures habet differentias. Sed vnusquisque iudicat de his, & non decipitur quòd color sit, neq; quòd sonus, sed quòd sit coloratum aut vbi, aut quid sonans, aut hoc. Talia igitur dicuntur propria vnuiscuiusq;.

¶ Communia autem, motus quies, numerus, figura, magnitudo. huiusmodi enim nullius sensus propria, sed communia omnibus. etenim & tactu motus aliquis sensibilis, & visu. Per se igitur sensibilia sunt hæc. ¶ Secundum accidens autem dicitur sensibile, vt si album sit Diarīs filius, secundū accidēs enim hoc sentit, quoniam accidit albo hoc, quòd sentit. quapropter simul patitur, secundū quòd huiusmodi est, à sensibili. Sensibilium autem secundum se, proprie sensibilia sunt propria, & ea, ad quę nata est substantia vnuiscuiusque sensus.

Tex.64.

Tex.65.

Caput Tertium. De visu, visibilibus, ac medio, perspicuo, ac lumine.

CVius igitur est visus, hoc est visibile. Visibile autem est, & color, & quod oratione quidem est dicere, innominatum autem existit, manifestum autem erit procedentibus maxime. Visibile enim est color. hic autē est id, quod in se, quod secundum se visibile est. secundum se autem, non ratione, sed quoniam in seipso habet causā vt sit visibile. ¶ Omnis enim color motiuus est eius, quod est secundū actum perspicui, & hoc est ipsius natura. Vnde non est visibilis sine lumine, sed omnis cuiusq; color in lumine visibilis. Ex quo de lumine primo dicēdum quid est. Est igitur aliquid perspicuum. ¶ Perspicuum autē dico, quòd est quidem visibile, nō autē secundū se visibile, vt simpliciter dicā, sed propter externū colorem. Huiusmodi autem

Tex.66.

Tex.67.

Tex.68.

autem est aër, & aqua. & multa solidorum. non enim secundum quòd aqua, neque secundum quòd aër, perspicuum est, sed quoniam est natura eadem in his vtrisq; & in perpetuo illo, quod
Tex.69. sursum est, corpore. ¶ Lumen autem est actus huius perspicui, secúdum quòd est perspicuum. Potentia autem, in quo hoc inest, & tenebræ. Lumen autem vt color est perspicui, cum est actu perspicuum ab igne, aut huiusmodi quale quod sursum corpus. etenim huic aliquid inest, vtiq; & idem. Quid igitur perspicuum, & quid lumen dictum est, quòd neq; ignis est, neq; omnino corpus, neque defluxus corporis vllius (esset enim vtiq; aliquod corpus, & sic) sed ignis, aut huiusmodi alicuius p.ç entia in perspicuo. neq; enim possibile est duo corpora in eodem simul esse.

Tex.70. ¶ Videtur autem lumen contrarium esse tenebris. sunt aut m tenebræ priuatio huiusmodi habitus à perspicuo: quare palam quòd & huius præsentia lumen est. Et noa recte Empedocles, aut si quis alius sic dixit, quòd feratur lumen, & extendatur inter terram, & cõtinens, nos autem lateat. Hoc enim est, & præter eam, quæ in tempore veritatem, & præter ea, quæ videntur. in parvo enim spatio lateret nos ab Oriẽte autem in Occidens latere, magna quidem multum pa-
Tex.71. tiitio est. ¶ Est autem coloris quidem susceptiuum quod sine colore: sonum autem, quod sine sono. Sine colore autem diaphanum, & inuisibile, aut quod vix videtur, quale videtur, quod tenue aër, quòd hoc solum est huiusmodi autem perspicuum quidem est, sed non cum est actu perspicuum. sed cum potentia. eadem enim natura quandoque quidem tenebræ, quandoque autem lumen est.

Susceptiuum coloris est si.

Sine colore est aër, quòd sine fine.

Tex.72. ¶ Non omnia autem visibilia in lumine sunt, sed

sed solum vnius cuiusque proprius color. Quædã enim in lumine quidem non videntur, in tenebris autem faciunt sensum. vt quæ ignea videntur, & lucẽtia. innominata autem sunt hæc vno nomine, vt fungus, cornu, capita piscium, & squamæ, & oculi. sed nullius horũ videtur proprius color. Propter quam autem causam hæc videntur alia ratio. ¶ Nunc autem intantum manifestum est, quòd id quidem, quod in lumine videtur, color est: vnde non videtur sine lumine. Tex.73.
hoc enim erat ipsi colori esse, motiuum esse secundum actum perspicui. actus autem perspicui lumẽ est. signum autem huius manifestum. ignis enim ponat id, quod habet colorem, super ipsum visum, non videbit. sed color quidem mouet perspicuum, puta aërem: ab hoc autem continuo existente, mouetur sensorium.

¶ Non enim bene hoc dicit Democritus, opinatus si fieret vacuum quod medium est, perspici, vtique exquisite, etiam si formica in cœlo esset. Hoc enim impossibile est. patiente enim aliquid sentiuo, fit ipsum videre: ab ipso igitur, quòd à medio. quare necesse est aliquid esse medium. Vacuo autem facto, nedum exquisite, sed omnino nihil videbitur. Propter ipsam igitur causam colorẽ necesse est in lumine videri dictum est. Ignis autem in vtrisq; videtur, & in tenebris, & in lumine. & hoc ex necessitate, perspicuũ enim ab hoc perspicuum fit.

Tex.74.

Democritus male opinatus est visionem fieri alio medio.

Propter quid igitur in tenebris.

& in luce videtur.

¶ Eadem autem ratio est, & de sono, & odore. nihil enim ipsorum, tangens sensorium, facit sensum. sed ab odore quidem, & sono medium Tex.75.
mouetur. ab hoc autem sensorium vtrunq; cum autem super ipsum sensorium aliquis apposuerit

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit olens, aut sonans, nullum sensum facies. Tactu autem, & gustu sese quidem similiter habet, non autem videtur. propter quam
Tex.76. causam posterius erit manifestum. ¶ Medium autem sono quidem aër est, odori autem determinatum est. communis enim quædã passio in aëre, & aqua est: vt perspicuum colori, & habenti odorem quod in vtrisq; his inest. Videtur enim & animalium aquatica habere odoris sensum. sed homo, & pedibus ambulantia quæcunque respirant, non possunt odorare, non respirantia. Causa autẽ & de his posterius dicetur.

Caput Quartum. De Auditu sonu, ac medio. De ipsa Echo ac etiam de Voce.

Tex.77. NVnc autem primum de sono, & audibili determinemus. Est autem duplex sonus. alius enim actus quidam est, alius autem potentia quædam enim non habere sonum dicimus, vt spongiam, lanam quædam autem habere, vt æs, & quæcunq; solida, & leuia sunt, quoniam possunt sonare. hoc autem est, inter ipsum & ac-
Tex.78. tum facere sonum actu. ¶ Fit autem secundum actum sonus semper alicuius, ad aliquid, & in aliquo. percussio enim est, quæ facit. Vnde & impossibile est, cùm sit vnum, fieri sonum. aliud enim est quod verberat, & quod verberatur, quare sonãs, ad aliquid sonat. ictus autem non fit sine latione. Sicut autem diximus, non quorumlibet ictus sonus est. nullum enim faciunt sonum lanæ, etsi percutiantur: sed æs, & quæcunque lenia, & concaua sunt. æs quidem, quoniã leue est. concaua autem reflexione faciunt multos ictus post primum, non potente exire, quod motũ est.

Amplius

¶ Amplius auditur in aëre, & in aqua, sed mi-
Tex.79. nus. Non est autem soni dominus aër, neque aqua, sed oportet solidorum percussionem fieri adinuicem, & ad aërem. hoc autem fit, cùm per uenerit percussus aër, & non dissipatur. Vnde, si velociter & fortiter percutiatur, sonat. oportet enim vt motus fortis & anticipet fractum aëris, sicut si aceruum, aut cumulum arenæ percutiat aliquis latum velociter. ¶ Echo autem fit, quando ab aëre, vno facto propter vas quod
Tex.80. terminauit, & prohibuit frangi, iterum aër repellitur, quemadmodum sphæra. Videtur autem semper fieri echo, sed non clara. quia accidit in sono, sicut & lumine. Etenim lumen semper repercutitur. non enim fieret vbique lumen, sed tantum extra locum Sole illustratum, sed non sic repercutitur, vt ab aqua, aut aëre, aut etiam aliquo alio læuium, vt vmbram faciat, quæ lumen determinamus. ¶ Vacuum autem
Tex.81. esse dicitur audiendi dominus. videtur enim esse vacuum aër. hic autem est faciens audire, cum mouetur continuus, & vnus. Sed propterea quòd fragilis est, non sonat, nisi læue sit quod percutitur. tunc autem vnus fit simul, propter planum. vnum enim est læuis planum.

¶ Sonatiuum igitur est, quod motiuũ est vnius
Tex.82. aëris continuitate vsque ad auditum. Auditus autem connaturalis est aëri. propterea autem quòd in aëre est, moto exteriori, qui intra est mouetur. Vnde non vndique audit animal, neq; quocunque tranfit aër. non enim vbique habet aërem, quòd moueri debet secundum partem, animatumq; est, sicut pupilla humidum.

¶ Per se igitur insonus est aër, propterea
Tex.83. quod facile dissipabilis est. cũ vero prohibetur

diss-

dissipari, huius motus sonus est. Hic autem in auribus inædificatus est, ad hoc vt immobilis fit, quatenus certe sentiat omnes differentias motus. Propter hęc autem & in aqua audimus, quoniam non ingreditur ad ipsum connatura aërem, sed neque in autem propter anfractus. Cùm autem hoc accidit, non audit neq; sentit. Tex.84. brana laborat, sicut cum; quæ super pupillæ pellis laborat. ¶Sed & signum audiendi aliquod non, est sonare autem semper, sicut cornua. Nam per enim quodam proprio motu mouetur ad ea qui in auribus: sed sonus extraneus, & non proprius est. Et propter hoc dicunt audire vacuum & sonante, quia audimus habente determinatum aërem. Tex.85. ¶Vtrũ autem sonat id quod verberat, an quod verberatur, an & vtrumque, modo alterosonus. Est enim sonus motus eius, quod potest mouerti hoc modo, quo resultantia à leuibus cùm aliquis percusserit. Non igitur sicut dictum est, omne sonat, quod verberatur, & quod verberat, vt si seriat acus acum, sed oportet quod percutitur tegulate esse, vt aër vniuersus resiliat, & concutiatur. Tex.86. ¶Differentiæ autem sonantium in sono secundum actum sentiuntur. Nam sicut enim non videntur colores sine lumine, neque sine sono acutum & graue. Hæc autem dicuntur secundum translationem à tangibilibus. acutũ enim mouet sensum in pauco tempore multum, graue autem in multo parum. Non igitur velox est acutum graue autem tardum, sed fit illius quidem propter velocitatem impetus huiusmodi, huius autem propter tarditatem. Et videntur similitudinem habere cum eo quod circa tactum, acuto & concuso: acutum enim quasi pungit, obtusum vero quasi pellit.

Prop-

propterea quòd mouet, illud quidem in pauco, hoc autem in multo: quare accidit illud quidem esse velox, hoc autem tardum. De sono igitur hoc determinatum sit. ¶Vox autem sonus quidam est animati. Inanimatorum enim nullum vocem edit. sed secundum similitudinem dicuntur vocem edere, vt tibia, & lyra, & quæcunque alia inanimatorum extensionem habẽt, & † mensionem, & locutionem. videntur enim, quia & vox hæc habet. Multa autem animalium vocem nõ habent, vt & quæ sunt sine sanguine, & sanguinem habentium pisces. & hoc rationabiliter. Tex.87. † concentũ.

ipsidem sonus aëris motus est. Sed qui dicuntur vocem edere, vt qui in Acheloo sunt pisces, sonare branchiis, aut quodam alio huiusmodi.

¶Vox autem sonus animalis est, & non qualicunque parte. Sed, quoniam omne sonat verberante aliquo, & aliquid, & in aliquo, hoc autẽ est aër, rationabiliter vtiq; vocem edent hæc sola, quæcunq; suscipiunt aërem. Iam enim eo, qui respirat, vtitur natura ad duo opera, sicut lingua ad gustum, & locutionem: quorum gustus quidem necessarius est, vnde & pluribus ineſt, interpretatio autem vt bene sit: & ad calorem interiorem, tanquam necessarium: causa autem in aliis dicta est: & ad vocẽ, vt bene sit. Tex.88. Natura vtitur aëre q respiratur ad duo opera, sicut lingua ad gustum, & locutionem.

¶Instrumentum autem respirationi guttur. causa autẽ causa hæc pars est, pulmo. hac enim pericula plus habent caloris pedestria aliis. Integer autem respiratione & qui circa cor locus. Tex.89. ultimus. vnde necesse est intro respiratum ingredi aërem. ¶Quare percussio respirati aëris ab anima, quæ est in his partibus, ad vocatam arteriam vox est. Non enim omnis animalis sonus vox est, sicut diximus: est enim & lingua sonaTex.90. Non omnis animalis sõus, vox est.

sed eũ imaginatione sig nificandi.

te, sicut tussientes: sed oportet animatum esse verberans, & cum imaginatione aliqua. significatiuus enim quidam sonus est vox, & non respirati aëris, sicut tussis, sed isto verberat eum, qui est in attetia ad ipsam. Signum autem est, non posse vocem edere respirãtem, aut expirantem, sed detinentem. mouet enim isto retinentem.

Tex. 91. ¶Manifestum autem & cur pisces sine voce sunt. non enim habent guttur. hanc autem partem non habent, quia non recipiunt aërem, neque respirant. Sed qui dicunt sic, peccant. propter quam igitur causam alia ratio est.

Caput Quintum. De olfactu, olfactibili, ac medio.

Tex. 91. DE odore autem, & olfactibili minus facile determinabile est dictis. non enim sic manifestum est quale quid sit odor, vt sonus, aut lumen, aut color. Causa autem est, quia sensibile hunc non habemus certum, sed pejorem multis animalibus. praue enim odorat homo, & nihil sentit odorabilium sine molesto, aut fuscando tanquam non existente certo sensorio.

Tex. 93. ¶Rationabile autem est sic & quæ duros exitus habent colores sentire, & non manifestos ipsis esse differentias colorum, nisi terribili vt & non terribili, sic autem & odores hominum genus. Videtur enim proportionem habere ad gustum. & similiter species saporum cum his quæ sunt odoris. ¶Sed certiorem habemus gustum, propterea quod ipse quidam tactus est. hunc autem habet sensum homo certissimum. in aliis enim superatur ab animalibus multis. secundum autem tactum multo quàm cæteri excellentius percipit. vnde & prudentissimum animalium est. Signum autem & in genere hominum.

Tex. 94. *Gustus est quidam tactus. Vide infra t. 122.*

Homo habet sensum tactus exactissimum.

rimum, secundum sensorium hoc ingeniosos esse, & non ingeniosos, secundum autem aliud duros carne, aliud. duri enim carne, inepti mente: molles autem carne, bene apti. ¶Est autem vt sapor, hic quidem dulcis, ille vero amarus, sic & odores sunt. sed alia quidem habent proportionaliter odorem, & saporem. dico autem dulcem odorem. & dulcem saporem: alia vero contra. Tex. 95. similiter autem, & acer, & austerus, & acutus, & pinguis est odor. Sed, sicut diximus, propterea quòd non multum manifesti sunt odores sicut sapores, ab his sumpta sunt nomina secundum similitudinem rerum. dulcis enim à croco, & mel: acer autem à thymo, & huiusmodi. eodẽ autem modo & in aliis. ¶Adhuc autem sicut Tex. 96. auditus, & vnusquisque sensuum, hic quidem audibilis & inaudibilis, ille vero visibilis & invisibilis, & olfactus odorabilis & inodorabilis. Inodorabile autem, aliud quidem, secundum id quòd omnino impossibile est habere odorem: aliud vero, paruam habens, & prauum. Similiter autem & ingustabile dicitur.

qui sunt duri carne, vi sunt inepti mente: qui vero molles carne, bene apti.

Inodorabile multifariã dict. Idem infra t. 120. & 203.

¶Est autem olfactus per medium, vt aërem, aut aquam. etenim aquatica videntur odorem sentire. similiter autem & quæ sanguinem habent, & quæ non habent, sicut & quæ in aëre. Tex. 97. etenim horum quædam eminus accurrunt ad Tex. 98. alimentum, ab odore mota.

Sensibile, præsensum, non tamen sensatum eminus, neq; sensatum.

¶Vnde & dubium videtur, si omnia quidem similiter odorent, homo autem respirans quidem: non respirans autem, sed expirans, aut retinens spiritum non odorat, neque eminus, neqi eminus, neque si in nasum intus ponatur. Et in ipso quidem positum sensorio insensibile esse communiter commune est. sed sine respiratione

Idem supra text. 73. & infra t. 116.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non sentire proprium est hominum. manifestum autem est experientibus. ¶ Quare quæ
Tex.99. sanguinem non habent, quoniam non respirantia, alium vtique quendam sensum habent, puta tes eos, qui dicti sunt. Sed impossibile est si quidem odorem sentiunt. odorabilis enim sensus & male olentis, & bene olentis olfactus est. Amplius autem & corrumpi videntur à fœtibus odoribus, à quibus homo corrumpitur, vt bitumine, & sulphure, & huiusmodi. Olfacere igitur ne-
Tex.100. cessarium est, sed non respirantia. ¶ Videntur autem in hominibus differre hoc sensorium ab iis, quæ aliorum animalium, sicut oculi ab oculis eorum, quæ duros habent oculos. Nam illa quidem habent vallum, & velut velamen, palpebras, quas quis, non mouens neque tetrahens, non videt. hi autem eorum, quæ duros habent oculos, nihil tale habent, sed mox vident quæ sunt in perspicuo. Sic igitur & odorantium sensorium aliis quidem sine operculo est, sicut oculus: aliis vero actem recipientibus habet coopertimentum, quod respirantibus discooperitur, dilatatis venis, & meatibus. Propter hoc respirantia non odorant in aqua. necessarium enim est olfacere respirando. hoc autem facere in humido impossibile. Est autem odor ficci, sicut sapor humidi. Odorationum autem sensorium potentia huiusmodi est.

Quid odor & olfactus.

Caput Sextum. De gustu. & gustabili.

Tex.101. GVstabile autem est tangibile quoddam. Et hæc est causa, cur non sit sensibile per medium extraneum corpus. neque enim tactus, & corpus autem, in quo est sapor, est gustabile in humido.

humido, vt in materia. hoc autem tangibile quoddam est. Vnde & si in aqua essemus, sentiremus vtique impositum dulce. non autem esset nobis sensus per medium, sed eò quòd mixceretur humido, sicut in potu. Color autem non videtur, eò quòd misceatur, neq; defluxioni-
bus. ¶ Vt igitur medium nihil est, vt autem co- Tex.102.
lor visibile, sic gustabile sapor est. Nihil autem sicut saporis sensum sine humiditate, sed habet aliu, aut potentia humiditatem, vt sal. nam & facile liquabile ipsum est, & colliquefactiuum humoris. ¶ Sicut autem visus & visibilis est & Tex.103.
inuisibilis (tenebræ enim inuisibiles sunt: iudicat autē & has visus) adhuc autem & valde splēdidi. serenim hoc inuisibile est alio autē modo, quam tenebræ) similiter autem & auditus, & sonus, & silentij, quorū aliud audibile, aliud inaudibile est, & magni soni, sicut visus est splendidi. sicut enim paruus sonus inaudibilis quodammodo est, sic & magnus, & violentus. Inuisibile autem, aliud quidem omnino dicitur, sicut & in aliis, quod impossibile: aliud autem si aptum natum non habet, aut prauè, sicut catens pedibus, & catens nucleis) sic vtiq; & gustus est & gustabilis & ingustabilis. hoc autem, est quod parum, aut prauum habet saporem, aut corruptum. gustus. Videtur autem principium esse potabile, & impotabile. gustus enim quidā ambo, sed hoc quidem est prauum, & corruptiuum gustus, illud autem secundum naturam. Est autem
commune tactus, & gustus potabile. ¶ Quoniam *Potabile est*
autem humidum est gustabile, necesse est sensoriam ipsius neque humidum esse actu, neq; non *commune tactus & gustus.*
tens fieri humidum. patitur enim aliquid gustabile, secundum quòd gustabile est. Tex. 104.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Necessarium est ergo humectatum iri, quod potest humectari seruatum. non est autem humidum gustatiuum sensorium. Signum autem est, neque siccam existentem linguam sentire, neque multum humidam. hic enim tactus sit primi humidi. vt cum quis prægustauerit fortem saporem, gustet alterum, & vt ægrotantibus amara omnia videntur: propterea quòd lingua plena huiusmodi humiditate sentiunt. ¶Species autem saporum, sicut & in coloribus, simplices quidem contrariæ sunt, vt dulce, & amarum. Consequantur autem illud quidé pingue, hoc vero salsum. Media autem horum, acre, & austerum, & acerbum, & acidum. ferè enim hæ videntur esse saporum differentiæ. Quare gustatiuum est, quod potentia est huiusmodi. Gustabile autem est actiuum actu ipsius.

Propter quid ægrotantibus omnia amara videntur.

Tex.105.

Caput Septimum. De tactu tangibilibus, ac medio.

Tex.106. DE tangibili autem, & tactu eadem ratio. Si enim tactus non vnus est sensus, sed plures, necessariũ est & tangibilia sensibilia plura esse. Habet autem dubitationem, vtrum plures sunt, an vnus. ¶Et quid est sensorium tangibilium, vtrum caro, & in aliis proportionale: an nõ, sed hoc quidem est medium, primum autem sensorium aliud quiddam est intus. Omnis etenim sensus vnius contrarietatis esse videtur. vt visus albi & nigri, & auditus grauis & acuti, & gustus amari & dulcis. In tangibili autem multę insunt contrarietates, calidum frigidum, humidum siccum, durum molle, & aliorũ quæcunque sunt huiusmodi. ¶Habet autem solutionem quandam ad hanc dubitationem. Nam & in aliis sen-

Tex.107.

Omnis sensus videtur esse vnius contrarietatis.

Tex.108.

sibus sunt contrarietates plures. vt in voce, non solum acumen & grauitas, sed & magnitudo & paruitas, & lenitas, & asperitas vocis, & huiusmodi alia. Sunt autem & circa colorem differentiæ huiusmodi aliæ. Sed quid sit vnum subiectum, sicut auditui sonus, sic tactu, non est manifestum. ¶Vtrum autem sic sentiens intus an mon, sed mox caro, nullum videtur esse signũ fieri sensum, simul atque tes tanguntur. Etenim nunc, siquis circa carnem extenderit, vt pellicula cùm secerit, similiter sensum mox, cum tegerat indicat. & tamen constat quòd non est in hoc sensorium. Si autem & coniunctum fuerit, citius peringet vtique sensus. ¶Quapropter & talis pars corporis videtur sic se habere, sicut si circulariter nobis adnatus esset aër. videremur enim vno quodam sentire & sonum, & colorem, & odorem: & vnus quidam sensus esse auditus, & visus, & olfactus. nunc autem, quoniam determinatum est per quod fiunt motus, manifesta sunt prædicta sensoria diuersa esse. ¶In tactu autem hoc nunc immanifestũ est. ex aëre enim, aut aqua impossibile est constare animatũ corpus. oportet enim solidum quoddam esse. relinquitur igitur missũ ex terra, & ex his esse. quale debet esse caro, & proportionale. Quare necessarium est, & corpus adnatum esse medium tactui, per quod fiant sensus, qui plures sunt.

Tex.109.

Tex.110.

Tex.111.

Ex aëre & aqua tantũ modo impossibile est constare corpus animatum. 1de 4. Meteo. tex. 19.

¶Indicat autem quòd plures sint, qui in linguæ tactu. omnia enim tangibilia sentit secundum eandem partem, & saporem. Si igitur & alia caro sentiret saporem, viderentur vnus & idem esse sensus, gustus, & tactus. nunc autem non. propterea quod non conuertitur.

Tex.112.

¶Dubitabit autem aliquis. Si omne corpus

Tex.113.

Universidad de Deusto
Biblioteca

profundum habet, hoc autem est tertia magnitudo, quorum autem corporum medium est aliquod corpus, non contingit ipsa seinuicem tangere, humidum autē non est sine corpore, neque vdum, sed necesse est aquam esse, aut habere aquam: quæ verò tangunt seinuicem in aqua, cùm extrema sicca non sint, necesse est aquam habere mediam, qua repleta sunt vltima. Si autem hoc verum, impossibile est tangere aliud aliud in aqua. Eodem autem modo & in aēre, similiter enim se habet aēr ad ea, quæ sunt in ipso, & aqua ad ea, quæ sunt in ipsa, latet autem magis nos, sicut & quæ sunt in aqua animalia.

Ex hoc sumitur quòd inter duo corpora dista cadit medium.

Tex.114. Si vdum tangit vdum. ¶Vtrum igitur omnium similiter sit sensus, an aliorum aliter, sicut nunc videtur, gustus quidem, & tactus tangendo, alij autem eminus? Hoc autem non est. sed durum, & molle per alia sentimus, sicut & sonatiuum, & visibile, & odorabile, sed alia quidē eminus, alia verò cominus. Quapropter latet. quoniam omnia sentimus per medium, sed in his latet. Et quidem sicut diximus prius, & si per pelliculam, quæ nos lateret, sentiremus omnia tangibilia, similiter vtique haberemus, sicut & nūc in aqua, & in aēre. putamus enim nunc ipsa tangere. & nihil esse per medium. ¶Sed differt tangibile à visibilibus, & sonatiuis, quòd hæc quidem sentimus, eò quòd medium mouet aliquid nos: tangibilia verò non à medio, sed simul cum medio. sicut per clypeum percussus. non enim clypeus percussus percussit, sed simul accidit vtraque percuti. ¶Omnino autem videtur caro & lingua, sicut aēr & aqua ad visum, & auditum, & olfactum se habent, sic se habere ad sensorium ipso autē sensorio tacto, neq; ibi, neque hic fiet vtique

Omnia sentimus per medium.

Tex.115.

Tex.116.

vtique sensus. vt si quis ponat corpus album super oculi vltimum. Quare & manifestum est, quòd intus sic tangibilis sensorium. sic enim non accidet, quod quidē in aliis. apposita enim super sensorium, nō sentiunt. super carnem autem apposita sentit. quare medium tactiui caro.

¶Tangibiles igitur sunt differentiæ corporis, secundum quòd corpus. Dico autem differentias, quæ elementa determinant, calidum, frigidum, humidum, siccum: de quibus prius dictum est in his, quæ de elementis. Sensorium autem primum tactiuum, & in quo sensus, qui vocatur ad aliquid, ineſt primo, potentia huiusmodi pars est.

Tex.117.

¶Sentire enim pati quoddam est. Quare factus quale ipsum actu, huiusmodi illud facit, quale sit potentia. Vnde simile calidum & frigidum, aut durum & molle non sentimus, sed exuperantias: tanquam sensu, velut medietate quadam existente eius, quæ in sensibilibus, contrarietatis. Et propter hoc discernit ac iudicat sensibilia. medium enim iudicatorium est. fit enim ad vtrunque ipsorum alterum vltimorum.

Tex.118.

¶Et vt oportet id, quod debet sentire album & nigrum, neutrum ipsorum esse actu, potentia verò vtrunque, sic autem & in aliis, ita & in tactu neque calidum, neque frigidum.

Tex.119.

¶Amplius autem sicut visibilis & inuisibilis ab quodammodo visus, similiter autem & tellige oppositorum, sic & tactus tangibilis & intangibilis. Intangibile autem est paruum omnino habens differentiam tangibilium, quomodo se habet aēr, & tangibilium exuperantiæ, vt ea, quæ corruptiua sunt. Secundum igitur vnumquemque sensum dictum est figura.

Tex.120.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caput Octauum. Sensus recipere sensibilia sine materia. Cur sensibilium exuperantia corrumpant ipsa sensoria. Item quo pacto non sentientia à sensibilibus patiantur.

Tex.121. OPortet autem vniuersaliter de omni sensu accipere, quòd sensus est id, quod est susceptiuum formarum sine materia. vt cera annuli, sine ferro & auro, recipit signum. accipit autem aureum, aut æneum signum, sed non inquantum aurum, aut æs. Similiter autem & sensus vniuscuiusq; ab habente odorem, aut saporem, aut sonum patitur. sed non inquantum vnumquodque illorum dicitur, sed inquantum huiusmodi, & secundum rationem. ¶ Sensorium autem primum est, in quo huiusmodi potentia. Est igitur idem, sed esse alterum est. magnitudo enim quædam erit id, quod sentit, non tamen est Tex.123. sensitiuo esse. neq; sensus magnitudo est, sed ratio quædam, & potétia illius. ¶ Manifestum autem ex his, & propter quid sensibilium exuperantiæ corrumpunt sensoria. Si nanq; sit fortior sensorio motus, soluitur ratio. hoc autem erat sensus. sicut & consonantia, & tonus, percussis fortiter chordis. ¶ Et propter quid plantæ non sentiunt, cùm habeant quandam partem animalem, & patiantur à tangibilibus. etenim frigescunt, & calescunt. Causa enim est, non habere Tex.124. medietatem, neq; huiusmodi principiũ, vt possint recipere formas sensibilium, sed pati cum materia. ¶ Dubitabit autem aliquis, si patiatur aliquid ab odore, quod non potest olfacere, Tex.125. aut à colore, quod non potest videre. similiter autem & in aliis. Si autem olfactibile sit odor, & quid facit olfactum, in quantum odor est, facit.

Omnis sensus susceptiuus est formarũ sine materia.

Idem infra tex.138.

Propter quid excellentia sensibilium corrumpãt sensoria.

Idẽ infra t.143. & 3. huius tex.7.

Propter quid plantæ nõ sentiunt.

Quare

quare nõ potentium olfacere, nihil pati potest ab odore. eadem autem ratio & in aliis. neq; potentium, nisi inquantũ vnũquodque sensitiuum.

¶ Simul autem manifestũ est & sic. neq; enim lumen & tenebræ, neq; sonus, neque odor quicquam facit in corpora, sed ea, in quibus est. vt aër, qui cum tonitruo findit lignum. Sed tangibilia, & sapores faciunt. si enim non, á quo vtique paterentur inanimata, & alterarentur. Tex.126.

¶ Ergòne & illa faciunt? An non omne corpus passiuum est ab odore, & sono: & patientia indeterminata sunt, & non manent, vt aër? olet enim tanquàm passus aliquid. Quid igitur est odorare, præter pati aliquid? An odorare sentire est? aër autem passus, mox sensibilis fit. Tex.127.

Iuxta Græcorum sectionem hic incipit liber Tertius de Anima.

Summa Quinta. Non dari sextum sensum. Cùm, non unum, sed plures habeamus sensus, redditur causa.

OVòd autem non sit sensus alius præter quinque, dico autem hos, visum, auditum, olfactum, gustum, tactum, ex his credet aliquis. Etenim omnis eius, cuius est sensus tactus, etiam habet sensum habemus. omnes enim tangibilis, inquantum tangibile, passiones tactu nobis sensibiles sunt. Necessèque, siquidem deficit aliquis sensus, & sensorium aliquod nobis deesse. Tex.128.

¶ Et quæcunque quidem ipsi tangentes sentimus tactu sensibilia sunt, quem habemus. quæcunque vero per media, & non ipsa tangentes, † complicibus. † dico autem, vt aëre & aqua. Habet autem

Idem 2. Posterior. tex.114.

Tex.129.

† *al. addit facit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem sic, vt, si quidē per vnum plura sensibilia sint existētia diuersa abinuicem genere, necesse sit habentem huiusmodi sensorium vtrorūm-que sensitiuū esse, vt si ex aëre est sensorium, & est aër & soni, & coloris. Si vero plura eiusdem sint, vt coloris & aër & aqua: vtraque enim perspicua & qui alterum ipsorum habet sonum, sentiet id,
Tex.130. quod per vtraque. ¶Ex simplicibus autem duo-
Vide cōtra. Zim. bus his sensoria solum sunt, ex aëre & aqua. pupilla enim aquæ, auditus vero aëris, olfactus autem horum alterius est. Ignis autem aut nullius est, aut communis omnibus. nihil enim sine calore sensitiuum est. Terra vero, aut nullius est, aut in tactu maxime misscetur. Quapropter relinquitur iam nullum esse sensoriū præter aëra,
Tex.131. & aquam. ¶Hæc autem & nunc quædam habent animalia. Omnes igitur sensus habentur a non imperfectis, neq; mutilatis. videtur enim &
Tex.132. Talpa sub pelle habere oculos. ¶Quare, si non
Talpa videtur habe reoculos sub cute. Idē t. de Hist. ani ma cap. 9. est aliud aliquod corpus, & passio, quæ nullius sit eorum, quæ sunt hic, corporum, nullus vtique deficiet sensus. ¶At vero neque cōmunium quo-
Tex.133. que sensu sentimus non secūdum accidens, vt motus, status, figuræ, magnitudinis, numeri, vnius. Hæc enim omnia motu sentimus, vt magnitudinem motu, quare & figuram. magnitudo enim quædam & figura est, quiescens autem eò quòd nō mouetur, numerus vero negationes
Vide cōtra. Zim. continui, & propriis† vnusquisque enim sensus vnum sentit. ¶Quare manifestū est quòd impossibile est cuiuslibet horum proprium esse sensum, vt motus. sic enim esset, vt nunc visu dicamus sentimus. hoc autem est, quoniam amborū habemus sensum, quo, cū cōcurrunt, cognoscimus.

Si vero non, nequaquam vtique, nisi secundum accidens sentiremus, vt Cleonis filiū, non quia Cleonis filius est, sed quia albus, huic autē accidit, vt filius Cleonis sit. Communium autem habemus iam sensum cōmunem, nō secundum accidens, non igitur est proprius. nequaquam enim vtique sentiremus, nisi sic, vt dictum est Cleonis filii nos videre. Adinuicem autē propria secundum accidens sentiunt ipsi sensu, non secundum quòd ipsi sunt, sed secundū quòd vnus. cū simul
Tex.135. sensus in eodē, vt quòd bilis quidē amara est, & flaua. nō enim alterius est dicere, quòd ambo eadem. quapropter & decipitur, &, si sit flauum, eadem opinatur esse. ¶Inquiret autem aliquis, Tex.135. vtrum causa plures habeamus sensus, sed non solum vnum. An, vt minus lateant consequentia, communia, vt motus, & magnitudo, & numerus. si enim esset visus solus. & ipse albi, lateret quòd magis. & viderentur idem esse omnia, propterea quòd consequuntur seinuicem simul color, & magnitudo, nunc autem. quoniam in alio subiecto communia sunt, manifestū facit quòd aliud quiddam vnumquodque ipsorum est.

Summa Sexta. Quæstio, an eadem, quæ sentimus sensu, etiā sentire nos persipiamus? Sensus communem appellamus, explanatio.

Voniam autem sentimus quod videmus & audimus, necesse est aut visu sentire quòd videt, aut alio. Sed idē erit ipsius visus, & subiecti coloris, quāobrem, aut duo ejusdē erunt, aut ipse sui ipsius. Amplius autē, si & alius Tex.136.
visus sit ipsius visus, aut in infinitum procedet, aut ipse aliquis sui ipsius erit, quare in ipso primo

mio hoc faciendum est. ¶Habet autem dubi- Tex.137.
tationem. Si enim visu sentire videre est, vide-
tur autē color aut habēs colorem, si videbit ali-
quit id, quod est videns, & coloré habebit, quod
videt primum. ¶Manifestū est igitur quod Tex.138.
est vnum ipsum visu sentire. etenim, cùm non
videmus, visu discernimus & tenebras & lumi-
sed nō similiter. Amplius autem & videns non-
quam coloratū est. vnumquodq; enim sensorū
susceptiuum est sensibilis sine materia. vnde &
abeuntibus sensibilibus, insunt sensus, & imagi-
nationes in ipsis sensoriis. Ipsius autem sensibi-
lis, & sensus actus idem est & vnus: esse autem
ipsorum nō idem, dico autem, vt sonus secundū
actum, & auditus s. cundū actum. est enim audi-
tum habentem non audire, & habens sonum non
semper sonat, cùm autem operatur potens audi-
re, & sonat potens sonare, tunc secundū actū
auditus fit simul. & secundū actū sonus: quoniam
dicet vtiq; aliquis, hoc quidem auditionem esse.
illud verò sonationem. ¶Si igitur motus, & Tex.139.
actio, & passio est in eo, quod mouetur, & pati-
tur, necesse est & sonū, & auditū, qui est secundū
actum, in auditu, qui secundum potentiam dici-
actiui enim, & motiui actus in patiente fit, vnde
non necesse est mouens moueri. Sonatiui igitur
actus sonus est, aut sonatio, auditui autem audi-
tus, aut auditio. duplex enim est auditus, & du-
plex sonus. ¶Eadem autē ratio & in alijs sen- Tex.140.
sibus, & sensibilibus. Sicut enim actio, & passio
in patiente est, sed non in agente: sic & ipsius sen-
sibilis actus in ipso sensitiuo existit. Sed in quo-
busdam quidem etiam nominata sunt, vt sonus,
tio, & auditio, in quibusdam autem innomina-
tum est alterum. actus enim visus visio dicitur

coloris innominatum est, & gustatiui gustatio,
saporis autem innominatum est. ¶Quoniam Tex.141.
autem vnus quidem est actus sensibilis & sensi- *Vide citra.*
bile, esse autē alterum, necesse est simul corrūpi, *Zim.*
& saluari sic dictum auditum, atq; sonum: & sa-
porem igitur, & gustum, & alia similiter. Dicta
autem secundum potentiam non necesse est.
¶Sed priores Naturales Philosophi hoc non Tex.142.
bene dicebant, qui neque albū, neq; nigrum sine
visu, neque saporem sine gustu esse opinabātur.
Non sic quidem dicebant recte, sic autem non
recte. dupliciter enim dicto sensu & sensibili, de
alijs quidem secundum potentiam, de aliis vero
secundum actum, in his quidem accidit quod
dictum est, in alteris autem non accidit. Sed illi
simpliciter dicebant de dictis non simpliciter.
¶Si autem vox quædam consonantia est, vox Tex.143.
eorum & auditus est vt vnū, & est vt non vnum
aut idem, consonantia autem est ratio, necesse
est & auditum rationem quandam esse. Et pro- *Idem supra*
pter id corrumpit vnumquodque exuperans & *tex.123.*
debilium, & graue auditum, similiter autem & in
saporibus gustum, & in coloribus visum, valde
fulgidum, & opacum, & in olfactu fortis odor,
& dulcis, & amarus: tanquam ratio quædam sit
sensus. Vnde & delectabilia quidem sunt, cùm
seruantur quæ syncera sunt, & immista ad ratio-
nem, vt acutum, aut dulce, aut salsum. delectabi-
lia enim tunc. Omnino autem magis quod mi-
xtum est consonantia est, quàm acutū, & graue.
Tactui autem calefactibile, & frigefactibile, sed
sensus ratio est, exuperantia autem aut dolore
afficiunt, aut corrumpunt. ¶Vnusquisque igi- Tex.144.
tur sensus subiecti sensibilis est: intēsioque in sen-
sorio inquātum sensorium, & discernit subiecti
sensū

sensibilis differentias, vt album quidem & nigrum visus: dulce vero & amarum gustus. similiter autem se habet hoc & in aliis. ¶ Quemadmodum autem & album, & dulce, & vnumquod per se sensibilium ad vnumquodque discernimus quòd differunt, necesse est vtique & sentimus quòd differunt, necesse est vtique & sensu. sensibilia enim sunt. ¶ Quo & manifestum est quòd caro non est vltimum sensorium. necesse enim esset discernens discernere tangendo ipsum. Neque itaque separatis contingit discernere discernens quòd aliud sit dulce ab albo. sed oportet aliquo vno vtraque manifesta esse. & enim & si hoc quidem ego, illud autem alteros, manifestum vtique esset quòd alia ab alia uicem, oportet autem vnum dicere, quod aliud. aliud enim dulce ab albo, dicit ergo idē, quare vt dicit, sic & intelligit, & sentit. Quòd igitur non possibile sit separatis diiudicare separata, palam est. Quòd autem neq; in separato contingit tempore, hinc. Vt enim idem dicit quòd aliud bonum & malum, sic & quando alterū dicit quòd aliud tunc & alterum, non secundum accidens ipsum quando (dico autem, vt nunc dico, quòd aliud) non tamē quòd nunc aliud) sed sic dicit & nunc & quòd nunc, simul ergo quare inseparabile, & in inseparabili tempore. ¶ At vero impossibile est simul secundum contrarios motus moueri idem, quatenus indiuisibile, & in indiuisibili tempore. si enim dulce sic mouet sensum aut intellectum, amarum autem contrario modo, & album aliter. Ergo ne simul quidem & numero indiuisibile † & inseparabile, quod iudicat, ipsa esse autem separatum? Est igitur quodammodo quatenus diuisibile diuisa sentiat, est autē quatenus indiuisibile, ipso esse enim diuisibile eo

Tex.145. Tex.146. *Ex hoc textu elicitur propositio* *ponens differentiā inter aliqua duo, cognoscit vtrunq; sub propria ratione.* Tex.147. *Videcētra. Zim.* †*a.l.& īpore inseparabile.*

loco autem & numero indiuisibile. ¶ An non Tex.148.
Possibile. Posteria enim idem diuisibile & indiuisibile, & contraria est, ipso esse autem non, sed faciendo diuisibile est, & non possibile est simul album, & nigrū esse, quare neque formas ipsorum gati. si huiusmodi est sensus, & intellectio.
¶ Sed vt id, quod vocant quidam punctum Tex.149.
quod vt vnum & duo est, sic & diuisibile. Secundum quòd igitur est indiuisibile discernēs vnd & simul: secundum quòd vero diuisibile est, non vnum. bis enim vtitur eodem signo simul. Separatum igitur duobus vtitur termino, duo indicat. † & separata sunt vt in separato, inquantum vero vnum, vno, & simul. De principio igitur secundum quod dicimus animal sensitiuum esse, determinatum sit hoc modo. †*a.l.& separatus est, vt separatorum.*

Lectio Septima. Ponitur differentia inter intelligere, sapere, ac ipsum sentire cuncteq; ostenditur quòd sensus & imaginationis essentia.

Corpus: Primum Non esse idem intelligere, ac sapere cum ipso sentire.

QVoniam autem duabus differentiis definiunt maxime animam, motu Tex.150.
secundum locum, & ipso intelligere & discernere & sentire, videtur vtique intelligere & sapere velut sentire quoddam esse. In vtrisque enim his animal discernit, & cognoscit aliquid eorum, quæ sunt. Et antiqui sapere & sentire idē esse aiunt, sicut & Empedocles dixit. *Ad præsens enim sapientia augetur hominibus.* & in aliis. *Vnde eis semper & sapere demersa præstat.* Idem autem his vult Empedocles. & illud Homeri. *Talis enim mens est terrestrium hominum.*

hominum, Qualem indies inducit pater hominumque
deorúmque. Tex.151. ¶Omnes enim hi intelligere corporeum, sicut & sentire existimant. & sentire, & sapere simile simili, sicut in primis rationibus determinauimus. Et tamen oportuit simul ipsos & de deceptione dicere, magis propria enim est animalibus, & plus temporis in hac, permanet anima. Vnde necesse est aut, vt quidam dicunt, omnia, quæ videntur, esse vera, aut dissimilis tactum deceptionem esse. hoc enim contrarium est illi, simile simili cognoscere. videtur autem & deceptio, & scientia contrariorum eadem esse.

Vide cõtra Zim.

Tex.152. ¶Quòd igitur non idem sit sapere & sentire manifestum est. hoc enim animalibus inest omnibus, illud autem paucis. Sed neque intelligere, in quo est quod recte, & quod non recte (quod enim recte, prudétia, & scientia, & opinio verum: quod vero non recte, contraria horũ) neq; hoc inquam est idem cum ipso sentire. Sensus enim propriorum semper verus est, & omnibus inest animalibus, intelligere autem contingit & falso, & nulli inest, cui non insit & ratiocinatione, hæcque non fit sine sensu, & in quibus non est existimatio. Quòd autem non est eadem intellectio, & existimatio manifestũ est. Hîc enim passio in nobis est, cùm volumus, propter oculis enim est fingere: sicut qui in memoria rebus versantur, & simulacra faciunt, opinari autem non in nobis est. necesse enim est aut falsum, aut verum dicere. ¶Amplius autem, cùm opinamur difficile aliquid aut terribile, statim compatimur, similiter autem, & si fuerit res confidenda. secundum imaginationem autem similiter nos habemus, sicut qui considerant in picturis.

Tex.153.

Aristoteles memoria imagines.

Tex.154.

thura difficilia, & confidenda. Sunt autẽ & ipsius existimationis differentiæ, scientia, & opinio, & prudentia, & contraria horum, de quorum differentia alius sit sermo.

Caput Secundum. Probatur imaginationem non esse sensum, nec scientiam, nec intellectum, nec opinionem: traditurque eius definitio.

DE ipso autem intelligere, quoniam diuersum est ab ipso sentire, huius autem aliud imaginatio esse videtur, aliud existimatio, cùm de imaginatione determinauerimus, sic & de reliquo dicendum erit. Si igitur imaginatio est, secundum quam phantasma aliquod nobis fieri dicimus, & non si quid secundum translationem dicimus, vna quædam est harum potentia, aut habitus, secũdum quem discernimus, & verum, aut falsum dicimus. huiusmodi autẽ sunt, sensus, opinio, scientia, intellectus.

Tex.155.

¶Quòd igitur non sit sensus manifestũ ex his est. sensus enim aut potentia, aut actus est, vt visus, aut visio. apparet autem aliquid, etiam non existente, vt quæ in somnis. Postea, sensus quidem semper adest, imaginatio autem non. Si vero idẽ esset quod actus, omnibus vtiq; contingeret bestiis imaginationem inesse: videntur autem non, vt formicæ, aut api, aut vermibus. Amplius sensus quidem veri semper, imaginationes autem plures falsæ. Amplius autem non dicimus, cùm operamur certe circa sensibile, quòd videtur hoc nobis homo, sed potius cùm non manifeste sentimus, & tunc aut verus est, aut falsus. Et, quod quidem diximus prius, apparent & claudentibus visa.

Tex.156. *Quòd imaginatio non sit sensus.*

Tex.157. ¶At vero neque eorum, qui semper verum di-
Quòd imaginatio non sit scientia, nec intellectus.
cunt, vllus erit, vt scienti i, aut intellectus. nō enim & falsa imaginatio. Relinquitur igitur vt dere, si opinio sit: sit enim opinio & vera, & falsa. Sed opinionem quidem sequitur fides. Non enim contingit opinantem iis, quæ videntur non credere, bestiarum autem nulli ineſt fides: imaginatio autem multis. Amplius, omnē opinionem sequitur fides: fidem autem persuasio esse: persuasionem autem ratio, bestiarum autem quibusdam imaginatio quidem ineſt, ratio vero non. ¶Manifestum igitur quòd neq; opinio cum sensu, neque per sensum, neque complexio opinionis & sensus erit imaginatio: & propter hæc. Et, quia non alia quædam est opinio, sed illa quæ quidem est, cuius est & sensus, dico autem ex albi opinione & sensu complexio imaginatio est. non enim ex opinione quidem boni erit, sensu autem albi. Apparere igitur est opinari quod sentit, non secūdum accidens.

Quòd non sit opinio.

Tex.158.

Tex.159. ¶Appārent autem & falsa, de quibus fiunt existimationem veram habet, vt appareſ. Sub vnius pedis, persuasum autem est eum maiorem esse habitata. Accidit igitur aut abiicere suam ipsius veram opinionem, quam habebat, saluata re, non oblitum, neque diſſuasum, aut adhuc habet, ne cesse est eandem veram esse & falsam, sed falsa fiet, cum latuerit mutata res.

Tex.160. ¶Non ergo vnum aliquod horum est, neque ex his imaginatio. Sed, quoniam est moto hoc moueri aliud ab hoc: imaginatio autem mota quidam videtur esse, & non sine sensu fieri, & sentientibus, & quorum sensus est: est autē imagi-

Tex.161. tum fieri ab actu sensus. ¶Et hunc similem necesse est esse sensui: erit vtique hæc motus

neque sine sensu, neque non sentientibus ineſse potest. Et multa est secundum ipsum & facere & pati, quod habet: & esse verum & falsum. Hoc autem accidit propter hæc. Sensus proprionum quidem est verus, aut quàm paucissimum habens falsum. Secundo autem eius, cui accidunt hæc. & hic iam contingit, vt falsus sit, quòd enim album sit, non est falsus: si autem album hoc, aut aliud quiddam, falsus est. Tertio autem communium, & consequentium ea, quæ accidunt his, quibus insunt propria, dico autem, vt motus & magnitudo, quæ accidunt sensibilibus: circa quæ maxime iam est decipi secūdum sensum. Motus autem ab actu factus, qui ab his quæ sensibus, differt à sensu, & primus quidē, præsente sensu, verus est. alij autem, præsente & absente, erunt vtique falsi, & maxime cùm proximi est sensibile. Si igitur nihil aliud habet, quæ dicta sunt, quàm imaginatio: hoc autem est, quod dictum est: Imaginatio vtique erit motus a sensu secundum actum facto.

Imaginationis definitio.

Tex.162. ¶Quoniam autem visus maxime sensus est, quòd φαντασία nomen à lumine accepit, quoniam sine lumine non est videre. Et, quoniam immanent, & simulachra sunt sensibus, multa secundum ipsas operantur animalia, alia quidem, quia non habent intellectum, vt bestiæ: alia vero, quia obruitur aliquando intellectus passione, aut ægritudine, aut somno, vt homines. De imaginatione igitur quid est, & propter quid est, dictum sit intantum.

ARISTOTELIS DE ANIMA LIBER TERTIVS.

SVMMÆ LIBRI.

In prima agitur de potentia Animæ intellectiua.
In secunda de potentia Animæ motiua.
In tertia, quæ Animæ potentia quibus animatis sint necessaria, declaratur.

Summa Prima Caput Primum. De intellectu possibilis essentia. Ipsius impassibilitatem non esse similem ei, quæ sensus. Et quando intellectus hic in actu esse dicatur.

Tex.1. DE parte autem animæ, quæ & cognoscit anima & sapit, siue separabilis existens, siue non separabilis secundùm magnitudinem, sed secundùm rationem, consyderandum est quam habeat differentiam, & quomodo tandem fiat ipsum intelligere.

Tex.2. ¶Si igitur est ipsum intelligere sicut sentire, aut pati aliquid, vtique erit ab ipso intelligibili, aut aliquid aliud tale.

Tex.3. ¶Impassibilem ergo oportet esse, susceptiuum autem formæ: & potentia huiusmodi, sed non hoc, & similiter se habere, sicut sensitiuum ad sensibilia, sic intellectum ad intelligibilia.

Tex.4. ¶Necesse est itaque, quoniam omnia intelligit,

vt immixtum esse, sicut dicit Anaxagoras, vt dominetur, hoc autem est, vt cognoscat. nam alienum, iuxta apparens, prohibet, & obstruit, * κρατῇ.

¶Quare neque ipsius vlla est natura, nisi hæc quòd possibilis. Qui igitur vocatur animæ intellectus: dico autem intellectum, quo † intelligit & existimat anima: nihil est actu eorum quæ sunt, antequam intelligant. Tex.5. † a.l. ita vt neque ipsius vlla sit natura.

¶Vnde neque rationabile est ipsum mixtum esse cum corpore, qualis enim quidam vtique fieret, calidus aut frigidus, & ei instrumentum aliquod esset sicut sensitiuo. nunc autem nullum est. Et bene vtique, qui dicunt animam esse locum formarum: nisi quòd non tota, sed intellectiua, neque actu, sed potentia formæ. † cogitat Tex.6.

¶Quòd autem non similis sit impassibilitas sensitiui & intellectiui, manifestum est ex sensibilibus, & sensu. Sensus enim non potest sentire ex vehementi sensibili: vt sonum ex magnis sonis, neque ex fortibus odoribus, & coloribus videre, aut odorari. Sed intellectus, cùm aliquid intellexerit valde intelligibile, non minus intelligit inferiora, sed & magis, sensitiuum enim non sine corpore est, hic autem separabilis est. Tex.7.

¶Cùm autem sic singula factus est, vt sciens dicitur qui secundum actum: hoc autem tum accidit, cum potest operari per seipsum: est quidem & tùc potentia quodammodo, non tamen similiter, vt & erat antequà addiceret, aut inueniret. Et ipse autè seipsum tunc potest intelligere. Tex.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caput Secundum. Quo pacto intellectus potest materialis, ac eorum formæ, similiter & ea quæ sunt in abstractione intelligat. Quæ etiam pacto intelligat si est impossibile. Quo modo se ipsum intelligit. Et cur non semper intelligat.

Tex.9. QVoniam autem aliud est magnitudo & magnitudini esse, & aqua & aquæ esse, sic autem & in multis aliis: sed non in omnibus, in quibusdam enim idem est esse carni & carnem: aut alio, aut aliter habente discernit. Caro enim non sine materia est, sed sicut simum. Tex.10. hoc in hoc. ¶Sensitiuo igitur calidum, & frigidum iudicat, & quorum ratio quædam ipsa caro. Alio autem, aut separabili, aut vt circumflexa se habet ad seipsam, cum extensa fuerit. Tex.11. carni esse discernit. ¶Iterum autem in iis quæ in abstractione sunt, rectum vt simum. cum continuo enim est. Ipsum autem quid erat esse, si est alterum recto esse & rectum, alio. sit enim dualitas. Altero itaque, aut aliter se habente iudicat. Omnino ergo, vt separabiles sunt res à materia, sic & quæ circa intellectum.

Tex.12. ¶Dubitabit autem vtique aliquis, si intellectus simplex est, & impassibilis, & nulli quicquã habet commune, sicut dicit Anaxagoras, quomodo intelliget, si intelligere pati quoddã est, inquãtum enim aliquid commune vtrique inest, hoc quidem agere. illud vero pati videtur.

Tex.13. ¶Amplius autem, si intelligibilis & ipse. suus enim & aliis inerit intellectus, si non secundũ aliud ipse intelligibilis sit, vnũ autem quoddã specie ipsum intelligibile, aut aliquid mistũ habebit. quod ipsum facit intelligibilẽ, sicut alia.

Tex.14. ¶An pati quidem secundum commune aliquid

quid diuisum est prius: quoniam potentia quodammodo est intelligibilia intellectus, sed actu *Intellectus* nullum, antequam intelligat. Oportet autẽ sic, *patẽ magno* vt in tabula, in qua nihil est scriptũ actu. quod *dam modo* quidem accidit in ipso intellectu. ¶Et ipse *est* intelligibilis est, sicut ipsa intelligibilia. In *gentia.* enim, quæ sunt sine materia, idem est quod Tex.11. intelligit, & quod intelligitur. Scientia namque *In his quæ* speculatiua, & ipsum scibile idem est. ¶Cur- *sunt sine ma* autem non semper intelligat, causa consyderã- *teria, idem* dum est. In habentibus autem materiam potentia *est intelli* vnumquodq; est intelligibilium. Quare *gẽs, & quod* his quidem non inerit intellectus. sine materia *intelligitur.* enim potentia est intellectus talium. ille autem Tex.16. intelligibile erit.

Caput Tertium. De intellectu agente.

QVoniam autẽ in omni natura est aliquid, Tex.17. hoc quidem materia vnicuiq; generi, id autem est, quod potentia omnia illa, alterũ autem causa, & factiuum, quod faciendo omnia, quod ars ad materiã passa est, necesse & in anima has existere differentias. ¶Et est quidam Tex.18. ille intellectus, quia omnia fit: quidam vero, quia omnia facit, vt habitus quidam: quale est lumen. quodam enim modo & lumen facit potentia existẽtes colores, actu colores. ¶Et hic Tex.19. intellectus seperabilis est, & immistus, & impassibilis, substantia actio existẽs. Semper enim honorabilius est agens patiente, & principiũ materia. Idem autem est secundum actum scientia rem ipsa. ¶Quæ vero secundum potentiã Tex.20. tempore prior in vno est. omnino autem neque tempore. sed non aliquando quidem intelligit,

aliquando autem non intelligit. Separatus autem est solum hoc, quod quidem est, & hoc solum immortale est, & perpetuum. Non reminiscimur autem, quia hoc quidem impassibilis est. passiuus vero intellectus corruptibilis est, & sine hoc nihil intelligit.

Caput Quintum. De intelligibilibus, ipsius intellectus obiectis: quibúsque ipsius intellectus operationes intelligantur.

Tex.11. INdiuisibiliũ igitur intellectio in iis est, circa quæ non est falsum. In quibus autem falsum iam & verum est, compositio quædam iam est conceptuum, tanquam vnum existentium.
„ Et sicut Empedocles dixit, *Vere multorum quidem*
„ *capita sine cervice germinaverunt, postea compacta*
„ *sunt concordia:* sic & hæc separata componuntur vt incommensurabile & diametro.

Tex.12. ¶ Si autem factorum aut futurorum, tempus cõiatelligés est, & componens. Falsum enim in compositione semper est. etenim si album, non album dixerit, ipsum non album compositum. Contingit autẽ & diuisionem dicere omnia, quæ tamen non solum falsum est, aut verum, quoniam albus Cleon est, sed quòd erat, aut erit. Quod autem quodq; vnum facit, hoc intellectus est.

Tex.13. ¶Indiuisibile autem quoniam dupliciter dicitur, aut potentia, aut actu, nihil prohibet intelligere indiuisibile, cùm longitudinem intelligit (indiuisibilis enim actu est) & in tempore indiuisibili. similiter enim tempus diuisibile & indiuisibile est, atq; longitudo. Nõ igitur est discere quid in vtroque dimidio intelligebat. Non enim est, sinon diuisa sit, nisi potentia. Secundum autem vtrunque intellectus dimidiorum diuisit, & tempus simul. tunc autem vt lõgitudines. si vero vt ex vtrisq;, & in tẽpore, quod in vtrisq; est. ¶ Quod autem non secundum quantitatẽ Tex.14. indiuisibile est, sed forma intelligit in indiuisibili tempore, & indiuisibili animæ intellectione. secundum accidens autem, & non inquantum illa diuisibilia sunt id, quod intelligit, & tẽpus, in quo, sed inquantum indiuisibilia. Inest autẽ & in his aliquid indiuisibile, sed forte non separabile, quod vnum facit tempus, & longitudinem. & hoc similiter in omni est continuo, & tempore, & longitudine. ¶ Punctum autem, & Tex.15. omnis diuisio, & sic indiuisibile monstratur sicut privatio, & similis ratio in aliis est. vt quomodo malum cognoscit, aut nigrum. contrario enim quodammodo cognoscit. Oportet autem potentia esse quod cognoscit. & inesse in ipso. Si vero alicui non inest contrarium causarũ, ipsa seipsam cognoscit, & actu est, & separabilis.

¶Est autem dictio quidem aliquid de aliquo, Tex.16. sicut affirmatio. atque vera est, aut falsa omnis. *Intellectus nõ omnia sed ipsius quid erat esse est verum.* Intellectus autem non omnis, sed qui est ipsius quid est, secundum ipsum quid erat esse, verus est, & nõ aliquid de aliquo. Sed vt visio proprij vera est, si autem album homo aut non, non vera semper est, sic se habent quæcunque sine materia sunt.

¶Idem autem est quæ secundum actum sciẽtia, ipsi rei. quæ vero secundum potentiam, tempore prior est in vno. Omnino autem neque tempore. sunt enim ex actu existẽte omnia, quæ fiunt.

Caput

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caput Quintum. In multis intellectum sensitiuæ conuenire. De intellectu practico, ac ipsius a speculatiuo differentia. Quo etiam pacto ea, quæ abstractione dicuntur, intelligantur.

Tex.28. VIderunt autem sensibile ex sensitiuo; quod potentia est, sensitiuum actu facere. non enim patitur, neque alteratur. Vnde alia est hæc species motus. motus enim actus erat imperfecti. simpliciter autē actus, qui perfecti, est, aliqui est. Sentire igitur simile est ipsi dicere solum, & intelligere. Cùm autem iucundum, aut molestū, vt affirmans, aut negans persequitur, aut fugit,

Tex.29. ¶ Et est delectati, aut dolere agere sentiens medietate ad bonum aut malum, inquantū talia. & fuga quoq;, & appetitus, qui est secundum

† *Idem.* actum, † hoc sunt. & non aliud est appetitiuum & fugitiuum, neq; ab inuicem, neq; à sensitiuo, sed esse aliud est. ¶ * Cogitatiuæ autem

Tex.30. * *Imaginatiuæ.* mæ phantasmata vt sensibilia sunt. cùm autem bonum, aut malum affirmauerit, aut negauerit, tunc fugit, aut persequitur. Quapropter nunquā

Tex.31. sine phantasmate intelligit anima. ¶ Sicut enim aër pupillam huiusmodi fecit, ipsa autem aliud, & auditus similiter. vltimum autem vnū est, & vna medietas, esse autem ipsi plura. Quo autem discernit quo differt dulce & calidū, dictum est quidem & prius, dicendū autem & hic. est enim vnum quid, sic autem vt terminus.

Tex.32. ¶ Et hæc vnum proportione, aut numero, quæ habent ad vtrunq;, vt illa adinuicē. Quid enim refert id dubitare, quomodo ea, quæ eiusdem generis iudicat, aut contraria, vt album & nigrum. Sit igitur vt A, quod album, ad B, quod nigrum, sic C ad D. quare & permutatim. Si igitur

CD vni insint, sic habebunt sicut & A B, idem quidem & vnum, esse autem non idem, & illud similiter. Eadem autem ratio est, & si A quidem dulce sit, B vero album. Formas igitur intellectiuum in phantasmatibus intelligit.

Tex.33. ¶ Et sicut in illis determinatum est ipsi persequendum & fugiendum, sic & extra sensum, cùm in phantasmatibus fuerit, mouetur. vt sentiens signum face datum, quòd ignis, communi cognouit, videndo eum, qui se mouet, quòd hostis est. aliquando autem iis, quæ sunt in anima, phantasmatibus, aut intelligentiis, tanquam videns ratiocinatur, & deliberat futura ad præsentia. ¶ Et, cùm dixerit quòd ibi iucundum

Tex.34. aut molestum, hic fugit aut persequitur, & omnino in actione est. Et quod sine actione est & verum & falsum, in eodem genere est cum bono & malo: sed ipso simpliciter, & aliquo differt.

Tex.35. ¶ Quæ vero abstractione dicuntur, intelligit. Vt enim simum, secundum quòd simum, non separatim: inquantum autem cauum si quis intelligeret tactu, sine carne vtique intelligeret, in qua cauum est: sic mathematica non separata, tanquam separata intelligit, cùm intelligit illa.

Tex.36. ¶ Omnino autem intellectus, qui secundum actum intelligit, res ipsæ est. Vtrum autem cōtingat aliquid separatorum intelligere ipsum existente non separatum à magnitudine, an nō, considerandum est postertius.

Caput Quintum. Animam quodammodo esse omnia, & rerum formas: ipsamque non sine phantasmatibus intelligere.

Tex.37. NVnc autem quæ de anima dicta sunt recapitulantes, dicamus iterum, quòd anima

entia

entia quodammodo est omnia. Aut enim sunt sensibilia ea, quæ sunt, aut intelligibilia. Est autem scientia quidē scibilia quodammodo, sensus autem sensibilia. ¶Quomodo autē hoc sit Tex.38. oportet inquirere. Secatur igitur scientia, & sensus in res, qui quidem potentia est, in eas, quæ sunt potentia: qui vero actu, in eas, quæ sunt actu. Animæ autem sensitiuum, & id, quod scire potest, potentia hęc sunt: hoc quidem scibile, illud vero sensibile. Necesse est autem aut ipsa, aut formas esse. ipsas igitur non. non enim lapis in anima est. sed forma. Quare anima sicut manus est. manus enim instrumentum instrumentorum: & intellectus forma formarum: & sensus forma sensibilium. ¶Quoniam autem neque tes vlla est præter magnitudines, vt videtur sensibilia separata, in formis sensibilibus intelligibilia sunt, & quæ in abstractione dicuntur, & quæcunque sensibilium habitus, & passiones sunt. Et ob hoc qui non sentit aliquid, nihil vique addiscet, nec intelliget. Et, cum speculetur, necesse est simul phantasma aliquod speculari. phantasmata autem, velut sensibilia sunt, præterquam quòd sunt sine materia. Est autem imaginatio, aliud à dictione & negatione, compositio enim intellectionum est verum, aut falsum. Primę autem intellectiones, quo differunt vt nō phantasmata sint? An neque hæ phantasmata sunt, sed non sine phantasmatibus?

Lapis nō est in anima. sed forma.

Manus est instrumentum instrumentorum. vide. 4. de partibus. Ani. c. 10.

Tex.39.

Summa Secunda. De potentia Animæ motiua.

Caput Primum. Redarguitur quædam animæ diuisio: ac dubitatur quid id sit, quod motu locali animal mouet.

Quoniam autem animalium anima Tex.40.
secundum duas definita est potentias, & discretiuo, quod *intelligētiæ opus est & sensus, & adhuc ipso mouere motu secundum locum: de sensu quidem & intellectu determinata sint tot. De mouente autem quidnam sit animæ, speculandum est, vtrum vna quædam pars ipsius sit separabilis aut magnitudine aut ratione, an tota anima. &, si pars aliqua, vtrum propria quædam sit præter consuetas dici & dictas, an totum vna aliqua.

*duuolaz

¶Habet autem dubitationem mox, quomodo Tex.41.
oporteat partes animæ dicere. & quot. Quoniam enim modo infinitæ videtur, & non ex solis, quas dicunt quidam determinantes rationalitatem, & irascitiuam, & concupiscitiuam. Illi autem eam, quæ rationem habet, & eam, quæ ratione caret. Secundum enim differentias, quas has separant, & aliæ videntur esse priores, maiorem his distantiam habentes, de quibus & nunc quidem dictum est. Nutritiua, quidem, quę & plantis inest, & omnibus animalibus. Et sensitiua, quam neque vt irrationabilē, neque vt rationem habentem ponet quis vtique facile. Adhuc autem & imaginatiua, quæ ipso esse quidem ab omnibus alia est. ¶Cui au- Tex.42.
tem harum eadem, vel alia sit, habet multā dubitationē, si quis ponat separatas partes animæ. Appetitiua autem appetitiua, quæ & rationē & potentia alia videbitur vtique esse ab omnibus. Et conueniens vtique est hanc divellere. in rationalitate enim voluntas fit, & in irrationabili cōcupiscentia, & ira. Si autē tria sit anima, in vnoquoque erit appetitus. ¶Et etiam de quo nunc sermo

Partes animæ quotimodo infinitæ videantur.

Tex.43.

Universidad de Deusto Biblioteca

simo instabat, quid est mouens secundum locum animal? Motu enim secundum augmentum & decrementum, qui omnibus ineſt, quod omnibus ineſt, videbitur vtique mouere, generatiuum, & nutritiuum. De reſpiratione autem & expiratione, & ſomno & vigilia poſterius perſpiciendum. habent enim & hæc dubitationem
Tex.44. multam. ¶Sed de motu ſecundum locum, quid ſit mouens animal ſecundum progreſſiuum motum, conſiderandum eſt. Quòd igitur non ſit tritiua potentia manifeſtum eſt. Semper enim propter aliquid motus hic fit: & aut cum imaginatione, aut appetitu eſt. nihil enim non appetens, aut fugiens mouetur, niſi violẽtia. Amplius & plantæ vtiq; motiuæ eſſent, & haberent aliquam partem inſtrumentalem ad motum huiuſmodi.
Tex.45. ¶Similiter autẽ neq; ſenſitiuum. Multa enim ſunt animalium, quæ ſenſum quidem habent, manentia autem, & immobilia ſunt aliquæ. Si igitur natura neque facit fruſtra quicquam, neque deficit in neceſſarijs, niſi in orbatis, & imperfectis: huiuſmodi autem animalium pleraq; non orbata ſunt: ſignum autem eſt, quòd generatiua ſunt, & augmentum habent & decrementum: ſit vt haberent vtique & partes inſtrumentales progreſſionis. ¶At vero neq; ratiocinatiuũ, & vocamus intellectus eſt motiuus. Speculatiuus enim nihil ſpeculatur agibile, neque dicit de fugiendo & perſequẽdo quicquam: ſemper autẽ motus aut fugientis aut perſequentis aliquid eſt. Sed neq; cum ſpeculatur aliquid huiuſmodi, iam præcipit aut perſequi aut fugere quemadmodum ſæpe intelligit terribile aliquid, non iubet autem timere, ſed cor mouetur: ſi autem delectabile, pars aliqua alia.

Natura nihil facit fruſtra. Id miſ. 1. 69. & 1. 40. 31. & 3. 40. 30. & 59.

¶Amplius

¶Amplius & præcipiente intellectu, & dicente ratiocinatione fugere aliquid, aut perſequi, non mouetur, ſed ſecundum concupiſcentiam fugit, vt incontinens. Et omnino autem videmus quod quo medendi artem habet, non medeturus quam aliud quippiam principatum obtineat medendi: per ſcientiam, ſed non ſcientia? At vero neque appetitus huius motus dominus eſt. continentes enim appetentes, & concupiſcentes non operantur ea, quorum appetitum habent, ſed ſequuntur intellectum.
Tex.47.

Caput Secundum. Quòd intellectus, ac voluntas cauſa ſint localis motus in animalibus. Item quæ paſſa ſint eſſe motus.

Videntur autem duo hæc mouentia, aut appetitus, aut intellectus, ſi quis imaginationem ponat vt intellectionem quandam. multi enim præter ſcientiam ſequuntur imaginationem. & in aliis animalibus nõ intellectio, neque ſenſus eſt, ſed imaginatio. Vtraque ergo hæc mouent ea quæ ſunt ſecundum locum, intellectus, & appetitus. ¶Intellectus autem qui propter aliquid ratiocinatur, & qui actiuus eſt: differt autem à ſpeculatiuo, fine. Et appetitus propter aliquid eſt. huius enim appetitus hic, id principium actiuum intellectus. vltimum autem principium actionis eſt. Quare rationabiliter hæc duo videntur mouentia, appetitus, & intelligentia. appetibile enim mouet: & propter hoc intelligẽtia mouet, quia appetibile principium eſſe eſt. ¶Et imaginatio quoque cùm mouet, non mouet ſine appetitu. Vnum quid igitur mouens ipſum appetitiuum. ſi enim duo,
Tex.48.
Tex.49.
Intellectus practicus. Aut ſpeculatiuus. Et appetitus. Aut ſit à ſpeculatiuo, fine. Vltimum in intentione. Primum in actione.
Idem 2. phy. ſic. tex. 83.
Didicit.
Tex.50.

Universidad de Deusto
Biblioteca

intellectus & appetitus mouerent, secundum communem vtiq; aliquam formam mouerent. nunc autem intellectus non videtur mouere sine appetitu. voluntas enim appetitus est. Cùm autem secundum rationem mouetur, & secundum voluntatem mouetur. appetitus autem mouet præter rationem. concupiscentiam enim appetitus quidam est.

Voluntas est appetitus.

Tex.51. ¶Intellectus igitur omnis rectus est: appetitus autem & imaginatio recta, & non recta. Vnde semper quidem mouet appetibile. sed hoc aut est bonum, aut apparens bonum. non omne autem, sed agibile bonum. agibile autem est, quod potest & aliter se habere.

Tex.52. ¶Quòd igitur huiusmodi potentia animæ, quæ vocatur appetitus, mouet, manifestum est. Diuidentibus autem animæ partes, si secundum potentias diuidant & separent, valde multæ fiunt, nutritiuum, sensitiuum, intellectiuum, deliberatiuum, appetitiuum. hæc enim plus differunt abinuicem, quàm concupiscitiuum & irascitiuum. ¶Quoniam autem appetitus fiunt contrarij adinuicem: hoc autem accidit circa rationem & concupiscentiam contrariæ sunt, fit autem in temporis sensum habentibus (intellectus enim propter futurum retrahere iubet, concupiscentia autem propter præsens. videtur enim quod iam delectabile est, & simpliciter delectabile & bonum simpliciter, propterea quòd non videtur futurum.)

Tex.53.

Tex.54. ¶Specie quidem vnum est quod mouens, appetitiuum inquantum appetitiuum primum autem omnium appetibile (hoc enim mouet, & non mouetur, eò quòd sit intellectum aut imaginatum) numero autem plura mouentia. Quoniam autem tria sunt, vnum quidem

In eodem libro multa mouentur.

mouens, secundum autem, quo mouet, & tertium, quod mouetur. mouens autem duplex, aliud quidem immobile, aliud autem mouens & motum, est vtique immobile quidem agibile bonum, mouens autem & motum appetitiuum (mouetur enim quod appetit, secundum quòd appetit. & appetitus motus quidã est. aut actus) quod autem mouetur est animal, quo vero mouet instrumento appetitus, iam hoc corporeum est. Vnde in communibus animæ & corporis operibus consyderandum est de ipsis.

¶Nunc autem, vt in summa dicam, mouens Tex.55.
instrumentaliter, vbi principium & finis idem.
vt * commissura ossium. hic enim conuexum & * σφῦρα.
concauum hoc quidem finis, illud vero principium. Vnde aliud quidé quiescit, aliud vero mo- *cardo.*
uetur ratione quidé diuersa existentia, magnitudine vero inseparabilia. omnia enim pulsu & tractu mouentur. Quapropter oportet, sicut in circulo, manere aliquid, & hinc incipere motum.

Caput Tertium. Quid sit mouens in imperfectis animalibus: & quomodo ei insit.

QVoniam igitur, sicut dictum est, inquãtum Tex.56.
animal appetitiuum est, sic suipsius mouens est. appetitiuum autem non sine imaginatione: imaginatio autem omnis aut rationalis est, aut sensitiua: hac igitur & alia animalia participant. Consyderandum autem & de imperfectis quid est mouens, quibus sensus solum inest tactus, vtrum contingat imaginationem inesse his, aut non, & concupiscentiam. Videtur enim dolor, & voluptas inesse. si autem hæc, & concupiscentiam inesse necesse est. Imaginatio autem quomodo vtique inerit? An sicut mouen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In animalibus imperfectis determinate sunt, hic autem indeterminate.

Hic est indeterminata imaginatio.

tur indeterminate, & hæc insunt quidem, inde-
terminate autem insunt.

¶Sensitiua igitur imaginatio, sicut dictum est,
& in aliis animalibus inest. Deliberatiua autem
Tex.57. in rationalibus. vtrum enim ager hoc, an hoc,
iam rationis est opus, & necesse est vno mensu-
rare. malus enim persequitur. quare potest vnus
ex pluribus phantasmatibus facere. Et causa hu-
est, quòd opinionem non videtur habere, quo-
niam eam, quæ est ex syllogismo, nō habet. hæc
autem illam. Quapropter deliberatium nō ha-
bet appetitus. Vincit autem aliquando, & mouet
voluntatem, aliquando autem illa hunc, sicut
sphæra, appetitus appetitum, cùm incōtinentia
Natura superior primi habet est. facta est. natura autem semper superiori primi-
palior est, & mouet, ad ō vt tribus lationibus
Tex.58. moueatur. ¶Scientificum autem non mouet,
sed manet. Quoniam autem existimatio & ra-
tio, hæc quidem ipsius vniuersalis est, illa verò
ipsius singularis. illa enim dicit, quòd oportet
talem tale agere, hæc autem quòd hoc tale, &
ego quidem talis. iam hæc mouet opinio, non
ea, quæ vniuersalis, aut vtraque: sed illa quidem
quiescens magis, hæc autem mimme.

Summa Tertiæ, Quæ Anima potentia quidem sit, & actu necessario insit.

Caput Primum, Naturalium animam omne tactum necessarium habere: sensum vero tactus ipsius animalia: atq; etiam gustum, cùm sit tactus quidam.

Tex.59. NVtritiuam igitur animam necesse
est habere omne, quodcunque viuit
& animā habet, à generatione vsq;
ad corruptionem. Necesse est enim
quod genitum est augmentum ha-

bere, & statum, & decrementum: hæc autem si-
ne alimento est impossibile. necesse est igitur
inesse nutritiuam potentiam in omnibus, quæ
augmentantur, & diminuuntur.

¶Sensum autem non est inesse in omnibus Tex.60.
viuentibus. Neque enim ea, quorum corpus sim-
plex est, contingit habere tactum, neque sine
hoc possibile est esse vllum animal, neque quæ
coniunctione non sunt susceptiua formarum sine ma-
teria. Animal autem necesse est sensum habere,
si nihil frustra facit natura, omnia enim, quæ na- *Natura nihil frustra facit. Idem supra 1. 47. συμπερ. 4.*
tura sunt, propter aliquid sunt, aut * casus sunt
eorum, quæ sunt propter aliquid. Si igitur omne
mouetur corpus non habeat sensum, cor-
rumpetur vtique, & ad finem non perueniet, qui
est naturæ opus. Quomodo enim aleretur manen-
tibus enim ineſt hoc, vnde nata sunt. Tex.61.

¶Non est autem possibile, vt corpus habeat
quidem animam, & intellectum discretiuum,
sensum autem non habeat, non manifestum ex-
istit. ,generabile autem. at vero neque ingene-
rabile. † Quare enim nō habebit? aut enim ani- † *a.1. Quare enim habeat?*
mæ melius erit, aut corpori. Nunc autem neu-
trum est. illa enim non magis intelligit, hoc au-
tem habēt esse magis propter illud.

¶Nihil ergo corpus non manens habet ani- Tex.61.
mal sine sensu. At verò, si habet sensum, necesse
est corpus esse, aut simplex, aut mistum. Impossi-
bile autem est esse simplex. tactum enim non
habere. est autem necesse hunc habere.

¶Hoc autem ex his manifestum. Quoniam Tex.63.
enim animal corpus animatum est: corpus au-
tem omne est tangibile: tangibile autem quod
possibile tactu: necesse est & animalis corpus
tactuum esse, si debeat conseruari animal. Alij

enim sensus per alia sentiunt, vt olfactus, visus, auditus, tangens autem, nisi habeat sensum, non poterit hæc quidem fugere, illa autem accipere. Si verò hoc, impossibile est saluari animal. Quare propter & gustus est vt tactus quidam. alimenti enim alimentum autem corpus tangibile.

Tex.64. ¶Sonus autem, & color, & odor non alunt, neque faciunt augmentum aut decrementum. Quamobrem & gustum necesse est tactum esse quendam, quia tangibilis & nutritiui sensus est. Hi igitur necessarij sunt animali. atque manifestum est quòd non est possibile sine tactu animal esse. Alij autem propter bonum, & gratia melioris animalium iam non cuicunque sed cui vt progressiuo, necesse est inesse. si enim debent saluari, non solum opottet tangendo sentire,

Tex.65. sed & eminus. ¶Hoc autè erit, si per medium sensitiuum fuerit, eò quòd illud quidem à sensibili patiatur & moueatur, ipsum autem ab illo. Sicut enim mouens secundum locum vsque ad permutationem facit, & pellens alterum facit vt pellat, & est per mediū motus, & primum quidem mouens pellit & non pellitur, vltimum autem solum pellitur & non pellit, medium autem vtraque, multa autem media, sic in alteratione, præterquàm quòd manens in eodem alterat. Vt si quis in ceram tinxerit, vsque ad id mota est, quousque tinxit. lapis autem non sed aqua vsque procul. aër autem ad plurimum mouetur, & agit, & patitur, si manet, & non sic. Vnde & de refractione est melius, quàm visum egredientem refrangi, aërem pati à colore & figura, vsquequo sit vnus, in læui autem ad vnus. Quapropter iterum hic visum mouere cur vtiq; si certæ sigillo ad finem vsq; succedit.

Caput Secundum. Animalis corpus simplex esse minime posse: eiusq; sensus tactum sit ex necessarius, alij verò sine ad bene esse.

Quòd autem impossibile sit simplex esse animalis corpus, manifestum est. dico autem, vt igneum, aut aëreum. Sine enim tactu nullum contingit alium sensum habere. corpus autem animatum omne tactiuum, sicut dictum est. Alia autem, præter terram sensoria quidem vtique fient, omnia autem per aliud sentiendo sicut sensum, & per medium. tactus autem est per tangendo ipsa quapropter & hoc nomen habet. Attamen & alij sensus tactu sentiunt, sed per aërem hic autem videtur solus per seipsum. Quare huiusmodi elementorum nullum vtique erit corpus animalis. Neque ignis terrenum. omnium enim tãgibilium tactus est sicut medietas. & susceptiuum est sensorium, non solum differentium, quæcunque terræ sunt, sed & calidi, & frigidi, & aliorum omnium tangibilium. Et propter hoc ossibus, & capillis, & huiusmodi passibus non sentimus, quia terræ sunt. Et plantæ etiam ob hoc nullum habent sensum, quia terræ sunt. Sine autem tactu nullum possibile est alium esse. hic autem sensus non est neque terræ, neque vllius alius elementorum.

Tex.66.

Quare plãtæ nullũ habẽt sensum.

Tex.67. ¶Manifestum est igitur quòd necesse est hoc solo priuata sensu animalia mori. neque enim bene possibile est habere non animal existens: neque, cùm sit animal, alium habere necesse est, præter hunc. Et propter hoc quidem alia sensibilia exuperantia non corrumpunt animal, vt color, & odor, & sonus: sed solum sensus, nisi secundum accidens. puta si simul cum sono pulsio

fiat & ictus, & à visis & odore alia mouentur quæ tactu corrumpunt, & sapos quoque, secundum quòd accidit simul tactuum esse, sic corrumpit. Tangibilium autem exuperantia, vt calidorum, & frigidorum, & durorum corrumpit animal. ¶Omnis enim sensibilis exuperantia corrumpit sensum. quamobrem & tangibile tactum. hoc autem determinatum est ipsum † vocare. sine enim tactu demonstratum est quòd impossibile est animal esse. Quocirca tangibilium exuperantia nō solum corrumpit sensum, sed & animal. quia necesse est. solum habere hunc animal. Alios autem sensus habet animal, sicut dictum est, non vt sit, sed vt bene sit. Vt visum, quia in aëre & aqua vt videat. omnino autem, quia in perspicuo. Gustum autem, propter iucundum, atque molestum, vt sentiat hoc, quod in alimento. & concupiscat, & moueatur. Auditum autem, vt significetur aliquid ipsi. Linguam autem, vt significet aliquid alteri.

Tex. 68.

† Vnus codex legit animal.

*

Librorum Trium de Anima finis.

ARISTOTELIS STAGIRITÆ, PERIPATETICORVM Principis de Sensu, & Sensilibus.

Caput Primum. Quæ partes animæ communes dicantur, de quibus Naturalis habet considerare: Quomodo singuli sensus animalibus insint.

QVoniam autem de anima secundum seipsam determinatum est prius, & de virtutum qualibet secundum partem ipsius, consequens est facere considerationem de animalibus, & vitam habentibus omnibus, quæ sunt propriæ, & quæ communes operationes eorum. Quæ igitur dicta sunt de anima subiiciantur, de reliquis autem dicamus, & primum de primis. Videntur autem † maxima & communia, & propria animalium communia esse, & corporis, & animæ, puta sensus, & memoria, & ira, & desyderium, & omnino appetitus: & ad hæc voluptas, & dolor. Amplius, hæc sese insunt omnibus animalibus. Ad hæc autem, hæc quidem omnium sunt vita participantium communia, hæc vero animalium quibusdam. Existit autem horū maxime.

† maxime

quatuor conjugia numero sola, velut vigilia & somnus, & iuuentus & senectus, & expiratio & respiratio, & vita & mors. De quibus considerandum est, quid est vnumquod-que eorum, & propter quas causas accidunt. Naturalis autem & de sanitate, & infirmitate prima cognoscere principia. nec enim sanitatem, nec infirmitatem possibile fieri carentibus vita. Quare & Naturalium plurimi, & Medicorum, qui magis Philosophice attem prosequuntur, illi quidem finiunt ad ea, quæ de Medicina, hi vero ex illis quæ de natura incipiũt quæ de Medicina. Quod autem omnia dicta communia sint animæ & corpori, non immanifestum est. Omnia enim hæc quidem cum sensu accidunt, hæc vero per sensum. Quædam autem, hæc quidem passiones huius existunt, hæc vero habitus: hæc autem custodiæ & conseruationes, hæc vero corruptiones & priuationes. Sensus autem, quòd per corpus sit animæ, manifestum & per rationem, quòd absque ratione. Sed de sensu, & ipso sentire quid sit, & quare accidit animalibus hæc passio, dictum est prius in iis quæ de Anima. Animal habet autem, qua animal est vnumquodque. Necesse est ingesse sensum. per hoc enim determinamur animal esse, & non animal. Proprie autem secundum vnumquodque tactus, & gustus inesse quitur omnia animalia necessario. tactus quidem, propter dictam causam in iis, quæ de Anima: gustus vero propter alimentum. iucundum enim discernit ipse & molestum circa escam, vt hoc quidem fugiat, illud autem prosequatur. & omnino sapor est † gustatiuæ partis passio. Sensus autem, qui per exteriora, gradientibus ipsorum insunt. quemadmodum odoratus, auditus, visus omnibus quidem habentibus causa salutis insunt, vt præsentientia prosequantur alimentum, mala autem & corruptiua fugiant. Habentur autem & prudentiam, eius, quod boni gratia. multas enim annuntiant differentias, ex quibus contemplabilium aduenit prudentia, & agibilium. Horum autem ipsorum ad necessaria quidem vitæ melior est visus & secundum se, ad intellectum autem secundum accidens auditus. Multas enim differentias & omnimodas visus annuntiat potentiæ, quia omnia corpora volore participantia vt & communia maxime per hunc sentiantur. Dico autem communia, figuram, magnitudinem, motum, quietem, numerum. Auditus autem soni tantum differentias, paucis autem & eas, quæ vocis. Secundum vero accidens ad prudentiam auditus plurimam conferet partem. sermo enim audibilis existens causa est disciplinæ, non secundum se, sed secundum accidens. ex nominibus enim constat. nominum vero vnumquodque * nota est. Quare à paucitate priuatorum vtroq; sensu prudentiores sunt cæci mutis & surdis. De virtute itaq; quam habet sensuum vnusquisque, dictum est prius.

Naturalia de sanitate, & infirmitate prima cognoscere principia.

De singulis sensibus,

† *al. nutritiua.*

Vide pro hac in prooemio Metaph.

* *οὐσία Bekk.*

Cæci muti ac surdi sapientiores.

Caput Secundum. De sensoriis, ex qua constent materia, opiniones tum aliorum, tum vera propria: & in qua eorum corporis parte ipsa sint constituta.

IN quibus autem nati sunt fieri corporis sensoriis, aliqui quidem quærunt secundum elementa corporum: non potentes autem ad quatuor quinque existentes conducere, hæsitant de quinto. Faciunt autem omnes visum ignis, quia

Opinio pe-nitus ignē in oculo pro-dit minari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia passionis cuiusdam ignorant causam. cùm enim constringitur, & movetur oculus, videtur ignis lucere. Hoc autem in tenebris natum est accidere, aut palpebris supervenientis. fit enim & tunc in tenebris. Habet autem dubitationem hoc & altram. Si enim non est latete sentientem, & videntem visibile quiddam, necesse erit se videre oculum, quare ergo quiescente illo, hoc non accidit? Causa autem huius, & dubitationis, & putandi ignem visum esse, hinc sumenda. Lævia enim in tenebris nata sunt fulgere, non tamen lucem facere. Oculi autem vocatum ignem, & medium lævè apparet. Apparet autem hoc, cùm movetur oculus, quia accidit quasi duo fieri vnum: hoc autem celeritas facit motus, ita vt videatur aliud esse videns & visum. Quare etiam non fit, nisi celeriter, & in tenebris hoc accidat, lævè enim in tenebris natū est fulgere, quemadmodum quorundam piscium capita, & sepiæ atramentum, & lente cùm movetur oculus, non accidit vt videatur simul duo & vnum esse videns & visum. Illo autem modo ipse seipsum videt oculus, quemadmodum & in refractione. Quoniam, si ignis esset, vt dicit Empedocles, & in Timæo scriptum est, & accideret videre exeunte, quemadmodum ex laterna, lumine, quare non & in tenebris videret vtique visus? Dicere autem quòd extinguatur in tenebris egredient, sicut Timæus dicit, vanum est omnino. Quæ enim extinctio luminis est? extinguitur enim aut humido, aut frigido calidum, & siccum, qualis esse videtur, qui in carbonibus ignis, & flamma, quorum neutrum in lumine apparet existens. Si igitur ineſt quidem, sed propter debilitatem latet nos, oportebat per diem

Improbatio

Propter quid moto oculo duo apparent vnum.

Vtrum visio fiat extra mittendo.

Platonis opinio.

diem & aqua extingui lumen, & in glacie manere fieri tenebras, flamma enim, & ignita corpora patiuntur hoc. Nunc autem nihil tale accidit. Empedocles autem videtur existimare, aliquando quidem exeunte lumine, sicut dictum est prius videre, ait enim:

Empedoclis opinio.

Vt quàdo quis progressum meditãs præparet lucernã,
Hyrsinalem per noctem ignis lumen ardentis,
Adoptans omnium venturum prohibitrices laternas:
Illa ventorum quidem spiritum dissergunt flantium,
Lumen autem extra dissiliens, quantum magis expansum fuerit,
Illustrat pauimentum indomitis radijs.
Sic quod in membrana coercetum antiquum lumen
Subtilibus velaminibus diffundatur per circularem pupillam,
Illa autem aquæ quidem profundum repellunt circumstantia,
Lumen autem extra dissilit, quantum magis expansum fuerit.

† *Ignis*

Aliquando quidem sic videre ait, aliquando autem defluxibus iis, qui ab iis, quæ videntur. Democritus autem quòd quidem aquam esse dicit, bene dicit: quòd autem putat ipsum videre esse ipsam imaginem, non bene. Hoc enim accidit, quoniam oculus lævis est, & est, non in videnti, passio enim refractio est. Sed omnino de apparentibus, & de refractione nondum ipsi manifestum erat, vt videtur. Inconstantium autem & non succurrisse ipsi vt dubitaret, quate solus oculus videt, nullum autem aliorum, in quibus apparent simulacra. Quòd ignis visus est aquæ, verum quidem, non tamen accidit ipsum videre, secũdum quòd aquæ est, sed secundum quòd perspicuum, quod & aeri

Democriti opinio.

Quomodo aqua in oculo videtur.

com

commune est. Sed magis seruabilis est aqua aëre, & magis susceptibilis, quare pupilla & oculus aquæ sunt. Et hoc est in ipsis operibus manifestum, videtur enim aqua quod defluit, cum corrumpuntur oculi, & in omnino nouiter factis maris claritate excedens, & splendore. Et album oculi in sanguine præditis pingue, & crassum, quod propter hoc est, vt permaneat humidum inconcretile. Et ideo corporis minimum rigens oculus. nullus enim vnquam, quod dicunt palpebras est, riguit. Animalium vero exanguium duræ pellis sunt oculi, & hoc facit protectionem. Irrationabile vero omnino est, existente quodam, visum videre, & aut extendi vsque ad astra, aut quadantenus prodeuntem contingi, sicut quidam dicunt. Isto enim melius esset principio coniungi oculi. Sed & hoc flatum quid enim est coniungi lumen lumini, vel quomodo hoc possibile esse? non enim quodlibet coniungitur cuilibet. Et interius exteriori, quomodo? membrana enim inter est. Quòd igitur sine lumine impossibile est videre, dictum est in aliis. Sed siue lumen, siue aër est, quod est inter rem visam & oculum, motus, qui per ipsum facit videre. Et rationabiliter, quod interius aqua est. aqua enim perspicua est. Videtur autem sicut exterius non sine lumine, ita & interius. Perspicuum igitur oportet esse, atque necessest aquam esse, quia non est aër. non enim in vltimo oculi anima, aut animæ sensorium est, sed manifestum quòd interius. Quare necessarium perspicuum est, & receptiuum luminis, quod exterius oculi. Et hoc etiam in his, quæ accidunt manifestum. iam enim quibusdam vulnerati in bello iuxta tempora, ita vt abscissi essent me-

dius oculi, accidit fieri tenebras, sicut lucerna extincta, eò quòd, quasi laterna quædam, abscissum fuit perspicuum, & vocata pupilla.

Quomodo elementa seu sibilia exteriora sentiantur.

Quare, si quidem in his accidit, sicut dicimus, manifestum quòd, si oportet secundum hunc modum attribuere, & assignare vnumquodque sensorium vni elementorum, oculi quidem vtique aquæ existimandum, actis vero sonorum auditivum, ignis autem odoratum. Quod enim odoratus, hoc potentia odoratiuum est. Odibile enim facit agere sensum. quare necesse est existere ipsum potentia prius. Odor vero fumosa euaporatio est, fumosa autem euaporatio ab igne. Quapropter & circa cerebrum loco odoratus proprium sensorium est. potentia enim talida frigidi materia est. Et oculi generatio eundem habet modum, à cerebro enim constat oculos, cerebrum autem frigidissimum, & humidissimum partium corporis est. Tactiuum autem terræ. Gustatiuum vero species quædam humidi est. Et ideo, iuxta cor sensorium est ipsorum, scilicet gustus & tactus, cor enim oppositum est cerebro, & est calidissimum partium. Et de sensitiuis quidem partibus corporis hoc modo sit determinatum.

Sensorium gustus, & tactus est iuxta cor.

Caput Tertium. De coloris essentia, colorum generatione, atque missione.

DE sensibilibus autem iis, quæ secundum vnumquodque sensorium, vt dico colore, & sono, & odore, & sapore, & tactu, vniuersaliter dictum est, quæ actio ipsorum in iis, quæ de anima, & quid ipsum opetari secundum vnumquodque sensoriorum: quid autem oporteat dicere

cete quodlibet eorum, scilicet quid color, quid sonus, quid odor, quid sapor, similiter & de tactu, considerandum est, & primum de colore. Est igitur vnumquodque dupliciter dictum, hoc quidem actu, hoc autem potentia. Quòd igitur actu color est & sonus, quomodo est idem vel aliud iis, qui secundum actum, sensibus, visioni & auditioni, dictum est in iis, quæ de Anima, quid autem vnumquodque eorum existens faciet sensum & actum, nunc dicamus. Quemadmodum igitur dictum est de lumine in illis, quòd sit color perspicui secundum accidens, quãdo enim inest aliquid igneum in perspicuo, præsentia quidem illius lumen est, priuatio vero tenebræ. Quòd autem dicimus perspicuum, non est proprium aëris vel aquæ, nec alicuius sic dictorum corporum, sed est quædam communis natura & virtus, quæ separata quidem non est, in his vero est & in aliis corporibus, in his quidem magis, in illis vero minus. Quemadmodum ergo & corporum necesse est aliquid vltimum esse, & huius. Luminis igitur natura in indeterminato perspicuo est, ipsius autem, quod in corporibus, perspicui vltimum quòd quidem erit vti que aliquid, palam est, quòd autem hoc sit color, ex accidentibus manifestum. Nam color aut in extremitate aut extremitas est. Vnde & Pythagorici superficiem colorem vocabant. est enim in corporis extremitate sed non est extremitas corporis, sed eandem naturam oportet existimare, quæ extremitas coloratus & interius. Videntur autem aër, & † splendor aqua colorata. etenim † aura tale quid est. Sed hæc quidem, quoniam in indeterminato accidit, non eundem colorem habet accedétis ut prop-

& procul, nec aër, nec mare. In corporibus vero, nisi continens faciat transmutationem, determinata est & apparentia coloris. Manifestum igitur, quòd idem & ibi & hic susceptiuum coloris est. Perspicuum ergo, secundum quòd inest corporibus, inest autem plus aut minus, in omnibus colore facit participare. Quoniam autem in extremitate color, huius vtique extremitas aliqua erit. Quare color vtique erit, perspicui in corpore determinato extremitas. Et eorum etiam perspicuorum, puta aquæ, & si quod aliud tale, & quibuscunque videtur aliquis color proprius inesse, secundum extremitatem similiter omnibus inest. Est ergo inesse in perspicuo hoc, quod quidem & in aëre facit lumen, est autem non, sed priuatum esse. Quemadmodum igitur ibi hoc quidem lumen, illud vero tenebræ, ita & in corporibus innascitur album & nigrum. De aliis autem coloribus, rem diuidentes quot modis contingit fieri, dicendum. Cõcingit enim & si secus inuicem ponantur album & nigrum, ita quòd vnumquodque eorum sit inuisibile propter paruitatem, quod autem ex ambobus visibile hic fieri, hoc enim neque album potest videri, neque nigrum. Quoniam autem necesse est habere quidem quendam colorem, neutrum autem horum, possibile est, necesse est mistum quendam esse, & speciem quandam coloris aliam. Est ergo hic existimare plures colores esse, quàm album & nigrum. Multos autem proportione, tria enim ad duo, & tria ad quatuor, & secundum alios numeros, est secus inuicem iacere. Alios autem omnino secundum nullam proportionem, sed secundum excessum quendam, & defe-

Definitio coloris.

ctum incommensurabilem. Et eodem vtique modo hos habere cõsonantiis, in numeris enim proportionatissimis colores, quemadmodum ibi consonantias, eos esse, qui delectabilissimi colorum videntur, veluti purpureus & punceus, & pauci quidam tales, propter quam quidem causam & consonantiæ paucæ, qui autem non in numeris, alios colores. Vel etiam omnes colores in numeris esse, hos quidem ordinatos, illos autem inordinatos. & hos ipsos, quando non puri sunt, quia non sunt in numeris, tales fieri. Vnus igitur modus generationis colorum, hic est. Vnus autem, apparere † per inuicem, quemadmodum interdum pictores faciunt, alterum colorem super alterum manifestorum superponentes: quemadmodũ quando in aqua, vel in aëre volunt aliquid facere apparere: & quemadmodum Sol secundum se quidem albus videtur, per caliginem vero & fumum puniceus apparet. Multi autem & sic erunt colores, eodem modo prius dicto. propositio enim erit vtique quædam eorum, qui in superficie ad eos, qui in profundo. Quidam autem. & omnino non sunt in proportione. Dicere autem Antiqui, defluxionem esse colorem, & videri propter talem causam, incongruum. omnium enim per tactum necesse ipsis facere sensum. Quare mox melius est dicere, eò quòd motum intermedium sensus à sensibili, fieri sensum, quàm tactu & defluxionibus. In his igitur, quæ secus inuicem ponuntur, necesse est sicut magnitudinem accipere inuisibilem, ita & temporis insensibile, vt lateant motus peruenientes, & videatur puteum esse, propterea quòd simul apparent. Hic autem nulla necessitas, sed qui in superficie color immobilis existens, & motus à supposito, non similem faciet motum, quapropter albus apparebit, & nec albus nec niger. Quare, si non contingit vllam magnitudinem esse inuisibilem, sed quamlibet ab aliqua distantia visibilem, & hæc quænam vtique erit eorum mistio? Et illo etiam modo nihil obstat, quin appareat quidam color communis eis, qui procul. Quòd enim non est vlla magnitudo inuisibilis, in iis quæ posterius, conyderandum est. Si autem est mistio corporum, non secundum hunc modum, secundum quem putant quidam eorum, quæ secus inuicem ponuntur, minimorum, immanifestorum autem nobis per sensum, sed totaliter omniquaque, sicut in eis quæ de mistione dictum est vniuersaliter de omnibus. Illo enim modo miscentur hæc solum, quæcunque contingit diuidere ad minima, quemadmodum homines, equos, aut semina: hominum enim homo minimum est, equorum vero equus. quare horum secus inuicem positione, multitudo mista est simul vtroque, hominem vero vnum vni equo non dicimus mistum esse. Quæcunque vero non dividuntur ad minimum, horum non contingit mistionem fieri secundum hunc modum, sed eò quòd mista sint omniquaque, quæ quidem & maxime misceri nata sunt. Quomodo autem hoc fieri possibile est in eis, quæ de mistione dictum est prius. Sed quæ necessitas eorum, quæ miscentur & colores misceri, manifestum est, & hanc causam esse principalem, cur multi fiant colores, sed non supernationem, nec secus inuicem positionem. non enim procul quidem, propè autem nõ videtur vnus eorum, quæ

Aliunm per aliunm.

An corporum sit mistio.

miscetur color, sed vndecunque. Multi autem erunt colores, quoniam multis contingit proportionibus misceri sibi inuicem ea, quæ miscentur. & hi quidem in numeris, hi autem secundum excessum solum, & alia eodem modo quo quidem in secus inuicem positis coloribus, aut supernatantibus contingit dicere. Et de his quidem quæ miscentur & in aliis determinatum est. Qua verò de causa species colorum terminatæ & non infinitæ, & saporum, & sonorum, posterius † considerandum. Quid igitur sit color, & qua de causa multi sint colores, dictum est. De sono autem, & voce prius in his quæ de anima, dictum est.

† a. l. dicemus.

Caput Quartum. De saporis essentia, saporum generatione, mistione, ac speciebus. Antiquorumque increpatio de sensibilibus.

DE odore vero, & sapore nunc dicendum. Fere enim eadem est passio. non in eisdem autem est vtrunque eorum. Manifestius autem est nobis saporum genus, quàm odorum. Horum autem causa quoniam pessimum habemus alterum animalium odoratum, & ipsorum nostrum, qui in nobis, tactum vero certissimum aliorum animalium, gustus vero tactus quidam est. Aquæ igitur natura vult insipida esse. Necesse autem est vel in seipsa aquam habere genera saporum in seruibilia propter pauitatem secundum quod Empedocles dicit: vel materiam talem inesse veluti omniseminarium saporum. & omnia quidem ex aqua fieri, alia autem ex alia patte vel nullam habente differentiam aqua facientem causam esse, ac si calidum & solem dicat quis. Horum autem, sicut Empedocles dicit, multum apertum mendaciumque. Videmus enim transmutari à calore sapores, si austeriores ea, quæ circa fructum ad solem, & ignaiantur, tanquam non eò quòd ab aqua tales factos esse, sed in ipso quod circa fructum transmutari: & resudantes propter tempus austeros è dulcibus, & amaros, & omnimodos fieri: &, cum decoquuntur in omnia saporum genera, vt ita dicam, transmutari. Similiter autem & omniseminatij materiam esse aquam impossibile. ex eodem enim videmus, tot esculenta facta alios sapores. Restat igitur, ex eo quod patitur aliquid aqua, transmutari. Quod igitur non à calidi solum virtute accipit hanc virtutem aqua, quam dicimus saporem, manifestum est: subtilissimum enim omnium humorum aqua est, & ipso etiam oleo, sed prodeuntem oleum plus quàm aqua propter viscositatem, aqua autem fragilis est, quare & difficilius est seruasse aquam in manu, quàm oleum. Quoniam autem calescens aqua non appatet exalari ipsa sola, manifestum est quòd alia quædam vtique erit causa, sapores enim omnes exalationem habent magis: calidum autem est horum causa. Apparent autem sapores, quicunque quidem in his, quæ circa fructus, hi existentes & in terra. Quare multi antiquorum † Physiologorum dicunt talem esse aquam, per qualemcunque terram transeat. Et hoc manifestum est in salsis aquis maxime, sal enim quædam terræ species est, quare quæ per cineres colantur amarum existentem, amarum faciunt saporem. Sunt quoque fontes multi, hi quidem amari, illi vero acidi, alij autem omnimodos habentes sapores

Manifestius est saporum genus quam odorum.

Empedoclis opinio.

Democriti & Anaxagoræ opinio.

Improbatio Empedoclis

Improbatio Anaxagoræ & Democriti.

Causa saporum secundum Aristotelem.

† *Natura interpretis.*

Sal quædam species est terræ.

alios. Rationabiliter itaque in terra nascentibus sit saporum genus maxime, pati enim natum est humidum, quemadmodum & alia, à contrario, contrarium autem siccum. Quare & ab igne patitur quid, sicca enim ignis natura. Sed principium ignis calidum est, terræ vero siccum: sicut dictum est in iis, quæ de elementis. Qua igitur ignis, & qua terra, nihil natum est agere vel pati, nec aliud quicquam: qua autem inest contrarietas in eis, hac omnia agunt & patiuntur. Quemadmodum ergo qui iuuant in humido colores & sapores, talem faciunt se habere aquam, sic & natura siccum & terreum, & per aquam & terreum colans, & mouens calida, quale quid humidum facit. Et hoc est sapor, facta à dicto ficco passio in humido, gustus, qui secundum potentiam, alteratiua in actum. ductile enim sensitiuum ad hoc, potentia præexistens. non enim vt discere, sed vt speculari, est sentire. Quòd autem non cuiusque sicci, sed nutritiui sapores aut passio sunt, aut priuatio, oportet determinare hinc, quòd nec siccum absque humido, nec humidum absque ficco, alimentum enim ipsis animalibus nullum eorum est, sed mistum. neque ipsis plantis, sed mistum. Et sunt eius quæ offertur cibi animalibus tangibilia quidem sensibilium, augmentum facientia & decrementum. Horum enim causa, secundum quòd calidum aut frigidum id, quod offertur. hæc enim faciunt & augmentum & decrementum. Nutrit autem, secundum quòd gustabile id, quod offertur, omnia enim nutriuntur dulci, vel simpliciter, vel mistim. Oportet igitur de his determinare in iis, quæ de Generatione & Corruptione. nunc autem, quantum necesse, tetigisse ipsa. Cali-

Saporis definitio.

Omnia nutriuntur vel dulci simpliciter, vel mistura.

dum enim augmentat, & struit nutrimentum, & leue quidem attrahit: amarum autem & salsum relinquit propter grauedinem. Quod itaque facit in exterioribus corporibus exteriori calor, hoc, qui in natura, internus animalium & plantarum. qua propter nutriuntur dulci. Commiscentur autem alij sapores ad cibum eodem modo salso & acido, pro condimento. hæc autè, propterea quòd * terrabunt: eò quòd * aëritumis nutritiuum sit dulce, & supernatatiuum. cium. Quemadmodum autem colores ex albi & nigri mistione sunt, ita & sapores ex dulci & amaro. Et secundum proportionem etiam, eò quòd magis vel minus vnusquisque est, sicut secundum numeros quosdam mistionis & numeros, siue & indeterminate. Qui autem determinationem faciùt misti, hi in numeris solum. Pinguis ergo sapor ipsius dulcis est. amarum verò & salsum ferè idem sunt. acris vero & austerus, & acerbus, & acidus in medio. Ferè enim æquales saporum species, & colorum sunt. Quarum enim vtrinque species si quis ponat, sicut rationabile est, liuidum nigrum quid esse. Relinquitur enim flauum quidem albi esse, quemadmodum & pingue est dulcis. Puniceum verò, & purpureum, & viride, & cæruleum in medio albi & nigri. alij verò misti ex his. Et quemadmodum nigrum priuatio est albi in perspicuo, ita amarum & salsum dulcis in nutritiuo humido. Quare & cinis combustorum amarus, omnium. exhalatum enim est ex ipsis torabile. Democritus autem, & plurimi Physiologorum, quicunque dicunt de sensibus, incongruissimum quid faciùt. omnia enim sensibilia tangibilia faciunt. Et tamè, si hoc taliter se

Caloris priuatio.

Democriti, ac aliorum improbatio.

habet, manifestum est quòd & aliorum sensuum vnusquisque tactus quidam est. hoc autem quòd fit impossibile, non difficile est discernere. Amplius autem communibus sensuum omnium vtuntur quasi propriis. magnitudo enim & figura, & asperum & læue, amplius autem acutum & obtusum, quod in moliibus, communia sunt sensuum. & si non omnium, saltem visus & tactus. Quare & de his decipiuntur, de propriis autem non decipiuntur, velut visus de colore, & auditus de sonis. Quidam autem propria adista reducunt, quemadmodum Democritus. Nam album quidem & nigrum, hoc quidem asperum dicit esse, hoc vero læue. ad figuras autem reducit sapores: quamuis aut nulli, aut magis visus est communia cognoscere. si ergo gustus magis, minima igitur certificatus sensus est discernere circa vnumquodque genus. quare oportebat gustum, & alia communia sentire maxime, & aliarum etiam figurarum esse maxime iudicatiuum. Amplius sensibilia quidem omnia habent contrarietatem, velut in colore, nigro album, in saporibus dulci amarum. Figura autem figuræ non putatur esse contraria, cui enim ex multangulis circumscribilis contraria est? Amplius & figuris existentibus infinitis, necesse & sapores esse infinitos, quam enim ob causam hic quidem horum sensum faciet, hic vero non faciet? Dicitur igitur, & gustabili dictum est, alia quoque passiones saporum propriam habent considerationem in Physiologia de plantis.

Circa sensibile propriũ non est decep. sed est ea cõmune.

Caput Quintum De odorũ essentia, ac eius speciebus, & à quibus, & quomodo percipiatur. Quódque animalia odore maxime nutriantur, contra nonnullos Pythagoricos.

EOdem vero modo oportet intelligere & circa odores. Quod enim facit in humido siccum, hoc facit in genere alio, in aëre, & in aqua similiter. commune autem de his nunc quidem dicimus ipsum perspicuum. est autem odorabile, non secundum quòd perspicuum, sed secundum quòd lauatiuum, vel absterssiuum sapidæ siccitatis. Non enim solum in aëre, & in aqua odoratio est. Manifestum autem in piscibus, & testaceis. videntur enim odorari, nec aëre existente in aqua (supernatat enim aër, cum ingenius fuerit) nec ipsi respirant. Si quis ergo ponat aquam & aërem vtraque humida, esse vtique, quæ in humido sapidi sicci natura, odor, & odorabile, tale. Quòd verò à sapido est passio, manifestum est per habentia & non habentia odorem. Elementa enim inodorabilia, velut ignis, aër, terra, aqua, quia sicca & humida eorum sapida sunt, nisi quid mistum faciant. Propter quod & mare habet odorem. habet enim saporem, & siccitatem. Et sal magis nitro odorabile est. manifestat autem, quod ab eo efflui, oleum. nitrum autem sapidius est magis. Amplius lapis inodorabilis. sapidus enim. Ligna autem odorabilia. sapidi enim: & horum aquosa minus. Amplius eorum, quæ metalla sunt, aurum inodorabile. insipidum enim. Aes autem, & ferrum odorabilia, quando vero exustum est humidum, inodorabilia. excrementa sunt omnium. Argentum

Non solum in aere, sed & in aqua odoratio est.

Elementa sunt inodorabilia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vero, & stannum his quidem magis odorabilia, his vero minus. aquosa enim. Videtur autem quibusdam fumida euaporatio esse odor, communis existens terræ & aëri. & omnes deferuntur ad hoc de odore. Quare & Heraclitus recte dixit, quòd, si omnia entia fumus fiant, nares vtique discernerent. Ad odorem autem omnes deferuntur, hi quidem tanquam euaporationem, illi vero tanquam exhalationem, illi autem vtraque hæc. Est autem vapor quidem humiditas quædam. Fumida vero exhalatio, sicut dictum est, communis est aëri & terræ. Et constituitur ex illa quidem aqua: ex hac vero, terræ quædam species. Sed neutrum horum videtur. Vapor enim aquæ est, fumida vero euaporatio non potest in aqua fieri, odorantur autem & quæ in aqua, sicut dictum est prius. Amplius exhalatio similiter dicitur defluxionibus in ipsis nec illa bene, nec ista bene. Quod ergo contingit recipere humidum & illud, quod in aëre, & illud, quod in aqua, & pati aliquid à sapida siccitate, non immanifestum. etenim aër humidus natura est. Adhuc autem, si similiter in humidis faciat & in aëre, velut quod lauans siccum, manifestum est quòd oportet proportionales esse odores saporibus. At verò hoc in quibusdam accidit. Etenim acres, & dulces sunt odores, & austeri, & acerbi, & pingues. & amaris proportionales dicat vtique quis putridos. quare quemadmodum illi ægre potabiles, putrida * ægre spirabilia sunt. Manifestum est ergo, quòd quod in aqua sapor, hoc in aëre & in aqua odor. Et propter hoc frigus, & gelatio & sapores hebetant, & odores delent. calidum enim quod mouet & generat, delent infrigidatio & gelatio.

Vapor est quædã humiditas.

Quòd odor nõ sit vapor, neq; fumida euaporatio.

* *Sumadvnata.*

Propter quid frigus odores, & sapores hebetat.

De speciebus odoris.

Species autem odorabilis duæ sunt, non vnius, sicut quidam dicunt, non sunt species odorabilis, sed sunt. determinandum autè quomodo sunt, & quomodo non sunt. Hoc enim est secundum sapores ordinatum, ipsorum siquidem dictum est, & suaue & triste habent secundum accidens. quoniam enim nutritiui passio sunt: apparentibus quidem suaues odores eorum sunt: plenis autem, & nihil egentibus non suaues neque odores, & cibus habens odores non suauis neque his. Quare isti quidem, sicut diximus, secundum accidens habent suaue & triste. propter quod & omnibus sunt communes animalibus. Quidam autem odores secundum seipsos suaues sunt, quemadmodum illi, qui florum, nihil enim magis vel iuuant ad cibum inuitant, nec conferunt ad delectationem quicquam, sed contrarium magis, videtur enim est, quod Euripidem vituperans quidam dixit.

Adagium.

Secunda lens decoquitur, non infundas vnguentum.

Odorabile proprium hominis est.

Quis autem nunc commiscent ad potiones tales vnguentes, vim faciunt per vsum voluptati, fiunt autem vtique ex duobus sensibus fiat suaue, tanquam vnum, & ab vno. Hoc igitur odorabile proprium hominis est. qui autem secundum sapores ordinatus est, & aliorum animalium, sicut dictum est prius. Et illorum quidem, quia secundum accidens habent suaue, diuiditur species secundum sapores: istius autem non iam, propterea quòd natura ipsius est secundum seipsam suauis, aut tristis. Causa autem, cur proprius sit hominis talis odor, est propter frigus, quod circa cerebrum. Frigido enim natura existente cerebro, & sanguine, qui circa

De causa rheumatismi.

circa illud in angustis venis existit, subtili & puro, de facili autem infrigidabili (propter quod & cibi euaporatio, infrigidata propter locum, fluxionum morbos facit hominibus) ad auxilium sanitatis facta est ista species odoris. nullum enim aliud est opus ipsius, quàm hoc. hoc autem facit manifeste. cibus cum suauis existens, & siccus, & humidus sæpe morbosus est. Qui autem ab odore secundum ipsum odorifero suauis, quomodocunque se habeant, virilis, vt ita dicam, semper est. Et propter hoc fit per respirationem non omnibus, sed hominibus, & sanguine præditorum, quadrupedibus, & partim pantibus magis natura actis. Ascendentibus namque odoribus ad cerebrum propter leuitatem caloris, qui in ipsis, sanius habent quæ circa locum hunc odoris namque virtus calida natura est. Vtitur autem natura respiratione ad duo, vt ex proposito quidem, ad thoracis adiutorium; vt extra propositum autem, ad odorem. respirare enim tanquam ex transitu, facit per nares motum. Proprium autem hominis naturæ est talis genus odoris, quia maximum & humidissimum cerebrum habet inter animalia vt pro magnitudine. propter hoc enim solus, vt ita dicam, sentit animalium homo, & gaudet odorum & talium odoribus. commensurator eius, eorum color, & motus ad excessum eius, quæ in loco frigiditatis, & humiditatis, est. Aliorum vero, quæcunque pulmonem habent, propter spirationem alterius generis odoris sensum dedit natura, vt non duo sensoria faciat. Fit enim quoniam & vt respirantibus quemadmodum hominibus vtrorunque odo-

Cibus suauis morbosus excitat.

Suauis odorū est melior.

rum, his alterorum solum existit sensus. Quæ vero non respirant, quòd quidem habent sensum odorabilis, manifestum est. Etenim pisces, & vnctuosorum genus omne exquisite sentiunt, & procul, propter nutritiuam speciem odoris, remota multum à propria esca. quemadmodum apes faciunt ad mel, & paruarum formicarum genus. quas vocant quidam senipas, & muscarum purpuræ, & aliorum multa talium animalium acute sentiunt escam propter odorem, quo sentiunt autem, non similiter manifestum. Quapropter vtique dubitabit aliquis quomodo sentiunt odorem, si spirantibus quidem omnibus fit ipsum odorari vnico modo (hoc enim videtur in respirantibus accidere omnibus) illorum autem nullum respirat, sentiunt autem, nisi aliquis præter quinque sensus alius, hoc autem impossibile. odorabilis enim olfactus illa vero hoc sentiunt. sed non eodem modo, sed respirantibus quidem spiritus aut superiacens velut cooperculum quoddam, quare non sentiunt, non respirantia. non respirantibus autem ablatum est hoc, quemadmodum in oculis. quædam enim animalium habent palpebras, quibus non reuelatis, non possunt videre: quædam autem, quæ habent duos oculos, non habent. quare non indigent vt quod reuelet, sed statim vident ex eo, vnde possibile est ipsis videre. Similiter autem & aliorum animalium quodlibet non ægre fert eorum, quæ secundum seipsa fœtida sunt, odorem, nisi quid accidat corruptiuum existens. ab aliquo autem corrumpitur similiter. & quemadmodum homines à carbonum fumo patiuntur grauedinem capitis, & corrumpuntur sæpe, sic

Vtilitas sensus dictus minister.

Dubitatio.

Solutio.

& à

& à virtute sulfuris, bitumineosotúmq; vi eorum pungunt alia animalia, & fugiunt propter passionem. ipsam autem secúdum seipsam grauiolentiam non curant, quamuis multa ex illis nascentibus fœtidos habeant odores, quid conferat ad gustum, vel ad edulium illis. Videtur autem sensus, qui est odorandi, imperfectibus existentibus sensibus, & numero habentibus medium impari, & ipse medius esse tactiorum, vt tactus, & gustus, & per alia sensitiuorum, vt visus, & auditus. Quare & odorabile nutritiorum est passio quædam. hæc autem in eodem genere, & audibilis quoque & visibilis. Quare circa & in aëre & in aqua odorantur. Quare odorabile est commune aliquid horum amborum, quod & tangibili inest, & audibili, & perspicuo. Quare rationabiliter assimilata est. Necesse autem dicere, & quomodo non oportet odorabilis, intantum sit dictum. Quod autem quædam Pythagoricorum dicunt, non est rationabile. nutriri nanque dicunt quædam animalia odoribus. Primum enim videmus, quod oportet cibum esse compositum. etenim quæ nutriuntur, non sunt simplicia. quare & superfluitas sit cibi, aut in ipsis, aut extra, sicut in plantis. Amplius vero, neque aqua vult ipsa sola nutrire immista existens. corpóreum enim aliquid oportet esse, constituendum. Adhuc magis autem minus rationabile aërem corpulentum nutri. Adhæc autem quòd omnibus est animalibus locus receptiuus cibi, à quo trahēs accipit corpus. odorabilis autem sensorium in capite, cum spirituosa intrat euaporatione. quare & spiritatiuum vadet vtique locum. Quòd igitur non confert ad nutrimentum odorabile secundum quòd odorabile, manifestum. quòd tamen ad sanitatem, & ex sensu, & ex dictis manifestum. Quare quod sapor in nutritiuo & ad nutrienda, hoc est ad sanitatem odorabile. Secundum vnumquodque igitur sensorium determinatum sit hoc modo.

Pythagoricorum opinio.

Improbatio

Caput Sextum. Difficultatis solutio, an qualitates sensibiles in infinitum diuidantur. Et quare sensibilium finita sunt species.

DVbitabit autem aliquis, si omne corpus in infinita diuiditur, nunquid & passiones sensibiles, vt color, & sapor, & odor, & sonus, & grauitas, & frigidum, & calidum, & leue, & durum, & molle. An impossibile. Actiuum enim est vnumquodque ipsorum sensus. ignis enim, quòd possunt mouere illum, dicunt omnia. Quare necessarium sensum in infinita diuidi, & omnem magnitudinem esse sensibilem. impossibile enim album quidem videre, non quantum autem. Si enim non sic, contiget vtique esse aliquod corpus nullum habens colorem, neque grauitatem, neque talem aliquam aliam passionem. quare nec sensibile omnino. hæc enim sensibilia sunt. Sensibile igitur erit compositum non ex sensibilibus, sed necesse est. non enim ex mathematicis. Amplius quo diiudicabimus hæc, aut cognoscemus? an intellectu? Sed non intelligibilia. nec enim intelligit intellectus quæ exterius, non cum sensu existentia. Sed, si hæc habent sic, videntur testificati illis, qui indiuisibiles facium

ciunt magnitudines. sic enim soluetur vtique sermo. Sed impossibilia. dictum est autē de his in sermonibus, qui de motu. De solutione autem eorum simul manifestum erit & quare finitæ sunt species coloris, & saporis, & sonorum & aliorum sensibilium. Quorum enim sunt vltima, necesse finita esse quæ intus: contraria autem vltima. omne autem sensibile habet contrarietatem, velut in colore album & nigrum, in sapore dulce & amarum, & in aliis vtique omnibus sunt vltima cōtraria. Continuum igitur in infinita diuiditur inæqualia, inæqualia vero finita. quod autem non secundum se continuum in finitas species. Quoniam ergo passiones quidem vt species dicendum, existit autem continuitas & in his, sumēdum quòd quod potentia, & quod actu, aliud. Et propter hoc species millesima pars mili latet visa, quàm visus superuenerit. Et qui in diesi sonus latet, quamuis continuum existentem audiat omnem cantum. distantia enim eius, quod ad vltimum latet. Similiter autem & in aliis sensibilibus, quæ parua omnino sunt. potentia nanque visibilia, actu autem non, quando separata fuerint. etenim inest potentia pedalis bipedalis actu iam diuisa. Separatæ autem tantæ exuperantiæ rationabiliter vtique resoluentur in continentia, velut minus sapor mari insipido. Quinimo, quoniam sensus exuperantia non secundum seipsam sensibilis, nec separata (potentia enim inest in exquisitiore, exuperantia) nec tantum sensibile separatum erit actu sentire, sed tamen erit sensibile. nam & potentia iam est, & actu erit adueniens. Quòd igitur quædam magnitudines, & passiones latent, & propter quam

Species quælibet sensibilium sunt terminatæ.

quam causam, & quomodo sensibiles & quomodo non, dictum est. Cùm autem iam inexistentes: sic tantæ sunt, vt & actu sensibiles sint, & non solum in toto, sed & seorsum, finitos necesse esse secundum numerum & colores, & sapores, & sonos.

Caput Septimum. Vtrum sensibilia omnia prius medium quàm sensus afficiant, an aliqua simul: & quomodo eadem res à pluribus sentiri possit.

DVbitabit autem vtique aliquis, vtrum perueniant vel sensibilia, vel motus, qui à sensibilibus, qualitercunque fiat sensus, cum operantur, in medium primo. quemadmodum odor videtur facere, & sonus. propinquus enim prius sensit odorem: & sonus posterius actu peruenit. Ergòne ita & visibile & lumen, quemadmodum & Empedocles dicit peruenire prius quod à sole lumen ad medium, quàm ad visum, aut ad terram? Videbitur autem vtique hoc rationabiliter accidere. motum enim mouetur alicunde aliquò. quare necesse est quoddam tempus esse, in quo mouetur ab altero in alterum. tempus autem omne diuisibile. quare erat, quando necdum videbatur, sed adhuc ferebatur radius in medio. Et si omne simul audit & audiuit, & omnino sentit & sensit, & non est generatio eorum, sed sunt absque hoc quòd fiant: tamen nihilominus, quemadmodum & sonus, iam facto actu, nondum apud auditum. Manifestat autem hoc & literarum transfiguratio, tanquam facta latione in medio, non enim dictum videntur audiuisse, quia transfiguratur aër delatus. Et figuræ sic & color & lumen: non enim in eo quòd

Empedocles opinio.

Remotio responsionis Empedoclis

quodam modo se habent, hoc quidem videri, hoc vero videtur eorum, quę æqualia sunt nihil enim oportet alicubi vtrunque esse. æqualibus enim factis non differt vel prope vel longe abinuicem esse. An circa sonum quidem, & odorem hoc accidere rationabile. quemadmodum enim aër, & aqua, continua quidem, partibiles autem amborum motus. Quapropter & est quidem vt idem audiat primus & extremus, & odoretur, est autem vt non. Videtur autem quibusdã esse dubitatio & de his. Impossibile enim dicunt quidam alium alij idem audire, aut videre, & odorari. non enim possibile esse multos & seorsum existentes audire, & odorari. quod enim vnum seorsum ipsum à seipso esset. Ac mouens primum, vt tintinabulum, vel thus, vel ignem, idem & vnum numero sentiunt omnes. id autem, quod iam proptium, alterum numero, specie autem idem, quare simul multi vident & odorantur, & audiunt. Sunt autem neque corpora hæc, sed passiones, & motus quidam (non enim vtique hoc accideret) nec sine corpore.

Solutio propria.

De lumine De lumine autem alia est ratio. per id enim quod est esse aliquid, lumen est, sed non motus aliquis. Omnino autem nec similiter in alteratione se habet, & latione. Latione namque rationabiliter medium prius attingunt. videtur autem sonus cuiuspiam, quod fertur esse motus. Quæcunque vero alterantur non amplius similiter. contingit enim simul totum alterari, & non dimidiũ prius, velut aquam simul omnem gelari. Attamen interdum quod calefit, aut gelatur, contiguum à contiguo patitur: primum autem ab ipso alterante transmutatur: & non necesse est simul alterari, & * subito. Esset autem vtique

* ἐξαίφνης mutatur sim.

vtique & ipsum gustate, quemadmodum odor, si in humido essemus, & remotius adhuc, priusquam tangeremus, ipsum sentiremus. Rationabiliter autem quorum est intermedium sensorij, non simul oportet pati, nisi in lumine, propter id, quod dictum est. propter idem autem & de ipso videre. lumen enim facit ipsum videre.

Caput Octauum. Difficultatis examinatio, an contingat duo simul sentire in eodem, & indiuisibili tempore, & quomodo. Et quòd omne sensibile magnitudo est, & non indiuisibile.

Est autem & alia quædam dubitatio talis circa sensus, vtrum contingat duo simul sentire in eodem & indiuisibili tempore, an nõ. itaque semper maior motus minorem depellat. Propter quod delata sub oculos nõ sentiunt, si fuerint vehementer in aliquid intendentes, vel timentes, vel audientes multum sonum. Hoc itaque supponatur, & quod vnumquodque magis est sentire simplex existens quàm missum, velut vinum intemperatum quàm temperatum, & mel, & colorem, & neten solam quàm in diapason, quia obscuratur seinuicem. hoc autem faciunt, ex quibus vnum aliquid fit,) si itaque maior minorem motum depellit, necesse est si simul fiat, & ipsum minus sensibilem esse, quàm & solus esset. aufert enim aliquid minor, qui misceatur: si quidem omnia simplicia magis sensibilia sunt. Si ergo æquales fuerint, alteri existentes, neutrius erit sensus, obscurat enim alter alterum, simpliciter autem non est sentire. Quare aut nullus erit sensus, aut alius ex vtrisque. quod quidem & fieri videtur ex his, quæ temperan-

Prima ratio, quòd nõ contingat duo simul sentire.

tur, in quocunque misceantur. Quoniam igitur ex quibusdam quidem fit aliquid, ex quibusdam vero non fit, talia autem, quæ sub alio sensu (commiscentur enim, quorum vltima contraria. non est autem ex albo & acuto vnum fieri, nisi secundum accidens, sed non sicut ex acuto & graui consonantia) non ergo sentire contingit ipsa simul. Æquales enim existentes ipsorum motus, delebunt sese inuicem, quoniam vnus non fit ex illis. si vero inæquales, fortior faciet sensum. Præterea magis simul duo sentiret vna anima vno sensu, quorum vnus sensus velut acutũ & graue. magis enim simul motus vnius, ipse ipsius, quàm duorum, puta visus & auditus. Vno autem sensu simul duo non est sentire, nisi mista fuerint. mistura enim vnum vult esse, vnius autem vnus sensus est, vnus autem simul † ipse. Quare necessario mista simul sentit, quia vno sensu secundum actum sentit. vnius enim numero, qui secundum actum vnus, specie autem, qui secundum potentiam vnus. Et si vnus ergo sensus, qui secundum actum, vnum illa diceret, mista ergo necesse ipsa esse. Quando ergo non fuerint mista, duo erunt sensus, qui secundum actum. Sed secundum vnam potentiam, & Indiuisibile tempus vnam necesse esse operationem. vnius enim, qui semel, vnus visus, & motus, vna autem potentia. non ergo contingit duo simul sentire vno sensu. At vero, si ea, quæ sub eodem sensu, simul impossibile, si sunt duo, palam quòd adhuc minus quæ secundum duos sensus contingit simul sentire, velut album, & dulce. Videtur enim quod quidem vnum numero anima in nullo alio dicere, nisi ipso simul. quod autem specie vnum, iudicante sensu, & modo. Dico autem hoc, quòd forte album & nigrũ aliud specie existens idem iudicat, & dulce & amarum idem quidem ipse, ab illo autem alius, sed aliter vtrunque contrariorum. Eodem autem modo sibiipsis * cognata. vt sicut gustus dulce, ita visus album: & sicut iste nigrum, ita ille amarum. Amplius, si contrariorum motus contrarij, simul autem contraria in eodem & indiuisibili non contingit esse, sub sensu autem vno contraria sunt, velut dulce & amarum, non vtiq; continget sentire ea simul. Similiter autem palam est, quòd neque quæ non contraria. hæc enim albi sunt, illa vero, nigri. & in aliis similiter, velut saporum, hi quidem dulces, illi vero amari. Nec quæ mista sunt simul († rationes enim sunt oppositorum, velut diapason & diapente) nisi vt vnum sentiantur, sic autem vna proportio extremorum fit, aliter autem non. erit enim simul hæc quidem multi ad paucum, vel imparis ad parem, illa autem pauci ad multum, vel paris ad imparem. Si ergo plus adhuc differant abinuicem, & differunt cognate quidem differia, in alio autem genere, quàm quæ in eodem genere: dico autem vt dulce, & album voco cognata, genere autem alia, dulce vero à nigro multo amplius specie differt quàm ab albo: adhuc vtique minus continget ipsa simul sentire, quàm quæ genere eadem. quare, si non hæc, nec illa. Quòd autem dicunt quidam eorum, qui circa consonantias, quòd non simul quidem percutiunt soni, videntur autem, & latent, cùm tempus insensibile fuerit. vtrum rectè dicitur, an non? Forte enim vtique dicet aliquis & nunc vt hoc, putare simul videre & audire, quia intermedia tempora latent. An hoc non verum, in-

Secunda ratio.

† sibi ipsi.

* αὐτοῖς.

Tertia ratio.

Contraria non sentiri simul.

† alia rationibus.

Antiquorũ responsio.

Reprobatio.

neque contingit tempus esse insensibile vllum. *Nullum tempus est insensibile.* neq; latere, sed omne contingit sentire. Si enim quando ipse seipsum quis sentit, vel alium in continuo tempore, non contingit tunc latere quòd est. est autem aliquod in continuo, & tantum, quantum omnino insensibile est: manifestum est quòd tunc latebit vtique, si est, ipse seipsum, & si videt, & non si sentit, & si sentit. Amplius nec vtique erit nec tempus, nec res vlla, quam sentit, vel in quo non sic, quia in huius aliquo, vel quia istius aliquid videt, si quidem est aliqua magnitudo & temporis, & rei, insensibilis omnino propter paruitatem. Si enim totam videt, & sentit toto eodem continuo tempore, non eò quòd in huius aliquo, auferatur quæ C B, in qua non sentiebat. ergo in huius aliquo, vel huius aliquid. velut terram videt totã, quòd hoc ipsius, & in anno ambulat, quòd in hac parte ipsius. At verò in C B nihil sentit. Eò ergo, quòd in huius aliquo ipsius A B, sentit, dicitur totum sentire, & totam. Eadem autem ratio & in A C. semper enim in aliquo & aliquid. totum autem non est sentire.

A C B

Omnia igitur sensibilia sunt, sed non videntur quanta sunt. Solis enim magnitudo videtur, & quod quatuor cubitorum à longinquo, sed non videtur quantaque, sed aliquando indiuisibile. videtur autem non indiuisibile. Dicta autem est causa in antetioribus de hoc. Quòd igitur nullum est tempus insensibile, manifestum ex his.

Solutio propria. De prius autem dicta dubitatione consyderandum, vnum contingat simul plura sentire, an non contingat. simul autem dico, in vno & indiuisibili tempore adinuicem. Primum igitur

vtrum sic contingat, simul quidem, altero autem animæ sentire, & sic indiuisibili vt omni existente continuo. An quòd primum quidem ea, quæ secundum vnum sensum, vt dico visum, si erit alio sentiens alium colorem, pluresque partes habebit specie easdem. etenim quæ sentit, in eodem genere sunt. Si autem, & quòd vt oculi duo, dicat quis nihil prohibere sic & in anima, quòd forte ex his quidem vnum quid fit, & vna operatio ipsorum, ibi autem siquidem vnum, quod ex ambobus, illud sentiens erit. si autem separatim, non similiter se habebit. Amplius sensus ipsi plures erunt, sicut si quis scientias differentes dicat. neque enim operatio erit sine virtute, quæ secundum seipsam, nec absque hac erit sensus. Si autem hæc in vno, & indiuisibili sentit, manifestum est quòd & alia. magis enim contingebat hæc simul plura, quàm genere altera. si itaque alia quidem dulce, alia verò album sentit anima parte. aut quod ex istis vnum aliquid est, aut non vnum. Sed necesse. vnum enim aliquid sensitiua est pars. Cuius ergo illud vnius? nullum namque ex istis vnum. Necesse ergo vnum aliquid esse animæ, quo omnia sentit, sicut dictum est prius, aliud autem genus per aliud. Ergòne, secundum quòd indiuisibile est secundum actum, vnum est sensitiuum dulcis & albi, quando verò diuisibile factum fuerit secundum actum, alterum? An quemadmodum in rebus ipsis contingit, & ita in anima? idem enim & vnum numero album & dulce est, & alia multa. Si enim non separabiles passiones abinuicem, sed esse alterum vnicuique. Similiter ergo ponendum & in anima idem & vnum esse numero sensitiuũ omnium,

ipsum esse tamen alterum & alterum, horum quidem genere, illorum vero specie. Quare & sentiet vtique simul eodem & vno, ratione autem non eodem. Quòd autem sensibile omne magnitudo est, & non est indiuisibile sentire, manifestum. Est enim, vnde quidem non videatur, infinita distantia: vnde autem videtur, finita, similiter autem & audibile, odorabile, & quæcunque non tangentes homines sentiunt. Est itaque aliquid vltimum distantiæ, vnde non videtur, & primum, vnde videtur. hoc itaque necesse indiuisibile esse, vltra quod quidem non contingit sentire existens, citra autem necesse sentire. Si itaque aliquod erit indiuisibile sensibile, cùm ponetur in vltimo, vnde est vltimum quidem non sensibile, primum autem sensibile, simul accidet visibile esse & inuisibile: hoc autem impossibile. De sensoriis igitur, & sensibilibus quomodo habent, & communiter, & secundum vnumquodque sensorium, dictum est. Reliquorum autem primo consyderandum de memoria & † reminiscentia.

Indiuisibile non potest sentiri.

† *al. somno*

Libri de Sensu, & Sensibilibus finis.

ARIST

ARISTOTELIS STAGIRITÆ, PERIPATETICORVM Principis de Memoria & Reminiscentia.

Caput Primum. Quarum rerum sit memoria: & cuius animæ partis.

DE Memoria autem & ipso meminisse dicendum quid est, & propter quam causam sit, & cui animæ partium hæc accidit passio, & ipsum reminisci. Non enim idem sunt memoratiui & reminiscitiui, sed frequenter magis memoratiui quidem, qui tardi: magis reminiscitiui autem, qui veloces & dociles. Primum igitur accipiendum est qualia sunt memorabilia. Sæpe enim decipit hoc. Neque enim futurum contingit meminisse, sed est opinabile & sperabile, erit autem vtique & scientia quædam speculatiua, quemadmodum quidam Diuinatiuam dicunt. Neque præsentis est, sed sensus. hoc enim neque futurum, neque factum cognoscimus, sed horum præsens. Memoria autem facti est. Præsens autem cùm adest, vt hoc album cùm ali-

Quod est obiectum memoriæ.

Diuinatio.

quis videt, nullus vtiq; dicet meminisse, neque quod consyderatur, cùm est consyderans & intelligens, sed illud quidem sentire dicit, hoc autem scire solum. Cùm verò sine actibus scientiam & sensum habet, sic meminit eos, qui triangeli quòd duobus rectis æquales. hoc quidem quod didicit, aut speculatus fuit, illud verò quod audiuit, aut vidit, aut aliquid tale. semper enim, cùm secundum ipsum meminisse agit, ita in anima dicit, quòd hoc prius audiuit, aut vidit, aut intellexit. Est igitur memoria, neque sensus, neque existimatio, sed horum alicuius aut habitus, aut passio, cū factum fuerit tempus. Ipsius autem nunc in ipso nunc non est memoria, sicut dictum est. est enim præsentis quidem sensus, futuri verò spes, facti autem memoria. Vnde post tempus memoria omnis. Quæcunque tempus sentiunt, hæc sola animalia meminerunt, & isto, quo sentiunt. Quoniam autem de imaginatione prius in iis, quæ sunt de Anima, dictum est, & quòd intelligere non est sine phantasmate (accidit enim eadem passio in intelligendo, quæ quidem & in describendo. nam enim nulla vtentes quantitate triangulo determinata, tamen finitum secundum quantitatem describimus. & intelligens similiter. etsi non intelligit quantum, ponit tamen aute oculos quantum, intelligit autem non secundum quod quantum. si autem natura sit quantorum, & terminatorum autem, ponit quidem quantum determinatum, intelligit autem secundū quod quantum solum. Propter quam igitur causam contingit intelligere aliquid sine cōtinuo, aut sine tempore, quæ non in tempore sunt, alia ratio. Magnitudinem autē & motum cognoscere

Quid memoria.

Præsentis sensus, futuri spes, facti vero memoria.

Tertio de Anima te. 40.

cesse est, quo & tempus, & phantasma comitantis sensus passio est. Quare manifestum est quòd primo sensitiuo horum cognitio est. memoria autem ea, quæ est intelligibilium, nō sine phantasmate est) quare intellectiui secundum accidens vtique erit, per se autem primi sensitiui. Vnde & aliis quibusdam inest animalium, & non solum hominibus, & habentibus opinionem, aut prudentiam. Si autem intellectiuarum rerum esset, non vtique inesset multis aliorum animalium, forte autem nulli mortalium. Quoniam neque nunc omnibus, propterea quòd non omnia temporis sensum habeat. semper enim, cùm agit memoria, sicut & prius diximus, quòd vidit hoc, aut audiuit, aut didicit, simul sentit quia prius. prius autem, & posterius in tempore sunt. Cuius igitur eorum, quæ animæ, memoria sit, manifestum est, quòd cuius & imaginatio est. Et sunt memorabilia per se quidem, quorum est imaginatio, secundum accidens autem, quæcunque non sine imaginatione.

Memoria per se est primi sensitiui, per accidens vero intellectiui.

Memoria non hominis solū, sed & quibusdam aliis inest animalibus.

Caput Secundum. Dubitationis solutio, quomodo res absentis fiat memoria. Qui immemores esse dicuntur ac ipsius memoriæ definitio.

DVbitabit autem vtique aliquis, quomodo passione quidem præsente, te verò absente, meminit quod non præsens. Manifestum enim ex quòd oportet intelligere talem aliquam passionem per sensum in anima, & in parte corporis habente ipsam, velut picturam quandam, passionem, cuius dicimus habitū esse memoriam. Passus enim motus imprimit velut figurā quandam † sensilis, sicut sigillantes annulis. Vnde & † sensum

Dubitatio.

τύπον. effigiem.

† sensibilis

alias

Qui male memorantur.

aliis quidem, qui in motu multo, aut propter passionem, aut propter ætatem sunt, non fit memoria: tanquam vtiq; in aquam fluentem incidẽte motu & figillo, aliis autem, propter ea quòd frigida sunt, sicut antiqua ædificiorũ, & propter duritiem accipientis passionem, non ingignitur figura. Quapropter & valde iuuenes, & senes immemores sunt. fluunt enim, illi quidem propter augmẽtum, hi vero propter decrementum. Similiter autem & multum veloces, & multum tardi, neutri videntur memores. illi enim humidiores sunt quàm opportunum sit, hi vero † duriores. Illis igitur non manet phantasma in anima, hos vero non tangit. Sed si quidem tale accidens est circa memoriam, vtrum hanc meminit passionẽ, an illud, à quo facta est? si enim hanc, absentium nihil vtique meminerimus. Si vero illud, quomodo sentientes hanc, meminerimus quod non sentimus, quod absens? Et si est simile sicut figura aut pictura in nobis huius ipsius sensus, propter quid vtique erit memoria alterius, sed non huius ipsius? agens enim memoria speculatur hãc passionem, & sentit hanc. Quomodo igitur non præsens meminit? erit enim vtique videre non præsens, & audire. As est vt contingit, & accidit hoc? Vt enim in tabula pictum animal, & animal est & imago, & ídem & vnum ipsum est ambo, esse tamen non idem ambobum, & est consyderare & vt animal & vt imaginem, sic & quod in nobis phãtasma opportet susc ipere, & ipsum aliquid secundum se esse, & alterius phantasma, inquantum quidem secundum sei ipsum, speculamentum aut phantasma est, inquantũ vero alterius, vt imago & memoriale. Quare & cum agit motus ipsius, si quidem inquantum secũdum se est, sic sentit anima ipsum, vt intellectum aliquod aut phãtasma videre adesse, si autẽ inquantum alterius, & sicut in pictura, vt imaginẽ speculatur, & qui nõ vidit Coriscum vt Coriscum, hic alia passio huius speculationis, & quando sicut animal pictum consyderat in anima, hoc quidem fit sicut intellectum solum, hoc autem vt ibi quia imago, memoriale. Et ob hoc aliquando nescimus, fatio nobis in anima huiusmodi motibus ab eo, quod ptius sensimus, si secundum sensationem accidit: & si est memoria, an non, dubitamus quandoque. Aliquando autem accidit intelligere, & reminisci quòd aliquid audiuimus ptius, aut vidimus. Hoc autem contingit, cùm speculatus tanquam ipsum, permutatur & consyderat tanquam alterius. Fit autem aliquando & contrariam, vt accidit Antipheronti Oritæ, & aliis, qui † ecstasin patiebantur. phantasmata enim dicebant, vt facta, & vt qui meminissent. Hoc autem fit, cùm aliquis non imaginem tanquam imaginem consyderat. Meditationes autem memoriam conseruant reminiscendo. Hoc autem nihil aliud est quàm speculari sæpe vt imaginem, & non vt secundum se. Quid igitur est memoria, & meminisse, dictum est. quòd phantasmata vt imaginis, cuius phantasma est habitus, & cuius particulæ earũ quæ in nobis, quòd prius sensitiui, & quo tempus sentimus.

Solutio.

† *qui extra se erant.*

Antipherõ De causa conseruatiua memoriæ.

Memoria def.

Caput Tertium. Quid sit ipsum reminisci, aut esse memorari, aut de nouo addiscere. Quomodoque, & in quibus fiat rebus.

De ipso reminisci autem reliquum est dicere. Primum igitur quæcunque in aggressio-

Universidad de Deusto Biblioteca

riis rationibus vera sunt, oportet ponere vt existentia. Non enim est memoriæ resumptio neq; reminiscentia, neque acceptio. Cũ enim primum addiscit, aut patitur, non resumit memoriam vllam (nulla enim ante facta est) neque à principio accipit. cum enim factus fuerit habitus, aut passio, tunc memoria est, quare vna cum passione, quæ fit, non ingignitur. Adhuc autem, cum primum facta est in individuo & vltimo, passio quidem inest iam patienti & scientia. si oportet vocare scientiam habitum aut passionem. Adhuc autem prohibet secundum accidens meminisse quorundam, quæ scimus. Meminisse autem secundum se non est ante factum tempus. memini enim nunc quod vidi, aut passus fui prius, non quod nũc patitur, meminit nunc. Amplius autem manifestum est quòd meminisse est non nunc reminiscentem à principio sentientem aut patientem, sed cum resumat quam prius habuit scientiam, aut sensum, aut cuius habitũ memoriam dicebamus, hoc est & tunc reminisci eorum, quæ dicta sunt, aliquid, ipsum autem meminisse accidit & memoriam sequi. Neq; itaque hæc simpliciter, si ante extiterint, iterum fiunt, sed est vt, est autem vt non. bis enim discere, & inuenire contingit eundem idem. Oportet igitur differre reminisci ab his, & inexistente fieri principio, quàm ex quo addiscunt reminisci. Contingunt autem reminiscentiæ, quoniã aptum natura est hic motus fieri post hunc. si enim necessitate, manifestũ est quòd cùm motus fuerit illo, hoc mouebitur: si autem non ex necessitate, sed consuetudine, vt plurimum mouebitur. Accidit autem quosdam semel consuesse magis, quàm alios sæpe motos, vnde quædam

mel videntes magis meminimus, quàm alia sæpe. Cùm igitur reminiscimur, mouemur secundum quosdam primorum motuum, quousq; vnde moueamur, post quem alio consueuit. inde & quod consequenter est venamur. meditantes ab ipso nunc, aut alio aliquo, & à simili, aut contrario, aut propinquo. Propter hoc fit reminiscentia. motus enim horum, aliorum quidem sunt iidem, aliorum autem simul, aliorum autem partem habent. quare reliquum patuum fit, quod motum est post illum. Quærunt igitur. Et non quærentes autem sic reminiscuntur, non post alterum motum ille fit, vt plurimum autem alteris factis motibus, quales diximus, fiunt ille. Nihil autem oportet considerare quæ procul sunt quando meminimus, sed quæ prope. Manifestum enim quòd idem modus, quomodo dicit, quod consequenter non præintelligens, neque reminiscens. consuetudine enim consequuntur motus, hic post hunc. Et cum igitur reminisci volu- rit, hoc faciet, quæret accipere principium motus, post quem ille erit. vnde citissime, & optime fiunt à principio reminiscentiæ. sicut enim se habent res adinuicem in eo quod consequenter, sic & motus. Ea sunt facile reminiscibilia, quæcunque ordinationem habent aliquam, sicut †Mathemata, quæ autẽ præter & difficulter. Et in hoc reminisci differt ab addiscere, quia poterit quodãmodo per seipsum moueri in id, quod est post principium: † Mathesim vero non, sed per alium, non adhuc memini. Sæpe autem ipse quidem non potest reminisci, quærens autem potest, & inuenit. Hoc autem fit multa mouenti, quousque moueat hunc modi motu, quem cõsequitur res. Meminisse

Quæcũque ordinationẽ habent aliquam sicut † *Mathemata quæ autẽ præter sunt mathematica.*

Differentia inter reminisci, & addiscere.

enim

enim est inesse potétiam mouentem, hoc autem in vtrex ipso, & quibus habet motibus mouetur, sicut dictum est. Oportet autem accepere principium. Quapropter à locis videtur reminisci aliquando. Causa autem est, quia velociter ab alio in aliud veniunt, vt à lacte in albū, ab albo autē in aërem, & ab hoc in humidum, à quo meminit autumni, hoc quærens anni tempus. Videtur autem vniuersaliter & medij principium omnium. Si enim non prius, cùm in hoc venerit, reminiscetur, aut non iam, neque aliunde, vt si quis intellexerit, in quibus A B C D E F G H. Si enim non in E reminiscitur, in H memoratus est, hinc enim ad ambo motum esse contingit, & in D & in F. Si vero non horum aliquod quærit, in C veniens reminiscetur, si D aut C inquirit, quemadmodum in G veniens reminiscetur, si G aut F inquirit: si autem non, in A. & sic semper. Eius autem quod est ab eodem aliquando quidem meminisse, aliquando autem non, causa est, quia contingit ad plura motum esse ab eodem principio, vt ab ipso E in F, aut in D.

A B C D E F G H

Si igitur non per antiquum mouetur, incon-

Consuetudo est quædam natura. Idem 2. Met. tex. 24.

suetius mouetur. tanquā enim natura iam consuetudo est. Vnde quæ sæpe intelligimus, eius reminiscimur. sicut enim natura hoc post hoc est, sic & operatione, ipsum autem sæpe naturam facit. Quoniam autem sicut fiunt in his, quæ sunt natura, & extra naturam, & à fortuna, adhuc magis in his, quæ per cōsuetudinem sunt, quibus natura non similiter inest, quare mouetur aliquādo, & illuc & aliter, præsertim & cum retrahitur illinc istuc aliquo. Et propter hoc, cùm opus est nomen meminisse, assimile quidē, sed illud autem solœcizamus. Reminisci igitur hoc accidit modo. Maxime autem oportet cognoscere tempus, aut mensura, aut infinite. Est autem aliquid, quo iudicat maius & minus, rationabile autem, sicut & magnitudines. Intelligit autem magnas & procul, non extendendo illuc cogitationem, sicut visum dicunt quidam. Nam enim cùm non sint, similiter intelliget, sed tactione quadam mouebit. sunt enim in ipsa similes figuræ & motus. Quo igitur differet, cùm maiores intelligit? An, quia illas intelligit, quæ primores? omnia enim, quæ intus sunt, minora, & proportionaliter † & quæ extra. Est autē fortassis sicut & formis proportionale accipere, sed non ipso, sic & distantiis. Sicut igitur, si ipsam A F, & E mouetur, facit ipsam A D: proportionale enim est ipsa A C, & ipsa C D. Quid ergo mouet C D, quàm F G facit? An sicut A C ad A B se habet, sic & H ad M se habet? per has igitur simul mouetur. Si vero F G vellit intelligere, B E similiter intelligit, sed pro K M, K L intelliget. hæ enim se habent, sicut F A ad B A.

† *a. l. vt*

Cùm igitur simul rei fit motus & temporis, nunc memoria agit: si autem putet, non faciens putat meminisse. nihil enim prohibet falli aliquem, & videri †, non memorantem, agentem autem memoria nō putare, sed latere dum meminit, non est. hoc enim erat ipsum meminisse. Sed, si is, qui rei, fiat sine eo, qui temporis, aut hic sine illo, non meminit. Qui vero est temporis, duplex est. Aliquando enim mensura non meminit ipsum, vt quòd tertia die, quòd tamen aliquando fecit, aliquando autem & mensura. Sed meminit, quanuis non mensura consueue-

† *a. l. addit meminisse.*

runt enim dicere quòd meminerunt quidem quando tamen, nesciunt, cum hoc ipsum quòd non cognoscunt quanta mensura. Quòd igitur non iidem sunt memorativi & reminiscitivi, in priorib⁹ dictum est.

Caput Quartum. Differt & alia de causa ipsum memorari ab ipso reminisci: Reminiscentiam esse passionem esse corpoream. Item qui magis, minusve memoria valeant.

Differt autem ipsum memorari ab ipso reminisci non solum secundum tempus, sed quòd ipso quidem meminisse & alionum animalium participant multa, ipso autem reminisci nullum, vt ita dicam, quæ cognoscitur, animalium, nisi homo. Causa autem, quia ipsum reminisci est vt syllogismus quidam, quòd enim prius aut vidit, aut audiuit, aut aliquid huiusmodi passus fuit, † syllogizat reminiscens & vt inquisitio quædam. hoc autē quibus & ipsum cōsultatiuum ineſt, natura solū accidit. etenim ipsum cōsultare syllogismus quidam est. Quod autem corporeum quiddam ipsa passio, & reminiscentia inquisitio in tali phantasmate, ſpatio est turbari quosdam, cum non possint reminisci, & valde cohibentes cogitationem, & non amplius conantes reminisci, nihil minus & maxime melancholicos. hos enim phantasmata mouent maxime, Causa autem eius, quòd motus ipsis est reminisci, quia sicut iaculatoribus non amplius in ipsis sistere est sic reminiscens, & inuestigās corporeum aliquid mouet, in quo passio est. Maxime autem turbantur, quibus humiditas fuerit existens circa locum sensificū, non enim facile cessat mota, quousq; accedat quod quæritur, & recte procedat motus. Vnde & iræ, & timores cum commoti fuerint, contramouentibus iterum his, non sedātur, sed ad idem contramouent. Et similis est hæc passio nōminibus, & cantibus, & orationibus, cum per os fit aliquod ipsorum vehementer. cessātibus enim & nolentibus subiciuntur canere aut dicere. Sunt autem & superiora maiora habentes, & nanis similes minus memorativi, quām cōtrarij: propterea quòd grauitatem multam habent in sensitiuo, & quia neque à principio motus pollunt remanere, sed dissoluuntur, neque in reminiscendo facile recte procedunt. Omnino autem iuuenes, & valde senes immemores sunt, propter motum. hi enim in decremēto, illi vero in augmento multo sunt, amplius autem pueri, & asini similes sunt vsque ad longam ætatem. De memoria igitur & ipso meminisse, quæ sit natura ipsorum, & qua ea⁹ quæ sunt animæ meminerint animalia, & de ipso reminisci quid sit, & quomodo fiat, & propter quam causam dictū est.

Nullum animal reminiscitur nisi homo. † ratiocinatur.

Qui minus valeant memoria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARISTOTELIS STAGIRITAE, PERIPATETICORVM Principis de Somno & Vigilia.

Caput Primum. Quæ sint de Somno & Vigilia considerãda. Quibus animantibus insint: cuius partis anima sint passiones: quidque sit aliquando somnus.

DE somno autem & Vigilia consyderãdum est, quid hæc & vtrum animæ an corporis propria sint, an communia, & si communia, cuius partis: cuiusque animæ vel corporis: & propter quam causam insint animalibus, & vtrum communicent omnia ambobus ipsis, an alia quidem somno, alia vero altero solum, an alia quidem neutro, alia vero vtrisque. Ad hæc autem, quid est somnium, & propter quam causam dormientes interdum quidem somniant, interdum autem non: vel accidit quidem semper dormientibus somniare, sed non meminerunt: & si hoc fiat, propter quam causam fit. Et vtrum contingit futura præuidere, an non contingit, & quaterus, si contingit, & vtrum agenda ab hominibus solum, an ea, quorum Dæmonium habet causam, & natura fiunt, aut à casu. Primum igitur hoc manifestum, quòd circa idem animalis vigilia est & somnus. opponuntur enim, & videntur somnus vigiliæ quædam priuatio, nam extrema semper & in aliis, & in naturalibus circa idem susceptibile videntur fieri, & eiusdem passiones esse, dico autem, vt sanitas & ægritudo, pulchritudo & turpitudo, robur & imbecillitas, visus & cæcitas, auditus & surditas. Amplius autem & ex his manifestum. quo enim vigilantem cognoscimus, hoc & eum, qui somno premitur, sentiẽtem enim vigilare putamus. Et vigilantem omnem, aut eo quòd eorum, quæ extrinsecus, aliquid sentit, aut eò quòd eorum, qui in ipso, motuum aliquem. Si ergo vigilare in nullo alio est quàm in eo, quod est sentire, manifestum est quòd quo quidem sentiunt, hoc & vigilant vigilantia, & dormiunt dormientia. Quoniam autem non animæ proprium est sentire, neque corporis (cuius enim est potentia, huius est & actus: qui vero dicitur sensus, vt actio motus quidam per corpus animæ est) manifestum est quòd neque animæ passio propria, neque inanimatum corpus possibile est sentire, Cùm autem determinatum sit prius in aliis de his, quæ dicuntur quasi particulæ animæ, & de nutritiua quidem, quæ separatus ab aliis; aliam vero nulla sine hac existente, manifestum est quæcunque quidem viuentium augmento diminutioneque participant solum, quòd in his non est somnus, neque vigilia, velut plantis. nõ enim habent particulam sensitiuam, neque si separabilis, neque si non separabilis. potestate enim, & ipso esse separabilis est. Similiter autem, & quòd nihil est, quod semper vigilet, aut

Cuius est potentia, huius est & actus.

Nihil est, quod semper vigilet, aut semper dormiat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

semper dormiat, sed eisdem insunt animalium vtræque passiones hæc. neque enim si est animal habens sensum, hoc contingit neque dormire, neque vigilare. vtraque enim passio hæc circa sensum primi sensitiui. Non contingit autem alterum horum semper inesse eidem, veluti aliquod genus animalium semper dormire, vel semper vigilare. Amplius quorumcunque est aliquod opus secundum naturam, quando excesserint tempus, † in quanto possunt aliquid facere, necesse est deficere: vt oculos videntes, & quiescere facientes hoc: similiter autem & manum, & aliud omne, cuius est opus aliquod. Si itaque alicuius est opus sentire, & hoc vtigi accedat tempus, quanto erat potens sentire continue, deficiet, & non amplius faciet hoc. Si igitur vigilare definitum est eo quòd solutus sit sensus, contrariorum vero hoc quidem necesse est adesse, illud vero non, vigilare autem, id quod est dormire contrarium est, & necessarium omni alterum inesse, necessarium vtique erit dormire. Si igitur huiusmodi passio est somnus, hoc autem est impotentia propter excessum vigilandi, vigilandi autem excessus quandoque ab ægritudine, quandoque absque ægritudine fit, quare impotentia atque dissolutio similiter erit necesse est omne, quod vigilat contingere dormire. impossibile enim semper agere. Similiter autem neque dormire semper quæ quam contingit. Somnus enim passio sensitiuæ particulæ est, vt vinculum & immobilitas quædam. Quare necesse est omne dormiens habere sensitiuam particulam. sensitiuum autem quod potest sentire secundum actum. Agere autem sensu proprie & simpliciter impossibile est

† a. l. aut aliquid eorum, quæ possunt tempore facere, sed melius drima, ait Ephes.

Somni definitio.

dormientem simul. ideo necessarium est somnum omnem excitabilem esse. Alia igitur pene omnia somno communicant, & natabilia, & volatilia, atque pedestria. Etenim omnia piscium genera, & quæ mollium visa sunt dormire, & alia omnia quæcunque habent oculos. etenim quæ duros habent oculos, & insecta, manifestum quòd dormiunt. breuis autem somni sunt huiusmodi omnia, ideóque latebunt vtique quædam sæpe, vtrum participant somno, vel non. Testaceorum autem, secundum sensum quidem nondum factum est manifestum si dormiunt, si cui vero verisimilis dicta ratio est, ea suadebitur. Quòd igitur somno communicant omnia animalia, manifestum ex his. eò enim quòd sensum habeat, definitum est animal. sensus autem modo quidem aliquo immobilitatē, & velut vinculum somnum esse dicimus: solutionem autem, remissionēmq; vigiliam. Plantarum autem nullam possibile est communicare neutra harum passionum. nam hæc sensu quidem non existit neque somnus, neq; vigilia. quibus vero inest sensus, & tristari & gaudere. quibus vero hæc, & concupiscentia. plantis autem nihil horum inest. Signū autem, quoniam & opus suum facit nutritiua particula in dormiendo, magis quàm in vigilando. nutriuntur autem & augentur tunc magis, tanquā nihil egentia ad hæc sensu.

Testacea andormiāt.

Nutritiua particula magis opus suum facit in dormiendo quam in vigilando.

Caput Secundum. Cuius sensus passio sit somnus ipse.

QVare autem dormiunt & vigilant, & propter qualem quendā sensum, vel quales,

Si propter plures, consyderandum. Quoniam vero quædam animalium habent sensus omnes, quædam vero non habent, vt † visum, tactum autem & gustum omnia habent, nisi si quod animalium imperfectum. dictum est autem de his in iis, quæ de Anima impossibile autem simpliciter qualicunque sensu sentire quòd dormit animal: manifestum est quòd omnibus necessarium inesse eandem passionem in vocato somno. nam, si hoc quidem, illo vero non, hoc dormiens sentiet. hoc autem impossibile est. Quoniam autem existit secundum vnumquenque sensum hoc quidem aliquid proprid. illud vero aliquid commune, proprium quidem vt visui videre, auditui autem audire, & aliis secundum eundem modum. est autem quædam & communis potentia sequens omnes, qua & quòd videt, & audit, sentit. (Non enim visu quidem videt quòd videt, & iudicat vtique & potest discernere quòd alia quidem dulcia sunt ab albis, nec gustu, nec visu, nec ambobus, sed quadam communi particula omnium sensoriorū. nam est quidem sensus vnus, & principale sensorium vnum, esse autem sensui generis cuiuslibet aliud, vt soni, & coloris. hæc autem simul tactiuo maxime inest. hoc enim separatur ab aliis sensoriis, alia vero ab hoc inseparabilia sunt. dictum est autem de ipsis in iis, quæ de Anima, speculationibus.) manifestum igitur est quòd huius sensori) est passio vigilia, & somnus. Quapropter & omnibus inest animalibus. etenim tactus solus omnibus. Nam ideò quòd omnes patiuntur aliquid sensus, fieret ipsum dormire, inconueniens esset quibus neque necesse neque possibile est aliquo modo a-

† al. vt auditum, visum. 3. de anima tex. 60. & infra.

gere simul, hos vacare simul, & immobiles existere. contrarium enim rationabilius accideret ei, non simul quiescere. Quemadmodum autem nunc dictimus, rationabiliter se habet & de his. nam, cum principale aliorum omnium sensoriorum, & ad quod tendunt alia, patitur aliquid, compati necessarium & reliqua omnia. illorum autem cum aliquod impotens est, non necesse est hoc impotens fieri. Manifestum autem est ex plurib, quòd non in ipso sensus actiosos esse, & non vti ipsis somnus est, neque in non posse sentire: Nam & manifeste in animæ defectionibus tale quid accidit, impotentia enim sensuum animæ defectio: Fiunt autem & amentiæ quædam huiusmodi: Amplius autem, quibus in collo venæ apprehenduntur, insensibiles fiunt: Sed quando impotentia vsus, neque in quouis sensorio, neque per quamuis causam, sed quemadmodum dictum est nunc, in primo, quo sentit omnia. cum enim hoc quidem impotens fuerit, necesse est & sensoria omnia impotentia esse sentire: cùm vero illorum aliquod, non est hoc necesse.

Caput Tertium. Propter quid inest animalibus somnus: & in qua parte fiat corporis, pariter & vigilia.

PRopter quam vero causam actidit dormire, & cuiusmodi passio est, dicendum. Quoniam autem modi plures sunt causarum: nam & cuius gratia, & vnde principium motus, & materiam, & rationem causam esse dicimus. Primum igitur, quoniam naturam dicimus

Causa finalis somni.

gratia alicuius facere, hoc autem bonum aliquod, quietem vero omni, quod natum est moueri, non potest autem semper & continue moueri cum delectatione, necessariam esse atque vtilem somno quoque propter ipsam veritatem cosptant translationem hanc, tanquam requies sit, quate propter salutem animalium existit vigilia vero finis. nam sentire & sapere omnibus finis, quibus inest alterum eorum, optima enim hæc: finis vero optimum. Amplius autem necessarium est vnicuiq; animalium inesse somnum. dico autem ex suppositione necessitatem, quoniam, si animal erit habens suam naturam, ex necessitate inesse quædam ei oportet, & his existentibus alia existere. Amplius autē & quæli motu, & actione in corporibus facta, accidit vigilare & dormire animalibus post hęc dicendum. Aliis igitur animalibus, quemadmodum exanguibus existimandum causas esse passionis vel easdem, vel proportionales, sanguine vero prædito quæ quidem hominibus, quate ea his omnia speculandum. Quòd igitur sensus principium sit ab eadē parte animalibus, aqua quidem & motus, determinatum est prius in aliis: ipsa vero est trium determinatorum locorum, qui medius est inter caput, & inferiorem ventrem. Sanguine igitur prædito hoc est, quæ circa cor pars. omnia enim prædita sanguine cor habēt. & principium motus, & sensus principalis hinc est. Motus igitur, & spiritus principii, & omnino qui refrigerationis, manifestū quòd est hic. Et † respirationem autem, & humido † refrigerationem, ad salutem eius, qui est habet particula calotis natura tribuit. Dicetur autem de ipsa postea separatim. Exanguibus vero &

Causa naturalis somni.

In habentibus sanguinem cor est principium motus.

† *a. l. respirantia.*

† *a. l. refrigerantia.*

& insectis, & non suscipientibus spiritū in proportionali. connatus enim spiritus † inflans, & † *exurgens.*
desidem videtur. palam autem hoc in totipēdibus, vt vespis, & apibus, & muscis, & quæcunque huiusmodi sunt. Quoniam autem mouere quidem aliquid, aut facere sine robore non est possibile, robur autem facit spiritus detentio, respirantibus quidem quæ deforis, non respirantibus quæ † complantata, ideo & bom- † *comata.*
bem edere alata videntur cùm mouentur, attentione spiritus offendentis ad præcinctum totum. Mouetur autem omne aliquo sensu facto proprio, vel alieno in primo sensorio. Si vero est somnus, & vigilia passio partis huius, in quo quidem loco, & in qua parte prima fit somnus, & vigilia, manifestum. Mouentur autem quidam dum dormiunt, & faciunt multa, quæ vigilantium sunt: non *Vide oppo-*
tamen absque phantasmate, & aliquo sensu. *situm 4. de*
omnium enim est quodammodo † sensamen- *Generatio-*
tum. Dicendum est autem postea de ipso. Cur *ne animā-*
verò somnia meminerunt expergefacti, vigi- *tium. c. 1.*
lum vero acta non meminerunt, in problema- *Vide etiā.*
tis dictum est. *Zom.*
† *sinsio*

Caput Quartum. Quibus factis, & vnde nam sumunt somnus, ac vigilia in ipsis animalibus: completāque ipsius somni traditur definitio.

Consequens autem ad ea, quæ dicta sunt, aggredi quibus factis, & vnde principium passionis fit, vigilandi & dormiendi. Patum autem est quòd quoniam necessariū est animali, cùm sensum habet, tunc primo nutrimen-

tum

In sanguinem tum sucipere, & augmentum nutrimentum au-
præditis san tem est omnibus vltimum, sanguine quidem
guis est vlti præditis sanguinis ipsa natura, exanguibus ve-
mum nutri to proportionale: locus vero sanguinis venæ,
mentum: in harum autem principium cor: palam autem
exanguibus quod dicitur est ex disectionibus: sorsincecus
vero aliqs quidem alimenti ingredientis in susceptiua lo-
proportiona ca fit euaporatio ad venas, ibi vero permuta-
le. tum in sanguinem vertitur, & vadit ad princi-
pium. Dictum est autem de his in iis, quæ de ali-
mento, nunc autem repetendum est de ipsis hu-
ius gratia, vt principia motus speculemur, &
quid patiente particula sensitiua, accidit vi-
gilia & somnus. Non enim est somnus quæ-
libet impotentia ipsius sensitiui. vt dictum est.
etenim amentia, & præfocatio aliqua, & animi
defectus facit huiusmodi impotentiam. Iam au-
tem facta fuit imaginatio quibusdam, qui ani-
mi defectum fortiter passi sunt. Hoc igitur ali-
quam habet dubitationem. Si enim contingat
dormire eum, qui animo defecit, continget vi-
que somnium esse & ipsum phantasma. Multa
autem sunt, quæ dicunt qui vehementer animo
defecerunt, & qui visi sunt mortui esse. De qui-
bus omnibus eandem esse rationem existimán-
dum est. Sed, vt diximus, non est somnus impo-
tentia quælibet ipsius sensitiui, sed ex euapora-
tione circa alimentum passio fit hæc. necessa
enim quod euaporat, aliquò vsq; impelli, dein-
de conuerti & permutari, sicut Euripum. cal-
dum enim cuiusque animalium ad superiora
natum est ferri: cùm autem in superioribus lo-
cis fuerit, multum simul iterum reuertitur, fer-
turque deorsum. Et ideo maxime fiunt somni a
cibo. nam repente tunc multa humiditas &

corpulenta sursum fertur. Constans igitur gra-
uat & facit dormitare. cùm vero deorsum fu-
erit, & reuertendo repulerit calorem, tunc fit
somnus, & animal dormit. Signum autem ho-
num & somnifera. omnia enim grauedinem
capitis faciunt, & potabilia, & esculenta, vt pa-
paver, mandragoras, vinum, lolium. Et qui deor-
sum feruntur, & dormitant. hoc videntur pati,
& non possunt leuare caput, & palpebras. Et *Somnus*
post cibos maxime talis somnus, multa enim, *quare post*
quæ à cibis, euaporatio. Amplius autem ex la- *cibum ma-*
cibus quibusdam. nam labor quidem colli- *xime. & fa*
quatiuum. colliquamentum vero fit quemad- *tigationem.*
modum nutrimentum inconcoctum, nisi stigi-
dum sit. Et morbi quidam illud idem faciunt, *Morbi sepe*
quicunque à superfluitate calida & humida. vt *riferi.*
accidit febricitantibus & lethargicis. Amplius
autem prima ætas. pueri enim dormiunt vehe-
menter, eo quòd nutrimentum sursum fertur
omne. Signum autem, quòd magnitudo supe-
riorum excedit ad inferiora in prima ætate, eò
quòd ad hæc fiat augmentum. Propter hanc ve-
ro causam & epileptici fiunt. simile enim est so-
mnus epilepsiæ. Et ideo accidit multis princi-
pium huius passionis dormientibus. & dor-
mientes quidem capiuntur, vigilantes vero
non. Cùm enim multus fertur spiritus sursum,
descendendo rursum venas tumefacit, quibus
coarctat meatum, quo respiratio fit. Ideo pueris *Vinum pue*
non conferunt vina, neque nutricibus. differt *ris, ac nutri*
autem nihil forsitan ipsos bibere, vel nutrices. *cibus inuni-*
sed oportet bibere aquosum, & modicum. spi- *le.*
rosum enim vinum. huius autem magis, ni-
hil. Ita vero superiora plena sunt alimen-
to pueris, quòd quinque mensibus neque ver-

tunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

tunt collum. quemadmodum enim ebrius, ſùrſum fertur humiditas multa. Rationabile autem eſt hanc paſſionem eſſe cauſam, quare quieſcunt in matricibus fœtus primum. Ergo omnino † amatores ſomni ſunt, qui tenues, & oculos habent venas, & naniformes, & magna capita habentes. Nam horum venæ augustæ, ita vt non facile diffluat, quæ deſcendit, humiditas. Naniformibus vero, magnáque capita habentibus ſurſum impetus multus, & euaporatio fit. Manifeſtas vero habentes venas non ſomnolenti, propter amplitudinem venarum, niſi aliquam aliam paſſionem habeant contrariam. Neque Melancholici. Infrigidatus enim eſt locus interior. quare non fit ſatis multitudo euaporationis. propterea & excet, duri exiſtentes. tanquam enim nullo fructu diſponuntur corpora eorum. Aruæ vero labis, cùm naturaliter ſit frigida, & nutritium locum frigidum facit, & alias particulas, vbicúmque exiſtit poteſtate huiuſmodi excrementum. Quare manifeſtum eſt ex iis, quæ dicta ſunt, quòd ſomnus eſt quidam conuentus caloris intro, & naturalis † circumobſiſtentia, propter dictam cauſam. Ideo multus motus dormientium.

Qui ſint animaterei ſomni.

† *a.l. ſomnoculoſi.*

Quinam.

Somnus quid.

* *ἀντιπερι-ϛασις.*

Vnde & deficit, & infrigidatur & propter frigiditatem concidunt palpebræ. Et ſuperiora quidem infrigidata, & exteriora interiora vero, & inferiora calida, vt quæ circa pedes, & quæ intrinſecus.

* * *

Caput Quintum. Dubitationis ſolutio. quo pacto ſomnus infrigidatio ſit cùm cauſa multa cum præcedentes ſint calida.

QVanquam vtique dubitabit aliquis, quòd poſt cibum fortiſſimus ſit ſomnus, & eſt ſomniferum vinum, & alia huiuſmodi caliditates habentia: eſt autem non rationabile, ſomnum quidem eſſe infrigidationem, cauſas autem dormiendi calidas. Verum ergo hoc accidit, quia quemadmodum ventet, vacuus exiſtens, calidus eſt, repletio vero ipſum infrigidat propter motum, ſic & qui in capite meatus, & loca infrigidantur, cùm ſurſum ferantur euaporatio? an, quemadmodum his qui perfunduntur calido, ſubito horror fit, ita & ibi, alcendente caliditate, quæ congregatur frigiditas infrigidat, & quod ſecundum naturam calidum facit langueſcere, & ſecedere?

Dubium.

Prima ſolutio.

Alia ſolutiones.

Amplius autem multo incidéte nutrimento, quod calor ſubleuat. quemadmodum ignis, cum ſuperponitur ligna, infrigidatur quouſq; cõcoquantur. Fit enim ſomnus, quemadmodum dictũ eſt, dum corpulentum ſurſum fertur á caliditate per venas ad caput: cum vero amplius non poteſt, ſed multitudine excedit quod eleuatum eſt, iterum repellitur, & deorſum fluit. Ideó cadunt homines, ſubtracto calore, qui ſurſum ferebat. ſolum enim animalium rectum. & incidens quidem deſipiſcentiam facit, poſtmodum vero imaginationem. An dictæ quidem nunc ſolutiones contingentes quidem ſunt vt fiat infrigidatio: verum enimuero dominus eſt locus, qui circa cerebrum, quemadmodum dictum eſt in aliis? omnium enim, quæ in corpore,

Somnus vnde.

Propria ſolutio.

Caput

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cerebrum est frigidissimum omnium, quæ in corpore sunt.

pore, frigidissimum. non habentibus vero, quod proportionale. Quemadmodum igitur humidum, quod euaporat à solis caliditate, cùm venerit ad supremum locum, propter frigiditatem ipsius infrigidatur, & cùm constiterit deorsum fertur factum rursus aqua, sic in euacuatione calidi ad cerebrum excrementicia quidem euaporatio in pituitam consistit (ideo & destillationes videntur ex capite fieri) nutritiua vero, & non morbosa deorsum fertur consistens, & refrigerat calidum. Ad infrigidandum vero, & non facile suscipiendum euaporationem confert & tenuitas, & angustia venarum, quæ circa cerebrum. Infrigidationis igitur hæc est causa, quanquam euaporatio exuperet caliditate.

Caput Sextum. De Expergescentia.

Expergefactionis causa.

EXpergiscuntur autem, cum concocta fuerit, & euicerit impulsa caliditas in angustum multa ab eo, quod circunstabat, & discretus fuerit corpulentior sanguis, atque purior. Est autem tenuissimus quidem sanguis & purissimus, qui in capite: crassissimus & turbidissimus, qui in inferioribus partibus. Omnis vero sanguinis principium, sicut dictum est hic & in aliis, est cor. Horum autem, qui in corde, vtriusque † thalami communis, qui medius. illorum autem vterque suscipit ex vtraque vena, & ea quæ vocatur magna, & ea quæ aorta, in medio vero fit secretio. Sed determinare quidem de his, aliis sermonibus est conuenientius. Quia vero sit maxime sanguis post nutrimenti oblationem indiscretus, somnus fit, quoad

† *sinus.*

quoad secernatur sanguinis quod quidem purissimum iursum: quod vero turbidissimum, deorsum. cum autem hoc acciderit, expergiscuntur, absoluta ab alimenti grauitate. Quæ igitur causa dormiendi dictum est, quòd à corpulento, quod iursum fertur, per ingenitum calorem circumobsistentia comprehensum ad primum sensorium. & quid est somnus, quòd primi sensorij comprehensio, vt non possit agere. quod quidem ex necessitate fit. (non enim contingit animal esse, nisi contingant quæ ipsum perficiunt.) propter salutem autem. conservat enim requies.

* * *

ARISTOTELIS STAGIRITÆ, PERIPATETICORVM Principis de Somniis.

Caput Primum. Somnium non esse sentientis simpliciter nec opinantis, nec intelligentis, sed sciens vt imaginantis.

POst hæc autem quærendum est de somniis, & primo circa eam, quæ animæ apparent, & vtrum intellectiuæ particulæ passio est hæc, an sensitiuæ. his enim solis ea tum, quæ in notis suæ, cognoscimus aliquid. Si itaque vsus visus visio, & auditus ipsum audire, & omnino sensus ipsum sentire: communia autem sunt sensuum veluti figura, & motus, & magnitudo, & alia huiusmodi, propria vero veluti color, sonus, sapor, impotentia autem sunt omnia conniuentia, & dormientia videre, similiter autem & in reliquis: manifestum est quòd non sentimus aliquid in somnis. Non ergo sensu somnium sentimus. At verò neque opinione. Non enim solum quod aduenit dicimus hominem esse vel equum, sed & album vel pulchrũ: quorum opinio sine sensu nihil vtique dicet, neque vere, neque falsè. In somnis autem accidit animam hoc facere. similiter enim quòd homo est, & quòd albus est, quia aduenit, videmur videre. Amplius præter somnium aliquid aliud intelligimus. Quemadmodum enim in vigilando sentientes aliquid de eo, quod sentimus, sæpe etiam cogitamus aliquid, sic & in somnis, præter phantasmata, alia aliquando intelligimus. Manifestum autem erit alicui hoc, si quis adhibeat mentem, & tentet meminisse, cum fuerit. Iam vero quidam & viderunt somnia huiusmodi, velut qui videntur secundum memoriuum præceptum ponere quæ præponuntur. Accidit enim eis aliud quippiã præter somnium ponere ante oculos in loco phantasma. Quare manifestum est, quòd neque somnium, omne, quod in somnis phantasma, & quòd quod intelligimus opinione opinamur. Palam autem de his conuertisi in tantum, quòd quo vigilantes in egritudinibus decipimur, hoc idem in somno accidit passionem: & sanis quoque & scientibus, nimirum pedalis Sol videtur esse. Sed fiat idem, hoc diuersum imaginatiuum animæ & sensitiuum, nihilominus non fit absque videre & sentire aliquid: perperam enim videre & obaudire videntis verum aliquid & audientis, nequaquam tamen id, quod arbitratur. in somno autem potest esse nihil videre, neque audire, neque omnino sentire. Ergo nihil quidem videre videtur, nihil autem pati sensum non est verum, sed contingit & visum pati aliquid, & alios sensus. Singulum enim horum vt vigilantis impeditur quidem quodammodo sensum, non sic autem vt vigilantis. Et quandoque quidem opinio dicit quòd falsum, † quemadmodum in vigilante, quandoque vero † detinetur, & sequitur phan-

† a. *Quod videtur.*

† *fallitur.*

tasma. Quòd igitur non est opinantis, neque intelligentis passio hæc, quam vocamus somniare, manifestum. sed neque sentientis simpliciter. videre enim vtique esset & audire simpliciter. sed qualiter oportet, & secundum quem modum, consyderandum. Ponatur ergo quod & manifestum est, quòd sensitiui passio: siquidem & somnus. non enim alij quidem alicui animalium ineſt somnus, alij vero alicui somniare, sed eidem. Quoniam vero de imaginatione in iis, quæ de Anima dictum est, & est quidē idem sensitiuo imaginatiuum, esse autem sensitiuo & imaginatiuo aliud: est autem imaginatio, qui à sensu secundum actum fit motus, somnium vero phantasma quoddam videtur esse: nam quod in somno phantasma somnium dicimus, siue simpliciter, siue quodammodo factum manifestum est quòd sensitiui quidem est somniare, huius autem quatenus imaginatiuum.

Somnū est passio sensus siue interior.

Caput Secundum. Passionem, quæ fit à sensibilibus in ipsis sensoriis, etiam eis absentibus aliquo modo manere. Sensoria etiam ipsa agere quippiam. & in sentiendo sæpe deceptiones contingere.

QVid autem est somnium, & quomodo fit, ex iis, quæ circa somnum accidunt, maxime vtique cognoscemus. Sensibilia enim secundum singulum sensorium in nobis efficiunt sensum. & quæ fit ab eis passio non solum ineſt in sensoriis, dum sensus agunt, sed & dum abierunt. similis enim passio in his, & in iis, quæ rursus, videtur esse. etenim in his, quæ seruntur, eo quod nouit non vlterius contangere, mouente, mouentur. nam quod mouit, mouit actu quos-

quendam: & rursus hic cùm mouentur, alium: & hoc vtique modo, quousque quidem steterint, faciunt motum & in aëre, & in humidis. Similiter autem oportet putare hoc & in alteratione. nam quod calefactum est à calido, proximum calefacit, & distribuit vsque ad principium. Quare & in quo est ipsum sentire, quoniam est alteratio quædam, qui secundum actum sensus, necesse est hoc accidere. Ideo passio ipsa est non solum in sentientibus sensoriis, sed & quiescentibus, & in profundo, & superficie tenus. Palam autem, cùm continue sentimus aliquid. Transferentibus etenim sensum sequitur passio, vt de Sole ad tenebras. accidit enim nihil videre, propter adhuc subsistentem motum in oculis à lumine. Et si ad vnum colorem multo tempore aspiciamus, vt album vel vtridem, eiusmodi videtur ad quodcunque visum permutemus. Et, si ad Solem prospicientes, vel aliquod aliud splendidum, conniuerimus, obseruantibus videtur secundum directionem, qua accidit visum videre primum quidem huiusmodi colorem, deinde permutatur in puniceum, deinde in purpureum, quousque in nigrum venerit colorem, & euanuerit. Et illis quoque, qui ab iis, quæ mouentur, permutantur, velut à fluminibus, maxime autem ab iis, quæ citissime fluunt, videntur quiescentia moueri. Fiunt autem & à magnis sonis surdastri: fiunt & à validis odoribus difficile odorantes, & in similibus. Hæc itaque manifeste accidunt hoc modo. Quòd autem sensoria cito, & modicas differentias sentiant, signum est, quod in speculis accidit, de quo vtique per se insistens consyderabit quis, & dubitabit. Simul autem ex

ipso manifestum, quod quemadmodum visus patitur, sic & facit aliquid. In speculis enim valde nitidis, cùm menstruis aduenientibus mulieribus, inspiciunt in speculum, fit superficies speculi vt nubes sanguinea. & si quidem nouum sit speculum, non facile est abstergere huiusmodi maculam: si vero vetus, facile. Causa vero, vt diximus, quoniam non solum visus patitur aliquid ab aere, sed & facit aliquid, & mouet, quemadmodum splendida. nam visus splendidorum, & habentium colorem est. Oculi igitur rationabiliter, cum sint menstrua, afficiuntur, sicut & alia pars quælibet corporis. etenim natura existunt pleni venarum. Ideo cùm fiunt menstrua propter turbationem & sanguineam ebullitionem, nobis quidem quæ in oculis differentia incerta est, inest autem. nam eadem natura seminis, & menstruorum. Aër autem mouetur ab ipsis: & eum, qui supra specula est, aërem continuum existentem, qualem quendam facit, & talem, velut ipse patitur. hic vero speculi superficiem. Quemadmodum enim vestium quæ maxime mundæ sunt, citissime inquinantur. nam purum exacte monstrat quicquid excepit, & præsertim minimos motus. æs vero, eò quòd planum sit, qualemcunque tactum maxime lanuginosum excipit. Oportet vero intelligere, tanquam attritionem esse æris tactum, & tanquam extersionem & ablutionem. propter munditiam vero manifestus fit, qualiscunque sit. Non excundi vero celeriter ex nouis speculis causa est: quòd purum sit & lene. serpit enim per huiusmodi, & in profundum, & in omnes partes. nam eò quidem quòd purum est, in profundum, eò autem quòd lene, in omnes partes. In veteribus vero non

Causa insidionis speculi, exvisu suscepta.

Purum dulcenter monstrat quicquid excepit.

Quare nouis speculis induita macula difficilius eluantur.

non immanet, quoniam non similiter ingreditur macula, sed superficie tenus magis. Quòd igitur & à paruis differentiis fit motus, & quòd celeriter & ipse sensus, & quòd non solum patitur, sed & contra agit colorum sensorium, manifestum ex his. Attestantur autem iis, quæ dicta sunt, & quæ circa vina, & quæ circa vnguenta eueniunt. † Nam quòd præparatum est oleum, cito accipit proximorum odores. Et vina hoc ipsum patiuntur. non solum enim eorum, quæ ministruntur vel commiscentur, sed & eorum, quæ prope vasa ponuntur vel adnascuntur, recipiunt odores. Ad eam vero, quæ à principio consyderationem, ponatur vnum quidem, quod ex his quæ dicta sunt patet, quòd recedente sensibili exterinsecus, immanent simulacra, quæ sensibilia sunt. Ad hæc autem, quòd facile decipiuntur circa sensus, cùm in passionibus existimus: alia autem in aliis. veluti trepidus in timore, & qui amat in amore: ita vt videatur à modica similitudine ille quidem hostes videre, hic vero dilectum. Et hæc vtique, quanto passibiliori quis fuerit, tanto à minori similitudine videntur. Eodem vero modo & in ira, & in omnibus concupiscentiis facile decipiuntur omnes: & magis, quanto vtique in passionibus magis fuerint. Quo & febricitantibus interdum animalia videntur in parietibus, à modica similitudine lineatum compositarum. Et hæc quidem aliquando intenduntur cum passionibus sic, vt si vehementer non laborent, non lateat quòd falsum. si vero maior sit passio, & moueantur ad ira. Causa vero vt hæc accidant, hæc est, quia non per eandem potentiam iudicat quæ principalis est, & in qua phantasmata fiunt. Hulus ve-

† *Quod præparatum est oleum, & vinum, cito accipit proximorum odores.*

Homines in aliquo affectu positi facile decipiuntur circa sensus.

Universidad de Deusto Biblioteca

to signum est, quòd videtur quidem Sol pedalis, contradicit autem sæpe aliquid aliud imaginationi. Et permutatione digitorum, vnum duo videtur, attamen non dicimus quòd duo. certior enim tactus visus. Si vero esset tactus solus, iudicaremus vnum duo. Cur autem fallimur, causa, quoniam non solum, cùm sensibile mouetur, apparent quælibet, sed etiam cùm sensus ipse mouetur, si eodem modo moueatur, quemadmodum à sensibili. dico autem, velut terra videtur nauigantibus moueri, dum mouetur visus ab alio.

Propter quid terra videtur nauigantibus moueri.

Caput Tertium. Motus, qui fiunt à sensibilibus, non tantummodo in vigilia, sed etiam in somnis apparere: multaque verum, quæ circa somnia accidunt, redditur causa.

EX his itaque manifestum, quòd non solum in vigilando motus, qui à sensilibus fiunt, & quæ extrinsecus, & quæ ex corpore sunt, sed etiam quando sit passio hæc, quæ vocatur somnus, & magis tunc apparent. Per diem enim repelluntur, dum operantur sensus & cogitatio, & euanescunt. quemadmodum iuxta magnum ignem minor, & dolores & voluptates paruæ secus magnas. dum vero quiescunt, supernatant & parua. Nocte vero propter vacationem particularium sensuum & impotentiam agēdi, eò quòd ab exterioribus ad id, quod intrinsecus est, fiat caloris refluxus, ad principium sensus deferuntur, & fiunt manifesti, cùm sedatur turbatio. Oportet autem existimare vt modicas vertigines, quæ in fluminibus feruntur, sic motum vnumquenque fieri continue:

nue: sæpe quidem similes, sæpe vero dissolutas in alias figuras propter repulsionem. Ideo & post cibum, & omnino iuuenibus existentibus, veluti pueris, non fiunt somnia. multus enim motus est propter eam, quæ à cibo est, caliditatem. Quare, quemadmodum in humido, si vehementer moueat quis, quandoque nullum apparet simulacrum, quandoque vero apparet quidem, distortum autem omnino, ita vt appareat alterius modi quàm quale est. quòd si quieuerit, pura & manifesta, sic & in dormiendo phanta mata & reliqui motus, qui proueniunt à sensibus, interdum quidem cum vehementior sit, qui dictus est motus, exterminantur omnino, interdum vero conturbatæ apparent visiones & monstrosæ, & † deteriora somnia, velut melancholicis, & febricitantibus, & temulentis. omnes enim huiusmodi passiones, cùm spirituosæ sint, multum faciunt motum, & perturbationem. Cùm autem sedatur, & secernitur sanguis in habentibus sanguinem, conseruatus sensuum motus ab vnoquoque sensuum, amata facit somnia, & apparere aliquid, & videri, propter ea quidem, quæ à visu deferuntur, videre, propter ea vero, quæ ab auditu, audire: similiter autem & ab aliis sensoriis. ex eo enim, quòd inde progreditur motus ad principium & vigilanter, putatur videre, & audire, & sentire: & quia visus interdum moueri videtur, qui non mouetur, vt diximus: & quia tactus duos motus suscipiat, id, quod vnus est, duo videtur. omnino enim quod ab vnoquoque sensu dicit ipsum principium, nisi alius præstantior contradicat. apparet igitur omnino, putatur autem non omnino, quod apparet: nisi quod diiudicat de-

Somnia monstrosa vnde.

† *a. l. non delella.*

tineatur, vel non moueatur proprio motu. Quemadmodum vero diximus quod alij propter aliam passionem facile decipiuntur, ita dormiens propter somnum, & quia mouentur sensoria, & alia accidentia circa sensum. Quare modicam habens similitudinem, videtur illudcum enim dormit, descendente plurimo sanguine ad principium, condescendunt & mouentur, qui insunt, motus, hi quidem potestate, illi vero actu. Sic autem se habent, vt in motu, hic quidem supernatet ex ipsis motus. si vero hic corrumpatur, hic. Adinuicem itaque se habent, quemadmodum fictæ ranæ, ascendentes in aqua liquefacto sale. Ita insunt potestate. cedente vero quod prohibebat, agunt. & solutæ in exiguo reliquo sanguine, qui in sensoriis, mouentur. habent similitudinem. quemadmodum quæ in nubibus, quæ similia sunt hominibus & centauris, cito permutantur. Horum autem vnum, quodque est, sicut dictum est, reliquiæ eius, quod est in actu, sensilis. Et abeunte etiam sensili, est & verum dicere, quòd tale, quale Coriscus, sed non est Coriscus. cum autem sentiebat, non dicebat Coriscum quæ princeps est, & quæ illudicat, sed per hoc illum Coriscum verum. Quod itaque & sentiendo dicit hoc, si non omnino detineatur à sanguine, quemadmodum sentiti, hoc mouetur à motibus, qui sunt in sensorio, & videtur quidem simile ipsum esse, quod verum est. & tanta somni est potentia, quòd facit hoc latere. Quemadmodum igitur, si quem lateat suppositus digitus oculo, non solum apparebit sed & putabitur esse duo, quod est vnum. si vero non lateat, apparebit quidem, non putabitur autem: sic & in somnis, si sentiat quidem quòd dormit, & passionem, in qua est sensus sensitiui, apparet quidem, dicit autem in seipso, quòd apparet quidem Coriscus, non est autem Coriscus.

Saepe enim dormiendo dicit aliquid in anima, quod somnium est quod apparet. si vero lateat quòd dormit, nihil contradicit imaginationi. Quòd autem vera dicimus, & quòd sunt motus imaginarij in sensoriis, manifestum, si quis attendens tenet meminisse quæ patimur & obdormiscentes, & expergefacti. Interdum enim quæ apparent simulacra dormienti, deprehendet expergefactus esse motus in sensoriis. quibusdam etiam puerorum, & omnino perspicientibus, etsi sint tenebræ, simulacra apparent multa, quæ mouentur, ita vt velentur frequenter timentes. Ex his itaque vniuersis oportet colligere, quòd & somnium phantasma quidem aliquod, & in somno. nam quæ modo dicta sunt simulacra, non sunt somnia, neque si quid aliud sensibus solutis videtur. Neque quod in somno apparet phantasma omne. Nam primum quidem in alijs accidit sentire aliquo modo & sonos, & lumen, & saporem, & tactum, languide tamen, & veluti procul. iam enim in dormiendo respicientes, & mox excitati, quòd debiliter videbant lumen lucernæ dormientes vt arbitrabantur, expergefacti statim cognouerunt quòd lucernæ erat. & gallinaceorum & canum debiliter audientes vocem, expergefacti cognouerunt manifeste. Quidam vero & respondent cum interrogantur. contingit enim ipso vigilare & ipso dormire simpliciter altero in existente, & alterum aliquo modo inesse: quorum neutrum somnium dicendum. Neque quæcunque in somno quidem fiunt veræ notiones præter phantasmata.

mata. Sed phãtasma, quod est, à motu sensorum cùm in dormiendo fuerit quatenus dormit, hoc est somnium. Iam vero quibusdam accidit, vt nullum somnium viderint in vita. rarum quidem huiusmodi est, accidit tamen. Ex his quidem omnino perseuerauit, quibusdam vero & accedente ætate accidit, cùm prius nullum somnium viderint.† Causam autẽ, quare non hãc similé aliquid oportet arbitrari, quòd neque illis, qui post cibum dormitauerint, neque pueris fit somnium. Quibuscunque enim hoc modo constat natura, vt multa ascendat euaporatio in superiorem locum: quæ cum iterum deorsum fertur cum facit multitudinem motus, conuenienter istis, nullum apparet phantasma. Procedente vero ætate, nihil inconueniens est apparere somnia. permutatione enim aliqua facta vel per ætatem vel per passionem, necessarium accidisse contrarietatem hanc.

Propter quid aliqui nõ somniãt per totam vitã suam.

† *a.f. Causa autem. quare non fiat. similu apparet quæ in pueris, & post cibum.*

ARIST

ARISTOTELIS STAGIRITÆ, PERIPATETICORVM Principis, de Diuinatione per Somnum.

Caput Primum. Somniorum Diuinationis causam dubiam esse. Somnia vero alia causæ, alia signa, alia esse accidentia.

DE Diuinatione vero, quæ in somnis fit, & dicitur accidere à somniis, neque contemptisse facile, neq; suasum esse. Nam quòd omnes quidem vel plures existimant habere aliquam significationem somnia, præstat fidem, tanquam ex experientia dictum. Et quòd de quibusdam diuinatio in somniis, non est incredibile. habet enim aliquam rationem. Ideo & de aliis somniis similiter vtique quis arbitrabitur. Nullam vero rationabilem causam videre, secundum quam vtique fiat, hoc non credere facit. Nam *An diuinitus mittantur somnia.* deum quidem esse mittentem, cum alia irrationabilitate, & non optimis & prudentissimis, quibusdam quibuslibet mittere inconueniẽs. Ablata ve- *Columnæ Herculu, Borysthenes.* rò, quæ à Deo, causa, nulla aliarum conuenies esse videtur causa: quandoquidem eorum, qui circa Herculeas columnas, & qui in Borysthene præ-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

præuidere aliquos, supra nostram videatur esse
* ευβουλιαν. † prudentiam inuenire originem horum. Ne-
intelligentiam. captum. cesse igitur somnia vel causas esse, vel signa eo-
* συμπτωμα, ea- rum, quæ fiunt, aut † accidentia, vel omnia, vel
sus. aliqua eorum, vel vnum solum. Dico autem cau-
sam quidem, vt Lunam, defectus Solis, & labo-
rem febris. Signum vero defectus, stellam sub-
intrare aspernitatem vero linguæ, febrientli. Ac-
cidens vero, aliquo ambulante debere solem
neque enim signum deficiendi hoc est, neque
causa, neque defectus ambulandi: ideo acciden-
tium nullum neque semper fit, neque vt plurimum. Sunt ergo somniorum, hæc quidem cau-
sæ, illa autem signa, velut eorum, quæ circa cor-
pus accidunt. Dicunt enim & medicorum ele-
gantes, quòd oportet valde intendere somniis,
Somnia nõ omnino negligenda. Conueniens autem sic existimare & artificibus
quidem, consyderantibus autem aliquid & phi-
losophantibus. Nam qui in die motus, nisi ma-
gni valde fuerint & fortes, latent secus maio-
res, qui in vigilando sunt motus. In dormiendo
autem, contrarium. etenim parui magni videu-
tur esse. Manifestum autem ex iis, quę in somnis
accidunt, frequenter: arbitrantur enim fulgures
cadere ac tonitrua fieri, cum paruus sonus in
auribus sit, & melle, & dulcibus saporibus per-
fusi, minima pituita desluente, & ambulare per
ignem, & calefieri vehementer, cùm paruus ca-
lor circa quasdam partes sit. cùm autem experi-
scuntur, hæc manifesta hoc modo se habere.
Quare quoniam parua omnium principia, ma-
nifestum quòd & ægritudinum & aliarum pas-
sionum, quæ in corporibus debent fieri. Mani-
festum ergo, quòd necessarium hæc in somnis
esse euidentia magis, quàm in vigilãdo. At vero
quædam

quædam quidem, quæ in somnis, phantasmata
causas esse propriorum cuiusque actuum, non
est irrationabile. quemadmodum enim debe-
mus agere, & in actibus existentes, aut operati,
dicta somnia sæpe his cointuemur & agimus:
causa autem quòd præparatus existit motus à
diurnis inchoationibus: sic rursus necessarium
est eos, qui in somno sunt, motus frequenter
principium esse diurnorum actuum, eò quòd
præparata sit retro, & horum cogitatio in phan-
tasmatibus nocturnis. Sic ergo cõtingit somnio-
rum quædam signa & causas esse. Plurima vero
accidentibus assimilantur: maxime autem &
transgredientia omnia, & quorum non est oti-
um in nobis, sed de nauali bello, & de iis, quæ
procul accidunt, sunt. De his enim eodem modo
videtur habere verisimile est, vt quanto alicui me-
minerit de aliquo, contigerit hoc factum esse,
quid enim prohibet & in somnis ita magis au-
tem verisimile multa huiusmodi accidere.
Quemadmodum igitur meminisse de aliquo,
neque signum, neque causa accedendi ipsum,
nec ibi euenisse somnium videnti, neque si-
gnum, neque causa, sed casus. Ideo & multa som
niorum non eueniunt. fortuita enim neque sem
per, neque frequenter fiunt.

Caput Secundum. Somnia non à Deo sed alunde mitti. Cur aliqua eueniant somnia, aliqua vero minime. Cur etiam aliqui sint veri somniantes, & qui. Et qui veri sint somniorum interpretes.

Quino autem quoniam & aliorum animalium somniant quædam, à Deo vtique

missa

missa non erunt somnia, neque facta sunt huius gratia, dæmonia tamen. natura enim dæmonia, non diuina. Signum autem valde enim degenerès homines præuidètes sunt, & recte somniantes, tanquam Deo non mittente. Sed quorumcunque quasi loquax natura est & melancholica, multimodas visiones vident. Eo verò quòd secundum plura & multifaria moueantur, allequuntur: sicut quidam tota contendentes, rapiunt. Nam quemadmodum & dicitur, Si multa iacias, aliàs aliud iacies, & in his hoc accidit.

Adagium.

Quòd autem non eueniunt multa somniorum, nihil inconueniens. Neque enim eorum, quæ in corporibus sunt, signorum, & cæleftium, velut quæ aquarum & quæ ventorum. si enim alius * vehementior isto accidetit motus, à quo futuro factus est, non fit signum. Et multa consulta bene, quæ fieri expediebat, dissoluta sunt, propter alia præstantiora initia. omnino enim non omne fit, quod futurum erat, neque idem, quod erit, & quod futurum est. Verumtamé principia dicendum esse, à quibus non perfecta sunt, & signa nata sunt hæc aliquorum, quæ non facta sunt. De his verò somniis, quæ non huiusmodi habent principia, qualia dicimus, sed remotiones vel temporibus, vel locis, vel magnitudinibus, vel horum quidem nihil, non tamen habentibus in seipsis principia, qui vident somnia, nisi præuisio fiat ab accidente, tale vtique erit magis, quàm vt dicit Democritus simulacra & defluxiones causans. Quemadmodum enim cum quis mouit aquam vel aërem, hoc aliud mouit, & quiescente illo accidit huiusmodi motum prodire vsque ad aliquid, illo, qui mouit, non præsente. sic nihil prohibet motum aliquem

* κρεῖττον.

Multa consulta bene, quæ fieri expediebat dissoluta sunt propter alia præstantiora initia.

Democritus.

aliquem & sensum pertingere ad animas somniantes, à quibus ille simulacra facit & defluxiones, & quocunque fuerint pertingentes, magis sensibiles esse noctu, eò quòd qui in die deturbantur, dissoluuntur. magis enim sine turbatione aër noctis, eò quòd silentiores sint noctes. & in corpore facere sensum propter somnum, eò quòd & paruos motus, qui intrinsecus, sentiamus dormientes magis quàm vigilantes. Hi vero motus phantasmata faciunt, ex quibus præuident futura de huiusmodi. Et ideo accidit raptio hæc quibuslibet, & non prudentissimis. in hoc enim vtique fieret, & sapientibus, si Deus non mitteret. Sic autem verisimile quoslibet præsidere. nam cogitatio horum non est curis affecta, sed tanquam deserta & vacua omnibus, & ipsa secundum mouens ducitur. Et quòd quidam, qui in † excessu mentis præuident, causa † ἐκστατικοί. est, quoniam proprij motus non infestant, sed rei. magè proiiciuntur, extraneos ergo maxime coniiunt Quosdam autem recte somniãtes esse, familiares de familiaribus maxime præuidere accidit, eò quòd familiares maxime pro inuicem soliciti sunt. quemadmodum enim vocal existentes maxime cognoscunt & sentiunt, sic & motus. cognitorum enim notiores sunt motus. Melancholici autem propter ve- *Melancholici, vtrùm imaginationes.* hementiam, quemadmodum iacientes eminus, forte coniectant, & propter permutationem elarescens imaginantur ipsi. Quemadmodum *Pindarides.* etiam Philægidæ poëmata, & furiosi hærentia quasi dicunt & cogitant, veluti Venerem, & sic impulsant ad † primum. Amplius autem pro- † *id quod ante* pter vehementiam non expellitur eorum motus ab alio motu. Artificiosissimus autem est

Somniorũ artificiosſimum interpres quis.

index somniorum, qui potest similitudines inspicere. recta enim somnia iudicare cuiusque est. Dico autem similitudines, quoniam similia accidunt phantasmata eis, quæ in aquis sunt, simulacris, sicut & prius diximus, ibi vero, si multus fiat motus, non similis fit imago, & simulacra vertis. Promptus vero erit imagines iudicare sufficienter, qui potest cito inspicere & sentire dissipata & dissolutа simulacrorum quòd sunt hominis, vel equi, aut cuiuscunque. Et ibi itaque aliquid simile potest somnium. mores enim impedit rectum somnium. Quid igitur est somnus, & somnium, & propter quam causam vtrunque horum fit: amplius autem & de ea, quæ ex somniis est, diuinatione dictum est.†

†a.c.addit *De cõmunitate autem animalũ motu dictum.*

ARIST

ARISTOTELIS STAGIRITÆ, PERIPATETICORVM Principis, de Longitudine & Breuitate vitæ.

Caput Primum. De quo agendum sit. Item animalium, alia longæ, alia breuis esse vitæ.

DE eo autem, quod est hæc quidem esse longæ vitæ animalium, hæc autem breuis vitæ, & de Vitæ omnino longitudine & breuitate consyderandum causas. Principium autem consyderationis necessariò primo, ex eo quod est dubitare de ipsis (non enim est manifestum) vtrum alia, an eadem causa omnibus animalibus & plantis eius, quod est hæc quidem esse longæ vitæ, illa autem breuis. etenim plantarum hæ quidem antiquæ, illæ autem diuturnam habent vitam. Adhuc autem, vtrum eadem, quæ longæ vitæ, & quæ secundum naturam sana natura constantem, an separata sunt, & quod breuis vitæ, & valetudinariam secundum quosdam quidē mortes vicissim mutantur, valetudinaria secundum naturā corpora illa, quæ breuis vitæ, secundum quosdā autē nihil prohibet valetudinarios esse, longæ vitæ existentes. De somno igitur & vigi-

lia dictum est prius. de vita autem & morte dicendum est posterius similiter autem & de motibo & sanitate, quantum attinet ad Naturalem Philosophiam. Nunc autem de causa ejus, quod est hæc quidem esse longæ vitæ, hæc autem brevis vitæ, sicut dictum est prius, considerandum. Sunt autem habentia differentiam hanc, tota ad tota genera, & eorum, quæ sub una specie, alia ad alia. Dico autem secundum genus quidem differre, vt hominem ab equo, longioris enim vitæ genus hominum, quam quod equorum. Secundum speciem autem, hominem ab homine. sunt enim homines, hi quidem longæ vitæ, illi autem brevis vitæ. alteri secundum alterа loca distantes. quæ enim in calidis gentium, longioris vitæ: quæ autem in frigidis, brevioris vitæ. Et eundem quoque locum habentium differunt similiter aliqui hac differentia abinuicem.

Caput Secundum. Quæ rerum facile, difficulterve sint corruptibiles: Dubitationisque solutio, quo pacto ignis corrumpatur, cum ibi contrarium adesse non videatur.

Oportet autem accipere quid facile corruptibile in natura constantibus, & quid ob facile corruptibile. Ignis enim, & aqua, & his cognata, non habentia eandem virtutem, existunt generationis & corruptionis causa sibi-inuicem. quare & quælibet aliorum ex his existentia & constituta participare horum naturam rationabile, quæcunq; non compositione ex multis sunt, vt domus. De aliis igitur alia ratio. sunt enim & proprię corruptionis multis entium, vt sci-

entiæ, sanitati, & ægritudini. hæc enim corrumpuntur, etiam non corruptis susceptiuis, sed saluatis, vt ignorantię quidem corruptio remiscentia, & disciplina: scientiæ autem oblitio, & deceptio. Secundum accidés autem corrumpuntur naturalia aliorum corruptiones. corruptis enim animalibus, corrumpitur & scientia & sanitas, quæ in animalibus. Quapropter & anima ratiocinabitur quis vtique ex his. Si enim est non natura, sed quemadmodum scientia in anima, sic & anima in corpore, erit vtique ipsius & alia corruptio præter corruptionē, qua corrumpitur, corrupto corpore. Quare, quoniam non videtur esse talis, aliter vtique habebit ad corporis communionem. Forte autem vtique alis dubitabit rationabiliter, vtrum est, vbi incorruptibile erit quod corruptibile, vt ignis surgens, vbi non est contrariū. Corrumpuntur enim quæ quidem insunt contrariis secundum accidens, eò quòd illa corrumpuntur, interimuntur autem contraria abinuicem. Secundum accidés autem nullum contrariorum in substantiis corrumpitur, propterea quòd de nullo subiecto præcatur substantia. Quare cui non est contrarium, & vbi non est, impossibile vtique erit corrumpi. Quid enim erit corrumpens, si à contrario quidem corrumpi accidit solis: hoc autem non existit, aut omnino, aut hic? An hoc sic quidem verum est, sic autem non? Impossibile enim materiam habēti non existere aliqualiter contrarium. nam omnino quoque quidem inesse calidum, aut rectum contingit, quodcunque autem esse impossibile aut calidum, aut rectum, aut album. erit enim passiones separatæ. Si igitur, quando simul fuerint actiuum & passibile,

Corruptis animalibus, corrumpuntur & scientia & sanitas, quæ in animalibus

Dubitatio, quomodo ignis corrumpatur, cum ibi contrarium adesse nō videatur.

Solutio.

Impossibile est materiā habenti vt ei non insit quodāmodo & contrarium.

hoc quidem semper agit, hoc autem patitur, impossibile non transmutari. Præterea necesse est excrementum facere. excrementum autem contrarium ex contrario enim semper transmutatio. excrementum autem reliquiæ prioris. Si autem omne expelletur, quod actu contrarium, & hic incorruptibile vtique erit. An non, sed à continente corrumpitur. Si igitur sufficiens ex dictis, sit: sin minus, supponere oportet quòd inest aliquid actu contrarium, & excrementum. Quapropter & minor flamma comburitur à multa secundum accidens, quia alimentum, quod illa in multo tempore consumit fumum, hoc flama multa cito. Quapropter omnia semper in motu sunt, & fiunt aut corrumpûtur. continens autem aut cooperatur, aut contraoperatur. Et propter hoc transposita durabiliora quidem fiunt, & paucioris durationis natura. Æterna autem nusquam, quibuscunque contraria sint. consestim enim materia contrarium habet. Quare si quidem ipsius vbi, secundum locum permutantur: si autem quanti, secundum augmentum & decrementum: si autem passionis, alterantur.

Materia consestim contrarium habet.

Caput Tertium. Non ex multis, quæ videri possint, assumendas esse causas longitudinis & breuitatis vitæ, sed ex aliis, quas vtras esse causas constat: quæ exactissime declarantur, in animalibus scilicet.

SVnt autem neque maxima incorruptibiliora. equus enim homine breuioris vitæ. Neque patua. pleraque enim insectorum annua. Neque plantæ omnino animalibus. annuæ enim quædam plantarum. Neque sanguine prædita. aptè enim durabiliora quibusdam sanguine præditis. Neque

Neque exanguia. mollia enim annua quidem, exanguia autem. Neque quæ in terra. etenim plantæ annuæ sunt, et animalia pedestria. Neque quæ in mari, etenim ibi breuis vitæ & ostreacea, & mollia. Omnino autem quæ longissimæ vitæ, in plantis sunt, vt palma & cupressus, deinde in sanguine præditis animalibus magis, quàm in exanguibus: & in pedestribus, quàm in aquatilibus. Quare & copulatis in sanguine præditis & pedestribus, quæ longissimæ vitæ animalium sunt, vt homo & elephas. Et vtique quæ maiora, vt magna ex parte dicatur minoribus longioris vitæ. etenim & aliis accidit, quæ longioris vitæ sunt, magnitudo, sicut & dictis. Causam autem de his omnibus hinc vtique quis contemplabitur. Oportet enim accipere quòd animal est natura humidum & calidum, & ipsum viuere tale. senectus autem frigida & sicca, & quod mortuum. videtur enim sic. Materia autem corporum existentibus hæc, calidum & frigidum, & siccum & humidum: necesse igitur putrescentia exiccari. Quapropter oportet non facile exiccabile esse humidum. & propter hoc pinguia imputribilia. Causa autem, quia nâtis, aut ad alia ignis. ignis autem non fit pulsus. Neque rursum paucum oportet esse humidum. facile siccabile enim quod paucum. Quapropter & magna & animalia, & plantæ, vt vniuersaliter dicatur, longioris vitæ, quemadmodum dictum est prius: rationabile enim maiora plus habere humidi. Non solum autem propter hoc longioris vitæ. duæ enim causæ, quantum & quale. quare oportet non solum copiam esse humidi, sed hoc & calidum, vt neque facile gelabile, neque facile exiccabile sit.

Pinguia non putrescere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare homines diutius uiuunt quibusdam animalibus uiuat.

Et propter hoc homines longæ vitæ magis quibusdam maioribus. longioris enim vitæ sunt, quæ deficiunt copia humidi, si pluri ratione excedant secundū quale, quam deficiant secūdum quantū. Est autem aliquibus quidē calidum pingue: quod simul facit nō facile siccabile, & non facile infrigidabile. quædā autem aliū habent humoré. Item oportet iuturū esse nō leuiter corruptibile, nō excrementitiū esse. interimitur enim quod tale, aut morbo, aut natura. contrária enim est excrementi virtus, & corruptiua, hæc quidem naturæ, illa autē particulæ. Quapropter salacia, & multi seminis senescunt cito. semen enim excrementū, & amplius exiccat emissum.

Propter quid salacia cito senescunt.

Et propter hoc mulus est longioris vitæ equo & asino, ex quibus genitus est: & fœminæ maribus, si salaces sint mares. Quapropter & passeres masculi breuioris vitæ fœminis. Adhuc autem & quicunq; laboriosi masculorū propter laborem senescunt magis. exiccat enim labor. senectus autem sicca est. Natura autem, & vt in vniuersum dicam, mares fœminis longioris vitæ. Causa autē, quia calidius animal mas est quàm fœmina. Eadem autem in calidis longioris vitæ sunt quàm in frigidis locis, propter eádem causam, propter quam quidē & maiora, & maxime notabilis magnitudo animaliū frigidorum secundum naturā. Quapropter & serpentes, & lacertæ, & squamosa magna sunt in calidis locis, & in Rubro mari ostreacea, augméti enim calida humiditas causa, & vitæ. In frigidis autē locis magis aqueum est humidū, quod in animalibus est. quapropter facile gelabile. Quare hæc quidem nō fiunt omnino animalium, quæ pauci sanguinis, aut exangula in iis, quæ ad vitam,

Mares fœminis sunt diuturnioris vitæ.

locis, neq; pedestria in terra, neque aquatilia in marinis: hæc autem fiunt quidem, minora autem & breuioris vitæ. aufert enim gelatio augmentum. Alimentum autem non sumentia & animalia & plantæ corrumpuntur. consumit enim ipsum seipsum. quemadmodum enim multa flamma comburit, & corrumpit paucam, eo quòd alimentum consumat, sic naturale calidum primum concoctiuum consumit materiam, in qua est. Aquatilia autem grestibilibus minus longæ vitæ, nō quia humida simpliciter, sed quia aquosa. tale autem humidū facile corruptibile, quia frigidum & gelabile de facili. Et exangue, propter idem, nisi magnitudine recompenseturne. que enim pinguedinem habet, neque dulce. in animali enim quod pingue, dulce. Quapropter apes longioris vitæ sunt aliis maioribus animalibus.

Aquatilia pedestribus minus vinacia.

Caput Quartum. Quæ sint causa longitudinis & breuitatis vitæ in ipsis plantis.

IN plantis autem sunt, quæ longissimæ vitæ: & magis, quā in animalibus. Primū quidē, quia aquosæ minus. quare nō facile cōgelabiles. Deinde habēt pinguedinem & viscositatē, & siccæ & terrestres existentes, tamen non habent facile siccabile humidū. de hoc autē, quod est naturam arborū esse durabilē, oportet accipere causam. habet enim propriā ad animalia, præterquā ad insecta. Nouæ enim semper plantæ fiunt. quapropter diuturnæ. semper enim altera germina, quæ autem senescūt. & radices similiter, sed non simul, sed aliquando quidē solus stipes, & rami pereunt, alteri autem adnati sunt. Cùm autem fuerint radices, alię ex existente generantur. & sic semper permanet. hoc quidem corruptum,

illud autem factum. quapropter lógæ vitæ. Assimilantur autem plantæ insectis, sicut dictum est prius. diuisæ enim viuunt: & duæ, & multæ fiunt ex vna. Insecta autem vsq; ad ipsum viuere pertenerunt, multo autem non possunt tempore. non enim habent instrumẽta, neq; facere potest ipsa principiũ, quod in vnoquoq;. Quod autem in planta, potest. vbiq; enim habet radicẽ & germen potentia. Quapropter ab hoc sempet prouenit, hoc quidem muouum, illud autẽ senescens, modico aliquo differentia in eo quod est esse longæ vitæ, sic, quemadmodũ quæ asplantãtur. etenim in asplantatione modo aliquo dicet vti quæ aliquis eadẽ accidere. particula enim quædam quod asplantatur. In asplantatione igitur separatis accidit hoc, ibi autem per cõtinuum. Causa autem, quia inest vbiq; principium, potentia existens. Accidit autem idem in animalibus & plantis. In animalibus enim longioris vitæ mares vt in pluribus. horum autem superiora maiora quàm infetiora. magis enim manifotmis mas, quàm fœmina.in superiori autẽ calidum, & frigidum in infetiori. Et plantarum quæ capite graues, longioris vitæ. tales autem, quæ non sunt annuæ, sed arboroſæ. superius enim plantæ, & caput radix est. annuæ autem ad infetius & fructum accipiunt, & augmentum. Sed de hoc quidem secundum se in iis, quæ de Plantis, determinabitur, nũc autem de aliis animalibus dicta est causa de magnitudine vitæ, & de vitæ breuitate. Reliquum autem nobis consyderare de iuuentute & senectute, & vita & morte. his enim determinatis finem vtique habebit, quæ de animalibus methodus.

Propter quid insecta decisa parum viuunt, plante autẽ sic multo tempore vtrẽque possunt.

ARIST

ARISTOTELIS STAGIRITAE, PERIPATETICORVM Principis de Iuuẽtute & Senectute, Vita & Morte, & Respiratione.

*

Caput Primum. Viuentium omnium vnam, eandẽmque numero esse partem, qua viuunt, ipso vero esse plures, & diuersas: eamque in medio esse.

DE Iuuentute autem & Senectute, & Vita & Morte nunc dicendum: simul autem & de Respiratione necessarium forte causas dicere. quibusdam enim animalium propter hoc accidit viuere, & non viuere. Quoniam autem de anima in aliis determinatum est, & manifestum est quòd non est possibile substantiam ipsius esse corpus, sed tamen quòd in aliqua existit corporis particula, manifestum, & in hac aliqua habentium virtutem in particulis. Aliæ igitur animæ aut partes aut virtutes, qualitercunque oporteat vocare, dimittantur nunc. Quæcunque autem animalia dicũtur & viue-

† 1. Qua.

re, in

Universidad de Deusto
Biblioteca

re,in his quidem quæ adepta sunt vtraque hæc (dico autem vtraque, & quod est esse animal,& quod viuere) necesse est eandem esse & vnam particulam,secundum quam viuit, & secudum quam appellamus ipsum animal. Animal enim secundum quòd animal,impossibile est non viuere:secundù quòd autem viuit, sic animal existere non necessarium. plantæ enim viuunt quidem,non habẽt autem sensum. per sentire autẽ animal à non animali differimamus. Numero igitur necessarium est vnam esse & eandẽ hanc particulam, ipso esse autem plures & diuersas. non enim idem animal esse,& viuere. Quoniã igitur propriorum † sensoriũ vnum aliquod cõmune est sensorium,in quod eos qui secũdum actum sensus necessariũ †obuiare:hoc autẽ vtique erit medium eius quod anterius vocatur, & eius quod posterius (anterius enim dicitur, in quo est nobis sensus: posterius autẽ oppositum) adhuc autem diuiso corpore,viuentium omniũ superius & inferius (omnia enim habent superius & inferius quare & plantæ) palam est quòd nutritiuum principiũ habebunt vtrinq; in medio horum. particulã enim secundũ quam ingreditur alimentũ superius vocamus,ad ipsam respicientes,sed non ad ambiens totũ.deorsum autem, secundum quam excrementũ demittunt primo. Habet autem'cõtrarie in plantis hoc, & animalibus. Homini enim propter rectitudinẽ maxime ineſt hoc animaliũ habere quæ sursum particulam ad eam, quæ totius sursum,aliis autem intermedie. Plantis autẽ immobilibus existentibus,& accipientibus ex terra alimentũ,necessarium semper deorsum hanc habere particulam. proportionales enim sunt radices plantis, & quo

Sensorium commune.
† sensorium.
† obuenire

quod vocatur os,animalibus: per quod alimentum illæ quidem ex terra accipiunt, hæc autem ex seipsis. Tribus autem existẽtibus partibus,in quas diuiduntur omnia perfecta animaliũ vna quidem,qua suscipiunt alimentum:vna autem, qua excrementũ emittunt:tertia autem horum media:hæc in maximis animalibus vocatur pectus, in aliis autem proportionaliter. dearticulata autem est magis aliis quàm aliis. Quæcunq; autem ipsorum sunt gradientia adiunctas habent & particulas, quæ ad hanc administrationem, quibus totam ferant * molem, crura & pedes,& habentia eandem his virtutem. sed principium quidem nutritiuæ animæ in medio trium particularum secundum sensum esse videtur, & secundum rationem. Multa enim animalia,ablatis vtrisque particulis, & ea,quæ vocatur caput, & susceptiua alimenti, viuunt, cum qua vtique fuerit medium. Palam autem in insectis, vt vespis, & apibus hoc accidere. Et multa quoque non insectorum diuisa possunt viuere, propter nutritiuam. Talem autem particulam actu quidem habẽt vnam, virtute autem plures. eodem enim modo plantis cõstituta sunt. etenim plantæ diuisæ viuunt separatim, & fiunt multæ arbores ab vno principio. Propter quam autem caulam plantarum hæ quidem non possunt diuisæ viuere, hæ autem asplantantur, alter erit sermo. sed similiter se habent secundum hoc & plantę,& genus insectorũ Necesse autem & nutritiuam animã actu quidem in habentibus esse vnam, virtute autem plures. Similiter autem & sensitiuum principiũ videtur enim habere sensum diuisa ipsorũ. Sed vt seruetur natura, plantæ quidem possunt,hæc autem nõ possunt:quia nõ habent

* ψ7791. *alucam.*

Multa animalia adẽpta capite, & alimenti susceptiua particula, viuere.

habent instrumenta ad salutem, & quia indigesta sunt hæc quidē capientis, hæc autem sustinentis alimentum, hæc autē & aliorum & horum amborum. assimilantur enim talia animalium multis animalibus, quæ simul coaluerint. Optime autem constituta animalia hoc nō patiuntur, propterea quòd natura ipsorū, vt possibile est, maxime vna est. Qua propter & paruum sensum quædā faciunt diuisæ particularū, quia habent aliquā animalē passionē. separatis enim viscetibus faciunt motū: vt & testudines, corde ablato. Adhuc autē in plantis palā, & animalibus. In plantis quidē eam, quæ ex seminibus generationē considerātibus, & insitiones, & asplātationes. Ex seminibus enim generatio accidit omnibus ex medio. biualuiis enim existētibus omnibus quā coaluerunt, continetur, & medium est vtriusque particularum: hinc enim ramusculus oritur, & radix nascētiū. principiū autem medium horū est. In insitionibus autē & asplātationibus hoc maxime accidit circa nodos. est enim principium quoddam nodus rami, simul autē & medium. Quare aut hoc auferunt, aut in hoc inserunt, vt aut ramus, aut radices ex hoc generentur, tāquam existente principio ex medio germinis & radicis.

Caput Secundum. Cor in animalibus primo fieri, principiumque esse sensitiuæ, nutritiuæ & augmentatiuæ virtutis: ac in eo ipsorum tutam conseruari.

ET animalium sanguine præditorum cor fit primo. hoc autē palam ex iis quæ in cōtingētibus videre, cum adhuc fierēt, contēplati sumus. quare & in exanguibus necessariū proportionale cordi fieri primo. Cor autem quòd est

venarum principiū, in iis quæ de partibus animalium, dictū est prius, & quòd sanguis in sanguine præditis est vltimū alimentū, ex quo fiūt particulæ. Manifestum igitur quòd vnam quandam operationē oris vīrtus ministrat, alteram autē ea quæ ventris circa alimētum, cor autem principalissimū, & finē imponit. Quare necesse est & sensitiuæ, & nutritiuæ animæ in corde principium esse sanguine præditis. nam aliarū particularum opera circa alimentum huius operis gratia sunt. Oportet enim principale ad id, cuius gratia desinere, sed non in iis, quæ huius gratia, vt Medicus ad sanitatem. At verò quòd principale sensuum in hoc in sanguinem habentibus omnibus. in hoc enim necessarium esse omnium sensoriorum cōmune sensorium. Duos autem manifeste huc tendentes videmus tactum & tactum. quare & alios necessarium. in hoc enim & aliis sensoriis contingit fieri motum, hæc autem nihil tendunt ad eum, qui sursum locum. Sine his autem, si viuere in hac particula omnibus est, palam quòd & sensitiuum principium necessarium. quā enim animal, hāc & viuere dicimus. quā autem sensitiuum, hāc corpus animal esse dicimus. Propter quid autem hi quidem sensuum manifeste tendunt ad cor, illi autem sunt in capite (quapropter & videtur quibusdā sentire animalia propter cerebrum) causa in aliis dicta est seorsum. Per ea igitur quæ apparent palam ex dictis, quòd in hac & in medio corporis trium partium, sensitiuæ animæ principium est, & augmentariuæ & nutritiuæ. Per rationem autem, quia naturam videmus in omnibus ex possibilibus faciente optimum. in medio autem substā-

Idem 2. Caelo 42. & 2. Phys. 56.

tiæ

tiæ principio existente vtroq;, maxime perficit vtraque particularum suum opus: & conficiens vltimũ alimentum, & suscipiens. penes vtrunq; enim ipsorum sic erit, & est talis medij regio, cegio principis. Præterea vtés, & quo vtitur, oportet differre. vt autem potestate, ita etiam contingat modo, quemadmodum fistulæ, & mouens fistulas manus. Si igitur animal determinatum est, eò quòd habet sensitiuam animam, sanguineis quidem necessarium in corde hoc habere principium, exanguibus autem in proportionali particula. Omnes autem particulæ, & totum corpus animalium habent quandam caliditatem naturalem. quapropter viuentia quidem videntur calida: morientia autem & priuata vita, contrarium. Necessarium autem esse caliditatis huius principium in corde sanguinem habentibus, exanguibus autem in proportionali. conficiunt enim, & concoquunt naturali calido alimentum omnia, maxime autem quòd principalissimum. Quapropter aliis quidem partibus infrigidatis remanet vita eò autem qui in hoc, corrũpitur omnino. quia hinc principiũ omnibus dependet caliditatis, & anima, tanquam ignita in his particulis, exanguium quidem in proportionali, in corde autem sanguine præditorum. Necesse est igitur simul vitam existere & calidi huius conseruationem, & vocatam mortem esse huius corruptionem.

Mortis causa animalibus quæ.

Caput tertium. Ignem à duabus corrumpi causis, naturalimque etiam calorem: & ideo calorem refrigeratione quadam conseruari.

AT verò ignis duas videmus corruptiones, marcoté, & extinctioné. Vocamus autem eam

eam quidem quæ à seipso, marcorem, eam autem quæ à contrariis extinctionem. illam quidem senectutem, hanc autem violentiam. Accidit autem ambas propter idem fieri corruptiones. deficiente enim alimento, non potente calido accipere alimentum, corruptio fit ignis. contrarium enim, cessare facienti concoctionem, prohibet nutriri. Quandoq; autẽ marcescere accidit, cùm ampliot congregatur calor, propterea quòd non respirat neq; infrigidatur. citò enim & sic consumit alimentum, cùm multus congregatur calor, & præuenit consumere, antequàm adsit exhalatio. Quapropter non solum marcescit minor secus maiorem ignem, sed & ipsa per se lucernæ flamma, impositi in maiori flamma comburitur, sicut quodcunque aliud vestibilium. Causa autem, quia alimentum quidem existens in flamma præoccupat prehendere maior flamma prius quàm aduenias alterum. Ignis autem perseuerat semper fiens & fluens, sicut fluuius sed latet propter velocitatem. Palam igitur quòd, si quidem oportet seruari caliduam, hoc autem necessarium si vi durum sit, oportet fieri eius quòd in principio calidi quandam refrigerationem. Exemplum autem huius accipere est, quod accidit in suffocaris carbonibus: si enim cooperti continue fuerint eo, quod vocatur suffocatorium, extinguuntur citò: auferem per vices: quis faciat frequẽter ablationem & impositionem, manent igniti multo tempore. Occultatio autem seruat ignem. neque enim respirare prohibetur propter tatitatem cineris, & obstat ei qui in circuitu aëri, ne extinguatur, copia existentis in seipso caliditatis. Sed de causa quidem hac, quòd contrarium accidit occul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tato & suffocato igni (hic enim marcescit, ille autem permanet pluri tempore) dictum est & in problematibus. Quoniam autem omne viuens habet animam, ipsum autem non existit sine naturali caliditate, sicut diximus, plantis quidem per alimentum & continens sufficiens fit auxilium ad naturalis calidi conseruationem. Etenim alimentum facit refrigerationem, ingrediens, sicut & hominibus qui primum escam sumpserunt. Ieiunia autem calefaciunt, & sitim faciunt. immotus enim existens aër semper calefit. alimento autem ingrediente refrigeratur motus, donec vtique assumpserit concoctionem. Si autem aut continens excedat frigiditate, propter anni tempus cùm sit forte gelu, exiccantur aut si æstate fortes accidunt æstus, & non possit quod trahitur ex terra humidum refrigerare, corrumpitur marcescens calidum, & dicuntur sphacelissimum pati, & syderatæ fieri arbores his temporibus. Quapropter & genera quædam lapidum radicibus subdunt, & aquam in vasis, vt radices infrigidentur plantarum. Animalium autem quoniam hæc quidem sunt aquatilia, hæc autem in aëre degunt, ex his & per hæc acquirunt refrigerationem, illa quidem aqua, hęc autem aëre. Quo autem modo & qualiter, dicendum, sermonem diligenter instituentibus.

Alimenta refrigerare ieiunia calefacere.

Caput Quartum. Veterum de Respiratione opiniones examinandas esse. Respirationis autem varietatem pulmonis insigni differentiæ.

DE Respiratione enim pauci quidem aliqui priorum Naturalium dixerunt, cuius tamen

men gratia existit animalibus, hi quidem nihil enuntiauerunt, hi autem dixerunt quidem, non bene autem dixerunt, sed inexperte eorum, quæ accidunt. Præterea omnia animalia aiunt respirare. hoc autem non est verum. Quare necessarium de his primo aggredi, ne videamur absentes inaniter accusare. Quòd igitur quæcunque animalium habent pulmonem, respirant omnia, manifestum. Sed & horum ipsorum quæcunque quidem exanguem habẽt pulmonem & laxum, minus indigent respiratione. quapropter multo tempore possunt permanere, iuxta corporis robur. Pulmonem autem laxum habent omnia ouipara, vt ranarum genus. Præterea † mures amnici atque testudines multo tempore manent in humidis. pulmo enim mo- dicam habet caliditatem. pauci enim sanguinis habent ipsum. Inflatus igitur ipse motu refrigerat, & facit permanere multo tempore. si tamen cogat quis valde detinens longo tempore, suffocantur omnia. nullum enim talium suscipit aquam, sicut pisces. Habentia autem pulmonem refertum sanguine, omnia magis indigent respiratione, propter copiam caliditatis. Aliorum autem, quæcunque non habent pulmonem, nullum respirat.

Omnia animalia pulmonem habẽtia respirant.

† *Lutaria testudines, atq; terrestres.*

Caput Quintum. In quadam re damnato Democrito, Anaxagora, ac Diogenis de piscium Respiratione confutantur opiniones.

DEmocritus igitur Abderita, & quidam alij, qui de respiratione dixerunt, nihil de aliis determinauerunt animalibus. visi sunt tamen dicere quasi omnibus respirantibus. Anaxagoras autem, & Diogenes omnia dicentes respi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rare, de piscibus & ostreis dicunt quomodo respirant. Et ait Anaxagoras quidem, cùm emittunt aquam per branchias, eum, qui in ore habet aërem trahentes, respirare pisces. non enim esse vacuum vllum. Diogenes autem, cùm emittunt aquam per branchias ex circunstante circa os aqua, trahere vacuo quod in ore aërem, tanquã inexistente in aqua aëre. Hæc autem sunt impossibilia. Primo enim dimidium rei auferunt, propterea quòd dicunt commune in altero solo: respiratio enim vocatur. huius autem hoc quidem inspiratio est, illud autem expiratio. de qua nihil dicunt quomodo expirant talia animalium. Neque cõtingit ipsis dicere. cùm enim respirauerint, hac, qua respirauerunt, iterum oportet expirare, & hoc semper vicissim facere. Quare accidit simul suscipere aquam per os, & expirare aërem: necesse autem obuiantia impedire alterum alterum. Deinde, cùm emittunt aquam, tunc expirant per ora aut per branchias. quare accidit simul & expirare & respirare. tunc enim aiunt ipsum respirare. simul autem respirare & expirare impossibile. Quare si necesse respirantia expirare & inspirare, expirare autem non contingit vllum ipsorum, palam est quòd neque respirare ipsorum vllum. Præterea, dicere aërem: trahere ex ore, aut ex aqua per os, impossibile. non enim habent arteriam. propterea quòd pulmonem non habent, sed stationem ventri penes os est. quare necessarium ventre trahere. Hoc autem & alia vtique facerent animalia. nunc autem non faciunt. & si illa extra humidum essent, manifeste vtique hoc facerent. videntur autem non facere hoc. Præterea omnibus respirantibus & trahentibus spiritum videmus

Anaxagoras opinio.

Diogenis.

Reprobatio.

demus quendam motum fieri particulæ trahentis, in piscibus autem non accidit. nihil enim videntur mouere eorum quæ circa ventrem, nisi branchias solum, & in humido, & in siccum incidentes cùm palpitant. Præterea, cùm moriuntur suffocata in humidis omnia respirantia, fiunt ampullæ, spiritu exeunte violenter: vt si quis cogat testudines, aut ranas, aut aliquod aliud talium genetum. in piscibus autem non accidit, experientibus omnem modum, tanquàm non habentibus spiritum deforis vllum. Quo autem modo dicunt fieri respirationem ipsis, contingit & hominibus existentibus in humido accidere. Si enim pisces trahunt ex ea, quæ in circuitu oris aqua, propter quid hoc non vtique facerent & homines & alia animalia? & eum, qui ex ore vtique traherent similiter piscibus. Quare si quidem & illa essent possibilia, & hæc essent: quoniam autem non sunt, palam quòd neque in illis est. Ad hæc autem, propter quam causam in aëre moriuntur, & videntur palpitare sicut quæ suffocantur, si quidem respirant non enim vtique alimenti indigentia hoc patiuntur. Quam autem dicit Diogenes causam, insulsa. air enim quòd aërem multum valde trahunt in aëre, in aqua autem moderatum, & propter hoc mori. Etenim in pedestribus oportebat possibile esse hoc accidere. nunc autem nullum, eo quòd valde respiret, suffocatur pedestre animal. Præterea, si omnia respirant, palam quòd & insecta animalium respirant. videntur autem ipsorum multa decisa viuere, non solum in duas partes, sed & in plures, vt quæ vocantur † scolopendræ, quæ qualiter, aut in quonam contingit respirare? Causa autem maxime

Diogenis causa.

† scolopendra.

non dicendi bene de ipsis, quòd inexperti erant earum, quæ intus partium, & non accipiebant gratia alicuius naturam omnia facere. quærentes enim cuius gratia respiratio animalibus existit, & in particulis hoc inspicientes, vt in branchiis & pulmone, inuenissent vtique citius causam.

Caput Sextum. Democriti de Respiratione opinio, ac ipsius impugnatio.

DEmocritus autem quòd quidem ex respiratione accidit aliquid respirantibus dicit inquiens prohibere extrudi animam, non tamen vt huius quidem gratia fecisse hoc naturam quicquam dicit. omnino enim sicut & alij Naturales, & iste nihil tangit talis causæ. Dicit autem quòd anima & calidum hæ primæ figuræ sphæricarum. Segregatis igitur ipsis à continente extrudente, auxilium fieri, respirationem inquit. in aëre enim multum numerum esse talium, quæ vocat ille intellectum & animam. Respirante igitur, & ingrediente aëre, coingredientia & prohibentia extrusionem, prohibere In animalibus existentem animam exire. Et propter hoc in respirando & expirando esse viuere & mori. cùm enim præualuerit continens comprimens, & non amplius desoris ingrediens potest prohibere, non potente respirare, tunc accidere mortem animalibus. esse enim mortem talium figuratum ex corpore exitum ex continentis expressione. Causam autem, quare omnibus quidem necessarium mori, non tamen quando contigit, sed secundum naturam quidem senectute, violentia autem præter naturam, nihil declarauit. quamuis oportebat, quoniam

niam aliquando quidem videtur hoc fieri, aliquando autem non videtur, vtrum eadem causa extrinsecus est, an intus. Non dicit autē neque de principio respirandi quæ causa, vtrum intrinsecus, an extrinsecus. neque enim qui foris intellectus seruat auxilium, sed intrinsecus principium respirationis fit & motus, non vt inferente vim ipso continente. Inconueniens autē, & simul continens comprimere, & ingrediens dilatare. Quæ igitur dixit & quomodo, ferè hæc sunt. Si autem oportet putare vera esse prius dicta, & non omnia animalia respirare, non de omni morte causam putandum dictam esse hāc, sed solum in respirantibus. Quinimo neque in his bene. Palam autem ex his quæ accidunt, & talibus, quorum habemus omnes experientiam. In æstibus enim cùm calesimus magis, & respiratione magis indigemus, & crebrius respiramus omnes. cùm autem quod in circuitu sit frigidum, & constringat & compingat corpus, detinere accidit spiritum. quamuis tunc oportebat desoris ingredientem prohibere compressionem. Nunc autem fit contrarium. Quando enim multum valde congregarum fuerit calidum, non expirantibus, tunc indigent respiratione, necessarium autem inspirantes respirare. Æstuantes autem frequenter respirant, tanquam refrigerationis gratia respirantes, quādo quod dicitur facit, ignis ad ignem. *Adagiū.*

Caput Septimum. Platonis de Respiratione decretum, & ipsius improbatio.

IN Timæo autem scripta circumpulsio, de aliis animalibus nihil determinauit quo modo ipsis calidi fit salus, vtrum eodem, an pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pter aliam aliquam causam. Si enim solis pedestribus quod respirationis existit, dicēdum causam, quare solis. si autem & aliis, modus autem alius, & de hoc determinandum, siquidem possibile respirare omnibus. Præterea & fictitius modus causæ, exeunte enim extra calido per os, ambientem pulsum aërem, qui fertur incidens in eundem locum ait per raras existentes carnes, vnde internum exierat calidum. propterea quòd nihil est vacuum, circumobsistentibus inuicem. calefactum autem iterum exire secundum eundem locum, & circumpellere introrsum per os aërem excidentem calidum, & hoc vtique perseuerare semper facientes, respirantes & expirantes. Accidit autem sic putantibus prius expirationem fieri quàm inspirationem. Signum autem. fiunt enim adinuicem hæc vicissim. morientes autem expirant. quare necessarium esse principiū inspirationem. Præterea cuius gratia hæc existunt animalibus, dico autem respirare & expirare, nihil dixerunt hoc modo dicentes, sed velut de † accidente aliquo enuntiant solumquòd uis principalia hæc videamus viuendi & moriendi. cùm enim respirare non possunt, tunc accidit corruptionem fieri respirantibus. Insuper inconueniens calidi quidem per os exitum & iterum ingressum non latere nos, in pectus autem spiritus ingressum & iterū calefacti exitum latere. Inconueniens autem & calidi respirationem introitum esse. apparet enim contrarium. quod enim expiratur, esse calidum: quod autem inspiratur, frigidum. Quando autem calidum fuerit, anhelantes respirant. quia enim non refrigerat sufficienter ingrediens, sæpe accidit spiritum trahere.

† casu.

Caput

Caput Octauum. Respirationem nō alimenti causā fieri, contra nonnullos.

AT vero neque alimenti gratia existimandū fieri respirationem, tanquàm quòd alatur spiritu internus ignis. & respirante quidem tanquam super ignem succensum fomitem adiici, sicco autem igne fieri expirationem. Hæc enim audiemus iterum & ad hunc sermonem, quæ quidem & ad priores. etenim in aliis animalibus oportebat hoc accidere, aut proportionale huic. omnia enim habent caliditatem vitalem. Deinde & fieri calidum ex spiritu, quo oportet modo dicere, fictitium. magis enim ex alimento, hoc fieri videmus. accidit autem per hoc suscipere alimentum, & excrementum emittere. hoc autem in aliis non videmus fieri.

Caput Nonum. Empedoclis de Respiratione sententia, & ipsius redargutio.

DIcit autē de Respiratione & Empedocles, non tamē cuius gratia, neque de omnibus animalibus quicquam ficit manifestum, siue respirant, siue non. & de ea, quæ per nares respiratione dicens, putat & de præcipua dicere respiratione. Est autem & per arteriam expectoribus respiratio, & quæ per nares. ipsis autem pectoribus sine illa non est respirare. & ea quidem, quæ per nares fit, respiratione priuata animalia, nihil patiuntur ea autem, quæ per arteriam, moriuntur. vtitur enim natura præter propositum ea, quæ per nares respiratione ad odoratum quibusdam animalium. Quapropter odoratu nec participant omnia animalia: est autem non

Spirationis modus quis

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnibus idem instrumétum. Dictum est autem de ipsis in aliis planius. Fieri autem ait respirationem & expirationem, propterea quòd venæ quædam sunt, in quibus est quidem sanguis, non tamen plenæ sunt sanguine. habent autem meatus in eum qui extra aërem, partibus quidem corporis minores, his autem quæ aëris, maiores. quapropter sanguine moueri sursum & deorsum nato, deorsum quidé cùm fertur influere aërem, & fieri respirationem, sursum autem procedente excidere foris, & fieri expirationem assimilans quod accidit ipsis clepsydris.

Sic autem respirant omnia, & expirant. Omnibus primata sanguine
Carnium fistula extremum per corpus tensa sunt:
Et ipsis eribus crebrù perforata sunt sulcis,
Narium vltima summitates per totum: vt limpidum quidem,
Occultent, atheri autem facile iter hinùc diuisum fit.
Hinc postea cùm irruerit tener sanguis,
Æther resonans descendet flustu vehementi.
Cùm autem resilit, iterum respirat. Ceu cum puella
Clepsydris ludens bene deducti aeris,
Cùm quidem fistula transitum formosa obtinens manu,
In aqua tingat tenerum corpus argentea:
Neque in vas adhuc imber ingreditur, sed prohibet ipsum
Aëris moles intro cadens ad foramina fissa,
Donec detexerit crebrum fluxum: sed postea
Spiritu deficiente ingreditur pulchra aqua.
Eodem quoque modo cùm aqua quidem accepit profunda aëris,
Transitu obstructo humana manu, siue meatu,
Æther extrinsecus intrò irruens imbrem arcet

Circa portas isthmi resonantis, extrema obtinens,
Donec manu remittat, tunc autem iterum contrà quàm prius
Spiritu ingruente subefflunt aqua munda.
Similiter tener sanguis, perturbans per vias,
Cùm quidem retrocedens irruerit ad intimum,
Alter illico fluxus descendit, flustu prorumpens:
Cùm autem resilit, rursus expirat aquale retro.

Dicit igitur hæc de respiratione. Respirant autem, quemadmodum diximus, manifestè respirantia per arteriam, per os simul & per nares. Quare si quidem de hac respiratione dicit, necessarium est quærere quomodo congruit dicta ratio causæ. videtur enim contrarium accidere. Eleuantes enim locum, quemadmodum folles in xtariis, respirant, attollere autem calidum rationabile, habere quoque sanguinem calidi locum, comprimentes autem & constringentes, quemadmodum ibi folles, expirant. Verùmtamen ibi quidem non per idem suscipiunt aërem, & iterum emittunt, respirantes autem secundum idem. Si autem de ea, quæ per nares, dicit sola, plurimum aberrauit. non enim est respiratio narium propria, sed per canalem, qui circa guttur, qua extremum palati in ore comperforatis nasibus procedit hoc quidem ipsius spiritus hac, hoc autem per os, exiens similiter, & ingrediens. Ab aliis igitur dicta de respiratione tales & tantas habent difficultates.

Respiratio non est per nares.

Caput Decimum. Cunctis animalibus refrigerationem necessariam esse ad eorum salutem.

QVoniam autem dictū est prius, quòd ipsum viuere & animæ habitus cum caliditate quadam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quadam est (nam concoctio, per quam alimentum fit animalibus. neq; sine anima, neque sine caliditate est. igne enim operantur omnia) propter quod quidem in quo primo loco corporis, & in qua prima loci huius parte principium necessarium est esse tale, hic & primam nutritiuã animam necessarium est existere. Iste autem est medius locus suscipientis alimentum, & per quẽ emittunt excrementum. Exanguibus igitur innominata, sanguineis autem cor hæc particula est. alimentũ enim, ex quo tam fiunt partes animalibus, sanguinis natura est, sanguinis autẽ & venarum idem principium esse necessarium. alterius enim gratia alterũ est, vt vas & suscipiens. Principium autem venarum sanguineis cor. nõ enim per hoc, sed ex hoc pendent omnes, palam autem hoc nobis ex dissectionibus. Alias igitur virtutes animæ impossibile existere sine nutritiua, propter quam autẽ causam dictum est prius in iis quæ de Anima. Hanc autem sine naturali igne. in hoc enim natura igniuit ipsam. Corruptio autem ignis, quemadmodũ dictũ est prius, extinctio & marcor. Extinctio quidẽ, quæ à contrariis: quapropter, & simul vniuersus à continentis frigiditate, & celerius adhuc extinguitur diuulsus. Hæc igitur corruptio violenta, similiter in inanimatis & animatis est. etenim instrumentis cùm diuiditur animal, & concrescit propter frigoris exuperantiam, moriuntur. Marcor autem propter copiam caliditatis. Etenim si excedat quod circum est calidum, & alimentum non accipiat, corrumpitur quod ignitur, non frigescens, sed marcescens. Quare necesse est fieri refrigerationem, si debet salutem adipisci. hoc enim auxiliatur ad hanc corruptionem.

Venarum principium cor.

Caput

Caput Undecimum. Quo in loco, & per quas vias refrigeratio in diuersorum generum animalibus fiat.

QVoniam autem animalium hæc quidem aquatilia sunt, hæc autẽ in terra faciunt conuersationem, horum paruis quidem omnino & exanguibus facta ex continente, aut aqua aut aëre infrigidatio sufficiens est ad auxilium corruptionis huius. modicum enim habentia calorem modico indigent auxilio. Quapropter & breuis vitæ ferè omnia talia sunt. ad ambo enim modicam sortiuntur propensionem.

Quæcunque autem longioris vitæ insectorum (exanguia enim sunt omnia insecta) his sub septo transuerso dissectum est, vt per subtiliorem existentem membranam refrigerentur. magis enim existentia calida ampliori indigent refrigeratione, vt apes. apum enim quædam viuunt etiam septem annis, & alia quoque, quæcunque bombum edunt, vt vespæ, & scarabæi, & cicadæ: etenim sonum faciunt spiritu, velut anhelantia. cum enim in ipso septo transuerso innatus spiritus attollitur & considet, accidit ad membranam fieri attritionem. mouent enim locũ hunc, quemadmodum respirantia deforis pulmone, & pisces branchiis. Simile enim accidit, atque si quis aliqua respirantium suffocet, vt detinens. etenim hæc facient pulmone eleuationem hãc, sed his quidem non sufficientem facit talis motus refrigerationem, illis autem sufficientem. Et attritione ad membranam faciunt bombum, quemadmodum diximus, qualem per arundines perforatas pueri, quando super ponunt membranam tenuem, propter hoc enim cicadarum

Apũ aetas longissima.

Cicadarũ stridor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

darum canentes canunt. calidiores enim sunt, & dissectum est ipsis sub septo transuerso, non canentibus autem hoc est non scissum. Et sanguine etiam præditorum, & pulmonem habentium, pauci autem sanguinis habentium & laxum, quædam horum multo tempore possunt irrespirantes viuere: quia pulmo eleuationem habet multam, paucum habens sanguinem & humidum: proprius enim motus ad multũ tempus sufficit refrigerans, tandem autem non possunt, sed suffocantur non respirantia, quemadmodum dictum est & prius. marcoris enim, quæ quia non refrigeraretur corruptio, vocatur suffocatio: & quæ sic corrumpuntur, suffocari dicimus. Quòd autem non respirant insecta animalium, dictum quidem est & prius, manifestũ autem est & in paruis animalibus, vt muscis & apibus. in humidis enim multo tempore supernatant, nisi valde sit frigidum, aut calidum, quamuis modicam habentia virtutem, crebrius exigunt respirare: sed corrumpuntur hæc, & dicuntur suffocari, repleto ventre, & corrupto humido, quod in septo transuerso, quapropter & in cinere demorata resurgunt. Et eorum quoque, quæ in humido viuunt, quæcunque exanguia pluri tempore viuunt in aëre sanguinem habentibus & suscipientibus mare, vt piscibus. Propterea enim quòd habent modicum calidum, aër sufficiens est ad multum tempus refrigerare, vt crustaceis & polypis, non tamen prosus sufficiunt ad viuendum, quia sunt pauci caloris, quoniam & piscium multi viuunt in terra, immobiles tamen, & inueniuntur defossi. quæcunque enim non omnino habent pulmonem, aut exanguem, minus indigent refrigeratione. De

Aquatilium exanguia diutius viuere in aere.

De exanguibus igitur, quòd his quidem continens aër, his autem humidum auxiliatur ad vitam, dictum est. In sanguine autem præditis, & habentibus cor, quæcunque quidem ipsorum habent pulmonem, omnia suscipiunt aërem, & refrigerationem faciunt per respirationem & expirationem. Habent autem pulmonem & viuipara in seipsis, & non solùm solum: cartilaginea enim animal pariunt quidem, sed nõ in seipsis. & ouiparorum & pennata, vt aues, & corticata, vt testudines, & lacertæ, & serpentes. Illa igitur sanguine præditum, horum autem plurima pulmonem habent laxum, quapropter & respiratione vtuntur rarius, quemadmodum dictum est & prius. Vtuntur autẽ omnia, & quæcunq; morantur & degunt in aquis, vt † hydrorum genus, & ranarum, & crocodylorũ, & mures aquatiles, & testudines, marinę & terrestres, & vituli marini. omnia enim hæc, & talia & pauciora in ficco, & dormiũt aut in ficco, aut in humido extollentia os propter respirationẽ. Quæcunq; autem branchias habent, omnia refrigerantur suscipiẽtia aquã, habet autem branchias genus eorum, quæ cartilaginea vocantur, & aliorum quæ sine pedibus, sine pedibus autẽ pisces omnes. etenim quæ habent, secundũ similitudinem alarum habent. Pedes autẽ habentiũ, vnum habet branchiam solum eorum, quæ visa sunt, qui vocatur cordulus. Simul autẽ pulmonem & branchias nullum visum est vnquam habens. Causa autem, quia pulmõ quidẽ gratia refrigerationis à spiritu est (videtur enim & nomẽ accepisse pulmo, propter susceptionẽ spiritus) branchiæ autem ad refrigerationem ab aqua, vnum autem ad vnum opportunum instrumentum,

† *Bas.*

πνεῦμα
πνεύμων

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum, & vna refrigeratio sufficiens est omnibus. Quare quoniam frustra nihil videmur facientem naturam, duobus autem existentibus alterum vtique esset frustra, propter hoc hæc quidē habent branchias, illa autem pulmonem, ambo autem nullum. Quoniam autem ad ipsum quidem esse alimento indiget animalium vnumquodque, ad salutem autem refrigeratione, eodem instrumento vtitur natura ad ambo hæc, & quemadmodum quibusdam lingua & ad sapores, & ad interpretationem, sic habētibus pulmonem vocato ore & ad cibi confectionem, & ad expirationem & respirationem. non habentibus autem pulmonem, neque respirantibus, os quidem ad confectionem cibi, ad refrigerationem autem & cibi assumptionem indigentibus refrigeratione branchiatū existit natura. Qualiter igitur dictorum instrumentorum virtus facit refrigerationem, posterius dicemus. Ad non impediendum autem cibum, similiter & respirantibus accidit, & suscipientibus humidum. neque enim respirātes simul suscipiunt cibum, alioqui accidit suffocati ingrediente alimento aut sicco aut humido ad pulmonem per arteriam. prius enim sita est arteria gula, per quam alimentum progreditur in vocatum ventrem. Quadrupedibus igitur & sanguine prædītis habet arteria velut operculum ligulam. Auibus autem & quadrupedum ouiparis non ineſt, sed contractione idem faciunt. suscipientia enim cibum, hæc quidem cōstringunt, illa autem superponunt ligulam, progresso autem, hæc quidem attollunt, illa autem dilatant & suscipiunt spirirum ad refrigerationem. Habētia autem branchias, dimittentia per has humidum, per os

os suscipiunt cibum. arteriam enim non habent, quare hac quidem nihil vtique lædentur ab intrelapsu humidi, sed in ventre ingrediente aqua, qua propter velocem faciunt emissionem & susceptionem alimenti, & dentes acutos habent, & omnia ferē sunt serratis dentibus. non enim contingit comminuere cibum. κατὰ σχίσιν

Caput duodecimum. Quo pacto aquatilia quædam animalia pulmonem habentia refrigerentur, & cibum capiant.

CIrca cetacea autem aquatilium dubitabit vtique aliquis (habent enim & illa secundum rationem) ve circa delphinos & balenas, & aliorum quæcunque habent vocatam fistulam. Hæc enim sine pedibus quidem sunt, habentia autem pulmonem suscipiunt mare. Causa autem huius id, quod nunc dictum est. Non enim refrigerationis gratia suscipiunt humidum. hoc autem fit ipsis respirantibus: habent enim pulmonem. quapropter & dormiunt extollentia os, & stertunt delphini, insuper si capiantur refugiunt, cito suffocantur, propterea quod non respirant, & supernatantia videntur talia in mari, propter respirationem, sed quoniam necessarium est facere alimentum in humido, necessarium suscipientia humidum emittere. Et propter hoc habent omnia fistulam. suscipientia enim aquam, quemadmodum pisces per branchias, hæc per fistulam expellunt aquam. Signū autem & posino fistulæ. ad nullum enim sanguine prædītorum terminantur, sed ante ceteram positionem habet, & emittit aquam. Propter idem autē hoc suscipiunt & mollia aquam *Delphinorū somnus.*

Quare fistula Delphinis data sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& crustata, dico autem, vt quæ vocantur locustæ & cancri. refrigeratione enim ipsorum nullum indiget: pauci calotis enim est & exangue vnumquodque ipsorum, quare sufficienter refrigerantur à continente humido, sed propter alimentum, ne simul suscipientibus influat humidum. Crustata igitur, velut & cancri & locustæ, iuxta aspera emittunt aquam per applicamenta: sepiæ vero & polypi per cócauum, quod est super vocatum caput. Scriptum est autem de ipsis diligenter magis in iis quæ de animalium Historiis. De susceptione igitur humidi dictum est, quòd accidit propter refrigerationem, & propterea quòd oportet suscipere alimentum ex humido quæ secundum naturam, sunt aquatilia animalium.

Caput Decimumtertium. Quo pacto fiat refrigeratio in animalibus: & respirantibus, & non respirantibus. Increpatio Empedoclu de causa diuersarum habitationum ipsorum animalium. De sitn cordis in ipsis animalibus.

DE refrigeratione autem quo fit modo & respirantibus & habentibus branchias, post hæc dicendum. Quòd igitur respirant quæcunq; animalium habent pulmonem, prius dictum est. Propter quid autem hanc particulam habent quædam, & propter quid habentia indigent respiratione. Causa habendi quidem, quòd honorabiliora animaliũ plurem assecuta sunt caliditatem. simul enim necesse & animam assecuta esse honorabiliorem: honorabiliora enim hæc, quàm natura plantarum. Quapropter & maxime habentia pulmonem sanguineum & calidum,

dum, & maiora magnitudinibus, & quòd purissimo & plurimo vium sanguine animalium, erectissimum est homo. & sursum ad totius sursum habet solum, propterea quòd talem habet hanc particulam. Quare & substantiæ, huic & aliis ponendum est causam ipsam, quemadmodum quancunque aliam particulam. Habent igitur gratia huius. Ea autem, quæ ex necessitate & motus causa oportet putare talia consistere animalia, quemadmodum & non talia multa consistera sunt. hæc enim à terra ampliori facta sunt, vt plantarum genus, hæc autẽ ex aqua, vt aquatilium, volatilium autem & pedestrium, hæc quidem ex aëre, illa autem ex igne. Singula autem in propriis locis habent ordinem ipsorum. Empedocles autem non recte hoc dixit, dicens calidissima maxime & ignem habentia pluriũm animalium aquatilia esse, fugientia extessum eius, quæ in natura caliditatis, vt quoniam frigido & humido deficiunt, in loco sertentur contraria existentia, humidum enim calidum esse minus aëre. Omnino igitur absurdũ, quomodo contingit factum vnumquodq; ipsorum in sicco, permutare locum ad humidum. ere enim sine pedibus plurima ipsorum sunt. dicens autem ipsorum à principio constitutionem, genita quidem esse in sicco ait, fugientia autem venisse ad humidum. Præterea neque videntur calidiora esse quàm pedestria. hæc enim ipsorum exanguia omnino, hæc autem pauci sanguinis sunt. Sed qualia quidem dicere oportet calida & frigida secundum se consyderationem sumpsit. De qua autem dixit causa Empedocles, aliquo quidem modo habet quæsitam rationem, non tamen quod ait ille verum est.

Quare putamo necessario mantearitur.

Empedocles.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Habituum enim excessus habentia, loca contraria, & anni tempora conseruant, natuta autem in propriis maxime seruatur locis. non enim est idem & materia animalis, ex qua est vnumquodque, & habitus & dispositiones ipsius. Dico autem, vt si quid ex cera constituisset natura, non vtique in calido ponens seruasset, neque si quid ex glacie. corruptum enim fuisset vtique cito, propter contrarium. liquefacit enim calidum, quod à contrario constitutum fuit. Neq; si quid ex sale aut nitro constituisset, in humidum vtique ferens deposuisset. corrumpit enim humidum quæ à sicco & calido constituta sunt. Si igitur materia omnibus corporibus humidum & siccum, rationabiliter quæ quidē ex humido constituta sunt, in humido sunt; quæ autem ex sicco, in sicco. Propter hoc arbores non in aqua nascuntur, sed in terra, quamuis eiusdem rationis est in aquam, propterea quòd ipsæ quàm siccæ sunt, quemadmodum præigneæ, ait ille, nō enim humida. Naturæ igitur materiæ, in quali quidē loco sunt, tales existentes sunt: quæ quidem in aqua, humidæ: quæ autem in terra, siccæ: quæ autem in aere, calidæ. Habitus tamen, qui quidem excedentes sunt caliditate, in frigido: qui autem frigiditate, in calido positi seruantur magis. reducit enim ad mensuratum locus habitus excessum. Hoc igitur oportet quærere in locis propriis vnius cuiusque materiæ, & secundum permutationes communis temporis anni. habitus enim contingit locis contrarios esse, materiam autem impossibile. Quòd igitur non propter caliditatem naturæ hæc quidem aquatilia, hæc autem pedestria animalium sunt, quemadmodū

Humidum et siccū materia sunt corporibus omnibus.

modū Empedocles ait, tot dicta sint: & cur hæc quidem non habent pulmonem, hæc autem habent. Propter quid autem habentia suscipiunt aërem & respirant, & maxime ipsorū quæcunq; habent sanguine præditum. Causa respirandi quidem pulmo laxus existens, & plenus fistulis, & maxime vtiq; sanguinea hæc particula, inter ea, quæ vocantur viscera. Quæcunque itaq; habent ipsam sanguine præditam, celeri quidem indigent refrigeratione, propterea quòd parua est propensio animalis ignis. intro autem ingredi per totum propter copiam sanguinis & caliditatis. hæc autem ambo aër quidem potest facile facere, propterea enim quòd habet tenuē naturam, & per totum & celeriter penetrans refrigerat. aqua autem contrarium: Et cur maxime respirant habentia pulmonem sanguineum, ex his palam. quod enim calidius ampliori indiget refrigeratione. Simul autem & ad principium caliditatis, quæ in corde progreditur spiritus de facili. Quo autem modo cor perforationem habet ad pulmonem, oportet contemplari ex his, quæ dissecantur, & ex Historiis de animalibus scriptis. Refrigeratione igitur omnino indiget animalis natura propter feruorem animæ in corde. hanc autem faciunt per respirationem, quæcunque non solum habent cor, sed etiam pulmonem, animalium. Habentia autem cor, pulmonem autem non, quemadmodum pisces, propterea quòd aquatilis est ipsorum natura, aqua faciunt refrigerationem per branchias. Quomodo autem positio se habet cordis ad branchias, ad visum quidem ex dissectionibus oportet cōtemplari, ad certitudinem autem ex Historiis. Vt autē in summa dicatur & nunc,

Universidad de Deusto
Biblioteca

habet hoc modo. Videbitur enim non eodem modo habere positionem cor pedestribus animalium, & piscibus habet autem eodem modo. Quà enim inclinant capita, hic cor acutum habet. quoniã autem nõ eodem modo capita vergunt pedestribus animalium & piscibus, ad os cor, acutum habet. Tendit autem ex extremitate cordis fistula venineruia ad medii, qua contingunt inuicem omnes branchiæ. maxima igitur ista est. Hinc autem & inde à corde protenduntur & alteræ in extremitatem singularum branchiarum, per quas refrigeratio fit ad cor, decurrente semper aqua per branchias. Eodem autem modo & respirantibus pectus sursum & deorsum mouetur frequenter, suscipientibus spiritum & emittentibus, vt branchiæ piscibus. Et respirantia quidem, in pauco aëre & eodem. † Quidam exd. non habẽt haec vera. † aquatilia autem, in pauca aqua & eadem suffocantur. celeriter enim vtrunq; ipsorum fit calidũ. calefacit enim sanguinis contactus vtrunque. calidus autem existens sanguis prohibet refrigerationem. Et non potentibus mouere, respirantibus quidem pulmonem, aquatilibus autem branchias, propter passionem aut propter senectutem, tunc accidit mors.

Caput Decimumquartum. De causis vitæ, ac mortis, earumque definitiones: inuentum item, senectutis, atque vigoris.

Est igitur omnibus animalibus commune generatio & mors. modi autem differunt specie. non enim indifferens corruptio, sed habet aliquid commune. Mors enim est, hæc quidem violenta, illa autem secundum naturam. Mors duplex. Viol

Violenta quidem, quando principium extrinsecus fuerit. Secundum naturam autem, quando in ipso, & partis consistentia ex principio talis, sed non aduentitia aliqua passio. In plantis igitur ariditas, in animalibus autem vocatur hæc, senectus. Est autem mors & corruptio omnibus similiter non imperfectis, his autem assimiliter quidem, alio autem modo. Imperfecta autem dico, vt ouа, & semina plantarum, quæcunque sine radice. Omnibus igitur corruptio fit propter calidi defectum. perfectis autem, in quo substãtiæ principium. hoc autem est, quemadmodum dictum est prius, in quo sursum & deorsum copulantur. plantis quidem medium germinis & radicis: animalium autem, sanguineis quidem cor, exsanguibus autem proportionale. Horum autem quædã potentia multa principia habent, non tamen actu. quapropter & insectorum quædam diuisa viuunt. Et sanguine præditorũ quæcunque non viuacia valde sunt, multo tẽpore viuunt exempto corde, vt testudines: & mouentur pedibus adhuc existentibus pusillis, propterea quòd non composita sit natura ipsorum bene, similiter insectis. Principium autem vitæ deficit habentibus, cùm nõ refrigeratur calidum communicans ipsi. quemadmodum enim dictum est multoties, contabescit ipsum à seipso. Quando igitur his quidem pulmo, illis autem branchiæ obdurescant, propter temporis longitudiné desiccatis, illis quidem branchiis, his autem pulmone, & siccis terrestribus, non possunt has partes mouere, neque eleuare & contrahere. tandem autem, facta intensione, marcescit ignis. Quapropter & paruis passionibus aduenientibus in senectute, celeriter motiuntur. propterea enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd paucum est calidum, velut plurimo euaporato in multitudine vitæ, si qua vtique intentio fiat particulæ, cito extinguitur, quemadmodum momentanea & patua in ipso flamma existente, propter paruum motum extinguitur. Quapropter, & sine dolore est quæ in senectute mors. nulla enim violenta ipsis passione contingente, moriuntur: sed insensibilis animæ absolutio fit omnino. Et morborum quicunq; faciût pulmonem dutum, aut tuberculis, aut excremẽtit, aut caliditatis ægritudinalis excessu, quemadmodum in febribus, etebrum spiritũ faciunt, propterea quòd non possunt pulmonem longe tollere sursum & deprimere. tandẽ autem, quando non amplius possunt mouere, moriuntur expirantes. Generatio igitur est prima participatio cum calido nutritiuæ animę. Vita autẽ mansio huius. Iuuentus autem est primæ refrigeratiuæ particulæ augmentatio. Senectus autem, hu- †vigor. ius decrementum. † Status autem, horum medium. Mors autem & corruptio, violenta quidem, calidi extinctio & marcor (corrumpetur enim vtiq; propter ambas has causas) quæ autẽ secundum naturam, eiusdem huius marcefactio propter temporis longitudinem facta & perfectionem. in plantis igitur ariditas, in animalibus autẽ vocatur mors. Huius autem, quæ quidem in senectute mors, marcor particulæ propter impotẽtiam refrigerandi, à senectute. Quid igitur est generatio, & vita, & mors, & propter quas causas insunt animalibus, dictum est. Palam autem ex his, & propter quam causam respirantibus quidem animalium suffocari accidit in humido, piscibus autẽ in aëre. Illis enim per aquam refrigeratio fit, his autem per aërem quibus

Mors in senectute est sine tristitia.

quibus vtraq; priuantur permutantia locos. Causa itaque motus illis quidem branchiarũ, his autem pulmonis: quæ cum eleuantur & considunt, hæc quidem expirant & inspirant, illa autẽ suscipiunt humidum & emittunt. Præterea constitutio instrumenti hoc se habet modo.

Caput Decimumquintum. De Saltu, Pulsu, ac Respiratione, cordi accidentibus.

TRia autem sunt, quæ accidunt circa cor. quæ videntur eandem naturam habere, habent autem non eandem, saltus, & pulsus, & quod respirationis. Saltus igitur est compulsio calidi quod in ipso, propter refrigerationem excrementitiam, aut colliquatricem, vt in morbo, qui vocatur palpitatio, & in aliis morbis, & timoribus. etenim timentes infrigidantur secundum superiora. Calidum autẽ fugiens & contractum, facit motum, in paruum constrictum, ita vt aliquãdo extinguantur animalia, & moriantur propter timorem, & propter passionem morbosam. Accidens autem pulsatio cordis, quã semper videtur faciens continue, similis tuberculis est, quem faciunt motum cum dolore. propterea quòd præter naturam est sanguini permutatio. fit autem, vsquequo suppurauerit concoctus. Est autem similis bullitioni hæc passio. bullitio enim fit, cum inflatur humidum à calido. eleuatur enim, propterea quòd amplior fit moles. Quies autem in tuberculis quidem, si non perspirauerit, crassiore facto humido, putrefactio: bullitionis autem excidentia per terminantia. In corde autem semper accedentis humidi ex alimento per caliditatem tumefactio facit pulsum, eleSaltus.

Pulsus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uantis vltimam cuticam cordis. & hoc semper fit continue. affluit enim semper humidum, ex quo fit sanguinis natura. primo enim in corde fit. palam autem in generatione à principio nondum enim distinctis venit, videtur habere sanguinem. Et propter hoc pulsat magis iunioribus, quàm senioribus. fit enim exhalatio amplior iunioribus. Et pulsant venæ omnes, & simul inuicem, propterea quòd pendent omnes à corde. mouet autem semper. quare & illæ semper, & simul inuicem, quando mouet. Refrigitio igitur est, facta obuiatio ad frigidi compulsionem. Pulsatio autem, humidi calefacti inflatio.

Respiratio. Respiratio autem fit, cùm augmentatur calidum, in quo principium nutritiuum. quemadmodum enim & alia indigent alimento, & illud, & aliis magis. etenim aliis illud alimenti causa est. Necesse itaque amplius factum, eleuare instrumentum. Oportet autem existimare constitutionem instrumenti similem quidé esse follibus, qui in ærarijs (non longe enim neq; pulmo neque cor, vt suscipiat figuram talem) duplum autem esse quod tale. oportet enim in medio esse nutritiuum naturalis virtutis. Eleuatur igitur, maius factum. cùm autem eleuat necessarium eleuari & cõtinentem ipsum particulam. Quod quidem videtur facere respirantes. eleuant enim pectus, propterea quòd principiũ existens in ipso huius particulæ, idem hoc facit. cùm enim eleuatur, quemadmodum in folles, necessarium inducci aërem, qui deforis & frigidum existentem, & refrigerantem extinguere excessum ignis. Quemadmodum autẽ crescente, eleuabatur hæc particula, & decrescente, necessariũ considere, & cõsidente, exire aërem, qui ingressus fuit, iterum ingre

dientem quidem frigidum, exeuntem autẽm calidum, propter tactum calidi existentis in particula hac, & maxime in habentibus pulmonem sanguine refertum. in multos enim velut canales. fistulas incidere, quæ in pulmone, quarum secus quancunque protensæ sunt venæ, ita vt videatur totus pulmo esse plenus sanguine. Vocatur autem ingressus quidem aëris respiratio: exitus autem expiratio. Et semper sane hoc continue fit, quandiu vtiq; viuant, & moueant hanc particulam continue. & propter hoc in respirãdo & expirando est ipsum viuere. Eodem autem modo & piscibus motus fit branchiarum. cùm enim eleuatur calidum, quod in sanguine per partes, eleuantur & branchiæ, & pertransit aqua. descendente autem ad cor per meatus, & refrigescente, considunt, & emittunt aquam. Semper autem cùm eleuetur id, quod in corde, semper suscipit iterum refrigescentem. Quapropter & illis viuendi & non viuendi huius est in respirando, & his in suscipiendo humidum. Et de vita quidem & morte & de cognatis huius speculationis, serè dictum est de omnibus.

* * *

De Iuuentute & Senectute, Vita & Morte, & Respiratione Finis.

ARISTOTELIS LIBRI DE SANITATE, ET MORBO INITIVM.

DE Sanitate vero, morbóque non solum Medici, sed & Naturalis est causas quadantenus dicere. Quatenus vero hi differant, & quatenus diuersa contemplentur, latere non oportet. Equidem quòd confinis sit quadantenus hæc Medici Naturalisque tractatio, & id quod efficitur testatur. nam & Medici, quicunque diserti ac diligétiores, de natura dicunt, & principia inde sumere dignantur. & inter eos, qui de natura tractant, elegantissimi fere vsque ad medicinalia principia desinunt.

Reliqua desyderantur.

LVGDVNI,

EX TYPOGRAPHIA THEOBALDI PAGANI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

